This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`



From the library of
PHILIP WHALEY HARSH
1905–1960
Professor of Classics at Stanford
1937–1960

HAND, FERDINAND GOTTHELF

FERDINANDI HANDII

TVRSELLINVS

SEV

DE PARTICVLIS LATINIS

COMMENTARII.

VOLVMEN QVARTVM.

LIPSIAE
IN LIBRARIA WEIDMANNIA.
1845.

NAM.

De origine particulae NAM eiusque forma et primitiva ignificatione diximus iam T. II. p. 374. Interea novi loctores exstiterunt, qui nos ad fontes indicos reducunt. bi enim reperimus adverbium *nama*, quod illi esse diunt accusativum vocabuli *naman* h. e. nomen. Inde actum esse putant et *nam* et germanicum *nemlich*, quae em nomine appellatam atque explicandam significent. f. Hartung. de Particul. graec. T. 1. p. 480. Nec uisquam negabit vocabula *naman*, *nomen*, ὄνομα, *Vame* unius esse generis, atque ad hanc stirpem etiam *am* referri posse. Iam Palmerius in Spicileg. p. 747. dit. Grut. antiquissimam latinae particulae formam fuisse *ame* existimaverat: quo modo *enim* ex *nam* factum it, ego in secundo libro declaravi. Ibi etiam p. 376. e discrimine, quod inter utramque vocem intercedere ideatur, dictum est. Aug. Grotefendo in Gramm. p. 175. isum erat *enim* poni, ubi antecedens sententia demonretur eiusque ratio reddatur: *nam* autem, ubi prior ententia illustretur notionibus magis definitis. Contraiam sententiam amplexus est Billrothus p. 337. dicens, *am* exprimi logicam rationem, quae est conclusio, *nim* autem caussam in rebus ipsis apparentem. Quae mnia nec ratio nec usus comprobat, atque illud, quod illrothus affert exemplum Ciceronis, de Off. 2, 12, 42. *eque enim*, dictum est ob nectendam sententiam. Me equutus est Weissenbornius in Syntaxi p. 246.

Lindemannus de Adverbio 4. p. 4. *nam* dicit monstrandi habere potestatem, notareque proprie id, quod *also*. I. C. Schmidius in Creuzeri Meletem. T. 3. p. 129. cum Ihrio originem particulae quaerit in nomine *νόημα*.

Alia est forma *namque*, cuius usu veteres scritores in duas partes discessisse videntur. Alii enim ntum formam longiorem respexerunt, nullo significaonis discrimine facto: alii voculae *que* attribuerunt proriam potestatem nectendi sententias. Sed inter gramaticos iam ante Stürenburgium exstiterunt, qui a bo-

nis scriptoribus *namque* ante vocales litteras, non ante consonantes positum esse censerent. De Cicerone vide Klotzium ad Lael. p. 120. de Caesare Lippert. ad Bell. gall. p. 558. de Cornelio Nepote Moschium ad Milt. 1, 2. Compararunt usum verborum *atque* et *neque*, quorum illud aliam habet rationem solutae litterae. Conferri poterat *iamque* et *denique*. Sed quivis veterum scriptorum videtur ex suo more iudicandus esse.

Apud Plautum, qui rarissime utitur hac forma, et apud Terentium nullum invenio locum, in quo *namque* consonanti praecedat, aut in quo non ab initio sententiae positum sit. Cicero videtur particulam adhibuisse ad nectendas sententias: quare numquam post aliud nomen posuit, quod fecerunt Livius, et qui post eum scripserunt. An vero numquam ante consonantem collocaverit, ex iis, quae nunc exstant, exemplis non admodum multis demonstrare vix licebit: veri tamen simile videtur. Ita etiam Caesar. Cornelium Nepotem autem dixisse *namque tum* Milt. 1, 2. *namque Lacedaemonii* Them. 6, 2. *namque diuturnitate* Ham. 2, 1. *namque versibus* Att. 18, 5. id observavit Bremius ad Alc. 1, 2. Adde Pelop. 4, 2. *namque leuctrica pugna.*

Cic. de Div. 1, 30, 62. *namque Carneades modo ait hoc, modo illud.* cod. dresd. et antiq. edit. omittunt *que.* Hirtius Bell. gall. 8, 28. *namque nostri.* Tacit. Agr. 4. *namque Marcum Silanum.* 11. *namque rutilae.* Plin. Hist. nat. 17, 28, 47. *ambusta namque densior mitiorque surgit.* 35, 9, 36, 22. *tradunt namque conduxisse.*

Bremius particulas has eo discriminat, quod *namque* rem distinctius definiat et significet *nemlich*, *nam* rationem reddat. Similiter Beneckius ad Iustin. 1, 7, 19. rem declarat. Dronkius ad Tacit. Agr. 8. et Frotscherus ad Quintil. 10, 1, 15. esse discrimen affirmant, sed quale sit non declarant: hic tamen comparat Graecorum γάρ et καὶ γάρ. Moschius ad Cornel. Milt. 1, 2. de *namque:* „huic enim tum demum locus est, quum auctor narrationem aut uberiorem expositionem ingreditur: ubi autem nonnisi paucis reddenda est caussa eorum, quae praecedebant, praesertim si neque vocalis, neque *m* sequitur, noster (Cornelius) utitur *nam.*“ Quae paullo accuratius sunt constituenda. Ii enim scriptores, qui *namque* non alio quam primo sententiae loco posuerunt, nectendi vim agnovisse videntur: inter quos

sunt Cicero, Caesar, Cornelius. Quare non dicitur ab his quidem scriptoribus *namque* in occupatione, neque in interrogatione: sed usurpatur in expositione, in incipienda narratione praemisso prologio, in comprobanda re, in parenthesi, in affirmatione. Sed in his omnibus dictionibus Livius et Quintilianus et recentiores scriptores particulam etiam secundo loco posuerunt, et poetae liberiore usu etiam in media oratione. Vd. Virgil. Aen. 10, 614. Quo vis illa nectendi minuitur aut evanescit. Comparari possunt *etenim* et καὶ γάρ. Quae Hartungius Partic. graec. T. 1. p. 483. de discrimine particularum *nam* et *namque* disputat, subtilia sunt, non vera. Nam locorum, in quibus *nam* affirmandi significationem habet, non minor est numerus.

Scripti libri ubi utramque exhibent formam, difficilis semper est optio. Cf. Tacit. Hist. 3, 42.

Quintil. 3, 9, 3. *quae namque est quaestio, in qua non promittere possit orator, quid primo, quid secundo, quid tertio sit loco dicturus?* Mirari licet, quod Spaldingius Regium sequutus sit. Codices aut omittunt *namque*, aut habent *quae est enim quaestio.*

In oratione prosaica particula *nam*, nisi, ut interrogationem exprimat, encliticam formam induit, semper obtinet primum enuntiationis locum. Poetae autem post primum secundumve vocabulum eam locare solebant. De *namque* postposito modo diximus.

Plaut. Mil. 4, 9, 2. *ego nam conveniam illunc.* Ita codices. Horat. Sat. 2, 3, 20. *olim nam quaerere amabam.* 2, 3, 41. Epist. 2, 1, 186. Virgil. Aen. 3, 379. cf. Bentlei. ad Horat. Sat. 2, 6, 78.

Significatione sua *nam* respondet germanico *nemlich*, habetque vim designandi. Vbi enim res aliqua accuratius definienda est, id, quo ea constat, aut quod in ea verum est, vel alia re, vel aliquo argumento demonstratur atque confirmatur. Sunt vero sententiae per *nam* adiungendae triplicis generis, expositionis, comprobationis, asseverationis. Expositione intelligimus, qualis sit res: comprobatione cognoscimus, unde et qua ratione fiat aut facta sit: asseveratione demonstratur, eam veram esse. Ii autem, qui *nam* ubique per *denn*, quod caussam indicat, reddere solent, in multis coguntur,

ut omissam esse aliquam sententiam statuant, quae non est praetermissa.

I. 1. Primum de expositione, qua res aliqua declaratur, ubi nos Germani dicimus *nemlich*, quod est pro *namlich*. Rationem iam exposui Tom. II. p. 376. Graeci dicunt γάρ. Vid. Stallbaum. ad Platon. Protag. 34. Atque hoc modo aut notio aliqua aut res definitur, et qualis ea sit, distinctius demonstratur. Saepe praecedit in priori sententia pronomen monstrativum *illud*, *id*, vel alia rei designatio: id quod Matthiae ad Cic. p. Leg. Man. 7, 19. et in Gramm. graec. p. 1243. monuit.

Plaut. Bacch. 3, 1, 1. *pandite atque aperite propere ianuam hanc orci, obsecro. Nam equidem haud aliter duco.* Cic. de Amic. 22, 82. *neque solum colent inter se ac diligent, sed etiam verebuntur. Nam maximum ornamentum amicitiae tollit, qui ex ea tollit verecundiam.* Partit. orat. 11, 38. *rerum autem bonarum et malarum tria sunt genera: nam aut in animis, aut in corporibus, aut extra esse possunt.*

Cic. p. Rosc. Am. 6, 15. *itaque ex suis omnibus commodis hoc solum filio reliquit: nam patrimonium domestici praedones vi ereptum possident: fama et vita innocentis ab hospitibus amicisque paternis defenditur.* Orat. 43, 147. *est id omnino verum, sed proprie in hoc dicitur: nam omnium magnarum rerum, sicut arborum, altitudo nos delectat, radices stirpesque non item.* p. Deiot. 2, 4. ubi Matthiae. Caes. Bell. gall. 1, 12. *is pagus appellabatur Tigurinus. Nam omnis civitas helvetia in quatuor pagos divisa est.* 7, 61. *quibus rebus auditis, quod existimabant tribus locis transire legiones atque omnes perturbatos defectione Aeduorum fugam parare, suas quoque copias in tris partes distribuerunt. Nam et praesidio e regione castrorum relicto et parva manu Metiosedum versus missa — reliquas copias contra Labienum duxerunt.*

Virgil. Ge. 2, 397. *est enim ille labor curandis vitibus alter, cui numquam exhausti satis est. Namque omne quotannis terque quaterque solum scindendum.* ubi Wagnerus comparat Thucyd. 1, 3. δηλοῖ δέ μοι καὶ τόδε — πρὸ γὰρ etc.

Cic. de Orat. 3, 48, 184. *liberior est oratio et plane, ut dicitur, sic est vere soluta: non ut fugiat tamen aut erret, sed ut sine vinculis sibi ipsa moderetur. Namque ego illud assentior Theophrasto, qui putat* etc. 3, 44, 174. Horat. Sat. 1, 6, 40. *at Novius collega gradu post me sedet uno: namque est ille, pater quod erat meus.* Cornel. Alc. 1. quum dixisset Alcibiadem ad omnes res aptum consiliique plenum fuisse, pergit: *namque*

imperator fuit summus et mari et terra. Quae Bremius iure defendit, Titulus sine iusta caussa reiecit. Liv. 4, 9, 2. *frui namque pace — per intestina arma non licuit.* 34, 50, 11. 9, 25, 2. Quintil. 5. prooem. 1. *fuerunt, et clari quidem auctores, quibus solum videretur oratoris officium docere. Namque et affectus duplici ratione excludendos putabant.* Florus 1, 12, 5. *Falisci quum obsiderentur, mira visa est fides imperatoris, nec immerito: quod ludimagistrum, urbis proditorem, cum iis, quos adduxerat, pueris vinctum sibi ultro remisisset. Eam namque vir sanctus et sapiens veram sciebat victoriam, quae salva fide et integra dignitate pareretur.* Tacit. Ann. 1, 5.

2. Vbi narratio vel demonstratio alicuius rei facienda est, sive praemisso prologio, sive non praemisso incipit oratio ab *num* vel *namque* eo modo, quo alias *igitur* usurpamus. Graeci etiam γὰρ dicunt.

Plaut. Most. 5, 1, 1. *qui homo timidus erit in rebus dubiis, nauci non erit: atque equidem quid id esse dicam verbum nauci, nescio. Nam herus me postquam rus misit, ut filium suum arcesserem, abii* etc. Amphitr. Prol. 120. Terent. Andr. 1, 1, 24. *rem omnem a principio audies: eo pacto et gnati vitam et consilium meum cognosces: et quid facere in hac re te velim. Nam is postquam excessit ex ephebis* etc. Heaut. Prol. 16. Cic. Acad. 1, 2, 4. *itaque non haesitans respondebo, sed ea dicam, quae mihi sunt in promptu: quod ista ipsa de re multum, ut dixi, et diu cogitavi. Nam quum philosophiam viderem diligentissime graecis litteris explicatam, existimavi* etc. Orat. 52, 174. *primum ergo origo, deinde caussa, post natura, tum ad extremum usus ipse explicetur orationis aptae atque numerosae. Nam qui Isocratem maxime mirantur* etc. Miror equidem Petrum *nam* referre ad ea, quae post dicta sunt: *Quod ab his vero* etc. Tacit. Ann. 16, 18. *de C. Petronio pauca supra repetenda sunt. Nam illi dies per somnum, nox officiis et oblectamentis vitae transigebatur.* Virgil. Aen. 6, 377. *sed cape dicta memor, duri solatia casus. Nam tua finitimi — casa piabunt.* Georg. 4, 287. ubi vd. Vossium. Tacit. Ann. 2, 63. *scripsit Tiberio non ut profugus aut supplex, sed ex memoria prioris fortunae. Nam multis nationibus clarissimum quondam regem ad se vocantibus Romanam amicitiam praetulisse.*

Quintil. 8, 6, 71. *exquisitam vero figuram huius rei deprehendisse apud principem lyricorum Pindarum videor in libro, quem inscripsit ὕμνους. Is namque Herculis impetum adversus Meropas — fulmini dicit similem fuisse.* Liv. 4, 13, 1. *tum Sp. Maelius ex equestri ordine, ut illis temporibus praedives rem*

utilem pessimo exemplo, peiore consilio est aggressus. Frumento namque ex Etruria privata pecunia per hospitum clientiumque ministeria coemto etc.

3. In explicatione rerum ubi singulae partes demonstrationi submittuntur, *nam* adiungit aliam partem eiusdem generis sive eiusdem expositionis, quasi dicatur: quum illud pono, etiam hoc ponendum est.

Cic. Top. 11, 48. *haec, quae ex eodem genere contraria sunt, appellantur adversa. Sunt enim alia contraria, quae privantia licet appellemus latine. — Nam alia quoque sunt contrariorum genera, velut ea, quae cum alio conferuntur.* Brut. 21, 81. *sed vivo Catone minores natu multi uno tempore oratores floruerunt. Nam et A. Albinus — et litteratus et disertus fuit: et tenuit cum hoc locum quemdam etiam Ser. Fulvius —. Nam Q. Metellus — in primis est habitus eloquens.* Huc refero locum Orat. 24, 81. *collata autem verba habent ornatum, si aliquid concinnitatis efficiunt, quod verbis mutatis non maneat manente sententia. Nam sententiarum ornamenta, quae permanent, etiamsi verba mutaveris, sunt illa quidem permulta, sed quae emineant pauciora.* Non excluduntur sententiarum ornamenta, ut visum est interpretibus, sed comprehenduntur item.

4. Parenthesis, quae explicandi caussa interponitur, propriam habet particulam *nam*. Sed Heindorfius ad Cic. de Nat. d. 1, 12, 30. docuit, id, quod praemissa hac particula interponatur, obiter et defunctorie dici. Quod non verum est, nisi quis quamcumque explicationem existimet obiter dici. Cf. Kritz. ad Sallust. Iug. 108, 1.

Cic. de Off. 2, 12, 42. *omni igitur ratione colenda et retinenda iustitia est, tum ipsa per sese (nam aliter iustitia non esset) tum propter amplificationem honoris et gloriae.* Sallust. Iug. 63, 1. *tamen is ad id locorum talis vir (nam postea ambitione praeceps datus est) petere non audebat.* In quibus supplemento non opus est. Liv. 3, 44, 6. *virgini venienti in forum (ibi namque in tabernis litterarum ludi erant) minister decemviri libidinis manum iniecit.* Cic. de Leg. 2, 1, 1. *in insula, quae est in Fibreno (nam opinor illud alteri flumini nomen esse) sermoni reliquo demus operam.* Ita enim scribendum videtur, sed Goerenzius male explicat verbis *nam quod attinet ad.*

Senec. Epist. 40, 9. *recte ergo facies, si non videris istos, qui, quantum dicant, non quemadmodum, quaerunt: et ipse malueris, si necesse est, ut P. Vinicius dicere. Qui itaque? Quum quae-*

reretur, quomodo P. Vinicius diceret, Asellius ait: tractim. (Nam Geminus Varius ait: quomodo istum disertum dicatis, nescio: tria verba non potest iungere.) Quidni malis tu sic dicere, quomodo Vinicius? Ita restituendum videtur e codicibus: neque mutavi quidquam praeter verba *vel P. Vinicium*, quum *ul* et *ut* in libris saepe distingui non possint.

5. Parenthesi interposita pergit oratio per *nam* in explicanda re antea dicta. Sed interrupta oratio insertis verbis etiam per *nam* restituitur, quod per *igitur* et *sed* fieri solet.

Liv. 22, 28, 1. *duplex inde Hannibali gaudium fuit: (neque enim quidquam eorum, quae apud hostes agerentur, eum fallebat, et perfugis multa indicantibus et per suos explorantem:) nam et liberam Minucii temeritatem se suo modo captaturum, et solertiae Fabii dimidium virium decessisse.*

Cic. p. Planc. 41, 98. *hic vero simul — atque me mare transisse cognovit: (audi, audi atque attende, Laterensis, ut scias, quid ego Plancio debeam, confiteareque aliquando, me, quod faciam, et grate et pie facere, huic autem, quae pro salute mea fecerit, si minus profutura sint, obesse certe non oportere) nam simulac me Dyrrhachium attigisse audivit* — etc.

6. Saepe usurpantur in explicationibus verba *nam quod*, quae ad rem expositionis perducunt, aut rem refellendam suscipiunt. Quod vero saepissime *nam* praecedit pronominibus demonstrativis, et dicitur *nam illud*, ipsa eius significatione efficitur.

Terent. Heaut. Prol. 16. *nam quod rumores distulerunt malevoli* etc. quibus verbis incipit defensio poetae.

Cic. ad Att. 3, 15. *nam quod purgas eos, quos ego mihi scripsi invidisse* etc. Transit ad rem exponendam aliam, quam Atticus in litteris dixerat. ad Fam. 1, 9, 49. 2, 16, 15. 7, 32, 5. ad Att. 9, 2. Bene emendarunt secundum codices Cic. de Orat. 1, 16, 71. et Phil. 8, 5, 16.

Cic. de Leg. 2, 11, 28. *nam illud vitiosum Athenis* etc. in Verr. 5, 9, 48. p. Cluent. 46, 128. Restituendum est de Fin. 2, 32, 104. *nam illud quale tandem est?* ubi vulgo *iam*.

7. In explicandis sententiis demonstratio procedere potest ab una ad alteram ita, ut nectantur per *enim* et *nam*, aut per bis terve positum *nam*.

Dixi de hac re Tom. 2. p. 397. dixit etiam Klotzius ad Cic. Tusc. 4, 17, 37. quamquam hunc locum non ad hoc dicendi genus attinere puto. Adde Cic. p. Deiot. 12, 34.

8. Sicuti Graeci γὰρ post allocutionem interponunt, velut Sophocl. Oed. Col. 891. Euripid. Troad. 237. Elect. 82. Pindar. Ol. 4, 3. ita etiam contracta oratione Latini. Atque in ipsa allocutione inest, cui causa adiiciatur, quasi quis dicat: te ita alloquor: nam —

Virgil. Aen. 3, 374. *nate dea: nam te maioribus ire per altum auspiciis manifesta fides: sic fata deum rex sortitur, volvique vices: is vertitur ordo: pauca tibi e multis — expediam dictis.* Wagnerus praestare dicit explicationem, qua verba *nam te* etc. referantur ad ea, quae interpositis non paucis sequuntur: *pauca tibi* etc. At sententia, quam supponit, maiora esse cetera nunc non memoranda, quam quae humani vatis animus capiat, aut non inest in verbis Virgilii, aut male expressa. Sed quod nomini deae additur ratio huius nominis, non absurdum nec languidum esse videtur. 1, 65. *Aeole, namque tibi divom pater atque hominum rex et mulcere dedit fluctus et tollere vento.* Horat. Carm. 3, 11, 1. *Mercuri, nam te docilis magistro movit Amphion lapides canendo.*

II. 1. In aliis caussa et ratio per particulam *nam* exponitur eius rei, quae ante dicta est, et demonstrato argumento comprobatur res. Tum germanicum *denn* respondet, nec tamen mutatur significatio latinae particulae.

Cic. ad Fam. 15, 1, 11. *qui* (M. Bibulus), *quum vos ei permisistis, dilectum habere noluerit. Nam sociorum auxilia propter acerbitatem atque iniurias imperii nostri aut ita imbecilla sunt, ut non multum nos iuvare possint* etc. de Am. 12, 83. *neque solum colent inter se ac diligent, sed etiam verebuntur. Nam maximum ornamentum amicitiae tollit, qui ex ea tollit verecundiam.*

Cic. p. Deiot. 2, 4. *perturbat me, C. Caesar, etiam illud interdum, quod tamen, quum te penitus recognovi, timere desino. — Nam dicere apud eum de facinore, contra cuius vitam consilium facinoris inisse arguare, — grave est.* Recte monuit Matthiae sequi debuisse: quod dicere apud eum de facinore grave est.

Cic. de Leg. 2, 15, 38. *quorum* (sonorum) *dici vix potest quanta sit vis in utramque partem. Namque et incitat languentes et languefacit excitatos.* Caes. B. gall. 4, 34. *quibus rebus, perturbatis nostris novitate pugnae, tempore opportunissimo Caesar auxilium tulit: namque eius adventu hostes constiterunt, nostri se ex timore receperunt.*

2. Caussa, quae post rei expositionem addenda

est, interdum in accelerata oratione praemittitur. Id etiam Graeci fecerunt. Vid. Matthiae Gramm. p. 1242.

Plaut. Epid. 3, 4, 28. *nam quid ego apud te parcam proloqui? ego illam hodie volo facere libertam meam.* Amph. Prol. 104. Mercurius dicere voluit: pater meus occepit Alcmenam clam viro amare: nam credo vos novisse, ut ille sit, et quam liber harum rerum. Sed dixit: *nam ego vos novisse credo, ut sit pater meus, quam liber harum rerum multarum siet, quantusque amator sit, quod complacitum est semel. Is amare occepit Alcumenam clam viro.*

3. Comprobatio fit exemplis adiectis. Tum exemplum per *nam* additur.

Quintil. 8, 6, 38. *quem tropum magis affectamus, ut habere videamur, quam ullo in loco desideramus. Nam id eius frequentissimum exemplum est: cano, canto, dico.* 10, 1, 23. *quin etiam easdem caussas ut quisque egerit, utile erit scire. Nam de domo Cicero dixit* etc. Propert. 3, 1, 23. *omnia post obitum fingit maiora vetustas. — Nam quis equo pulsas abiegno nosceret arces?*

III. 1. Affirmationis vim particula habet in iis locis, in quibus grammatici dicunt transitum fieri ad contraria aut nova, ideoque *nam* pro *autem* et *vero* positum putant. Exponitur enim res affirmando, et quidem duplici ratione. Procedit enim is, qui ita loquitur, ad rem, quae, quum acquiescendum videatur in antea dictis, aut in se satis constat et per se intelligitur, ideoque magis vel satis nota certave est, aut non magis nec aequaliter est consideranda quam ea, quae ante sunt memorata. Ita fit, ut oratio aut adscendere aut descendere videatur. In illis affirmantes cogitamus non opus esse demonstratione, in his omitti posse vel debere rem aliunde cognitam. Cf. Matthiae ad Cic. p. Deiot. 12, 34. Nos Germani assequimur hanc vim particulae verbis *freilich, allerdings.* Sed iam Priscianus p. 1170. *nam* numerat in particulis confirmativis. Saepe etiam gravior est vis, ut intelligamus *re vera, profecto:* interdum accedit ironia, qua inferior res attollitur: ubi Latini dicunt *scilicet, nimirum.* Zumptius comparat graecum ἀλλὰ γάρ.

Cic. de Leg. 2, 11, 28. *bene vero, quod Mars, Pietas, Virtus, Fides consecratur manu: quarum omnium Romae dedicata publice templa sunt: ut illa qui habeant — deos ipsos in animis*

suis collocatos putent. Nam illud vitiosum Athenis, quod — fecerunt Contumeliae fanum et Impudentiae. i. e. ut illud bene factum, ita satis constat hoc esse vitiosum. de Div. 2, 32, 68. refutato miraculo, quod in statua Lysandri apparuit, pergit: *nam quod eo tempore stellas aureas Castoris et Pollucis Delphis positas decidisse, neque eas usquam repertas esse diristi, furum id magis factum quam deorum videtur.* i. e. per se intelligitur hoc furum esse factum. Brut. 64, 22. *huius* (Sisennae) *facultas ex historia ipsius perspici potest, quae quum facile omnes vincat superiores, tum indicat tamen, quantum absit a summo, quamque genus hoc scriptionis nondum sit satis latinis litteris illustratum. Nam Q. Hortensii admodum adolescentis ingenium, ut Phidiae signum, simul adspectum et probatum est.* 43, 161. *omnibus quidem aliis, inquam, in magistratibus, sed tribunus anno post fuit, eoque in rostris sedente suasit serviliam legem Crassus. Nam censuram sine Scaevola gessit.* Recte Orellius: id per se intelligitur Crassum censuram sine Scaevola gessisse. c. 68, 239. p. Arch. p. 9, 22. *ergo illum, qui haec fecerat, rudinum hominem maiores nostri in civitatem receperunt: nos hunc heracliensem multis civitatibus expetitum, in hac autem legibus constitutum, de nostra civitate eiiciemus? Nam si quis minorem gloriae fructum putat ex graecis versibus percipi quam ex latinis, vehementer errat.* Caes. Bell. gall. 3, 12. *haec eo facilius magnam partem aestatis faciebant, quod nostrae naves tempestatibus detinebantur summaque erat vasto atque aperto mari magnis aestibus, raris ac prope nullis portibus, difficultas navigandi. Namque ipsorum naves ad hunc modum factae armataeque erant.* Lippertus supplet: siquidem nostrae naves huic mari non erant accommodatae, accommodatae autem erant hostium naves: namque etc. Quae omnia non sunt necessaria. Stat. Silv. 1, 2, 170. *at enim hic tibi sanguine toto deditus, unam omnes inter miratur amatque nec formae nec stirpis egens: nam docta per urbem carmina qui iuvenes, quae non didicere puellae?* Significatur his res nota. cf. quae notavi ad h. l.

Cic. de Div. 2, 31, 66. *de ipso Roscio potest illud quidem esse falsum, ut circumligatus fuerit angui: sed ut in cunis fuerit anguis, non tam est mirum, in Solonio praesertim, ubi ad focum angues nundinari solent. Nam quod haruspices responderunt, nihil illo clarius, nihil nobilius fore, miror, deos immortales histrioni futuro ostendisse, nullam ostendisse Africano.* h. e. ut illud non mirum est, profecto hoc miror. Quintil. 2, 11, 7. *unde fit, ut dissoluta et ex diversis congesta oratio cohaerere non possit, similisque commentariis puerorum sit, in quos ea, quae aliis declamantibus laudata sunt, regerunt. Magnas*

tamen sententias et res bonas (ita enim gloriari solent) elidunt: nam et barbari et servi: et si hoc sat est, nulla est ratio dicendi. Haec ironice sunt dicta. 2, 20, 10. *at prooemium aliquando et narrationem dicit malus homo et argumenta sic, ut nihil sit in his requirendum. Nam et latro pugnabit acriter, virtus tamen erit fortitudo.* i. e. *freilich streitet auch ein Räuber heftig.* Lucan. 5, 748. *meque tuus decepit amor, civilia bella si spectare potes. Nam me iam, marte parato, securos cepisse pudet cum coniuge somnos.* h. e. si tu atrocia bella praesens spectare potes, opinio de te tuoque amore concepta me fefellit: me scilicet non decet morari et instante bello frui amore. *Nam est freilich.*

Caes. B. civ. 3, 84. *his erat rebus effectum, ut equites mille opertioribus etiam locis septem milium Pompeianorum impetum, quum adesset usus, sustinere auderent, neque magnopere eorum multitudine terrerentur. Namque etiam per eos dies proelium secundum equestre fecit.* Virgil. Aen. 10, 613. *si mihi, quae quondam fuerat, quamque esse decebat, vis in amore foret, non hoc mihi namque negares.* Wagnerus putat *namque* referendum esse ad *mihi* atque restringendi vim in se habere, quae inest in ἔμοιγε. Id vero abhorret ab particulae usu, quae hic quoque affirmat, ut sit *allerdings*.

2. Ita fit, ut *nam* coniungatur cum *ne — quidem*, ubi nos dicimus *ja nicht einmal*.

Liv. 29, 8, 9. *nam avaritia ne sacrorum quidem spoliatione abstinuit.* Tacit. Germ. 31. *haec prima semper acies, visu nova. Nam ne in pace quidem vultu mitiore mansuescunt.*

3. In colloquiis is, qui respondet, per *nam* affirmationem exprimit ita, ut simul rationem affirmationis complectatur. Omissum dicunt grammatici vocabulum affirmandi, quod tamen adest. Sed contrahitur oratio.

Cic. de Orat. 1, 22, 101. *de iis, credo, rebus, inquit Crassus, ut in cretionibus scribi solet: quibus sciam poteroque. Tum ille: nam quod tu non poteris aut nescies, quis nostrum tam impudens est, qui se scire aut posse postulet?*

4. Hac dictione utitur, qui aliam rem opponit eamque confirmat profitendo, veluti Germani dicunt: *freilich hatte ich gehofft.* Id vero Ernestio in animo fuisse videtur, quum diceret formulam esse admirandi cum dolore.

Cic. in Verr. 3, 85, 196. *venit praetor: frumentum, inquit, me abs te emere oportet. Optime. Modium denario. Benigne ac*

liberaliter. Nam ego trinis H-S non possum vendere. Mihi frumento vix opus est: nummis volo. Nam speraveram, inquit praetor, me ad denarios perventurum.

5. Adiunguntur ad augendam orationis vim vocabula asseverationis: *mehercle*, *hercle*, *edepol*, alia.

Plaut. Capt. 4, 2, 115. *sume, posce, prome quid vis: te fucio cellarium.* EX. *Nam hercule, nisi manticinatus probe ero, fusti pectito.* Terent. Ad. 2, 1, 36. *nam hercle etiam hoc restat.*

Cic. in Verr. 1, 51, 133. *dicunt ei, fere nullam esse columnam, quae ad perpendiculum esse possit. Nam mehercule, inquit, sic agamus: columnae ad perpendiculum exigantur.* 2, 29, 72. vide IV. 1. de Orat. 2, 33, 144. *nam hercle, inquit Antonius, si haec vere a Catulo dicta sunt, tibi mecum in eodem est pistrino, Crasse, vivendum.* ubi male scripserunt *iam.*

Plaut. Trin. 3, 3, 3. *namque hercle honeste fieri ferme non potest.* Mil. 4, 6, 11. *namque edepol vix fuit copia adeundi atque impetrandi.*

6. Quod Plautus Trin. 1, 2, 23. duo aequalia nomina composuit: *namque enim tu, credo, mi imprudenti obrepseris:* id factum est vulgari consuetudine loquendi, qua *neque haud* aliaque multa dicuntur. Sed in illis verbis non est omissum *nolo:* quod Megaronides nondum erat dicturus. Redde *du willst mich nemlich sicher im Stillen übertölpeln.* Prosaici non ita loquuntur, nec quisquam Heinsio et Davisio credat in Caes. de Bell. civ. 1, 29. loco interpolato scribi debere *namque enim ex Marsis Peligniscue veniebant.*

IV. 1. Iam de usu, quem vulgo rhetoricum vocant. Atque grammatici quum vidissent per particulam *nam* saepe non reddi rationem praecedentium verborum, nec caussam exponi, aut docuerunt, orationem per hanc particulam perferri ad aliam rem diversam, uti fecit Marklandus ad Statii Silv. p. 187., aut ad ellipsin confugerunt statuendam. Neque ullum hodie invenies librum veterum scriptorum, in quo interpretes non omissas sententias supposuerint. At iam Tom. II. p. 376. declaratum est a me, quomodo haec opinio cohiberi debuisset, ne optimis scriptoribus negligentia haud tolerabilis imputaretur. Scilicet erroris caussa in eo est sita, quod *nam* reddunt per *denn*, nec subtilius quaerunt, qualis sen-

tentia legitime possit omitti, nec respiciunt naturam particulae, quae etiam affirmandi vim in se habet. Iam Heynius ad Virgil. Georg. 4, 445. bene perspexit, originem eius orationis, in qua sententiam omissam requiramus, quaerendam esse in animi concitati affectu. Atque particulae saepe in vicem praetermissae sententiae ita succedunt, ut eam ipsam indicent. Erant quidem, qui monstrarent, in responsionibus simpliciter affirmantibus aut negantibus ipsam affirmationem aut negationem omitti, et caussam responsi per *nam* indicari. Vide Henrichsen ad Cic. de Orat. p. 47. Clark. ad Homer. Iliad. 24, 334. Tamen in his etiam nihil desiderabis omissum, modo *nam* reddideris per *freilich* vel *allerdings*. Facilius enim intelligas *hoc verum est, nam:* sed etiam hoc ipsum inest in particula. Schützius in Prolegom. ad Cic. Rhetor. p. 14. Cornificium, quem librorum rhetoricorum auctorem esse autumat, et ipsum Ciceronem castigat, quod significationem particulae *nam* non intellexissent. Locus enim est Plauti in Trinum. 1, 1, 2. *amicum castigare ob meritam noxiam immune est facinus. Verum in aetate utile et conducibile. Nam ego amicum hodie meum concastigabo pro commerita noxia:* quo rhetores usi sunt ad demonstrandam expositionem infirmam. Schützius autem, „particula *nam*, inquit, hic ut saepe ponitur omissa sententia facile supplenda: ut hic intelligi potest: *quod mihi quoque nunc usu venit*, ad quod referuntur ista: *nam ego amicum*, non autem, ut auctor ad Herennium et Cicero, eum sequutus, opinati sunt, ad sententiam: verum in aetate etc.“ At rhetor infirmam expositionem in oratorio usu non admittendam demonstrat Plauti exemplo, quod infirmam expositionem contineat. Nam senex ille ex eo, quod ipse facturus est, declarat veritatem sententiae in hunc modum: quod ego ob utilitatem cognitam hodie amicum meum castigaturus sum, apparet interdum esse utile facinus. Si quid igitur supplendum est, intellige *hoc verum est:* quod ipsum significat *nam*.

Sallust. Iug. 28, 4. *interim Calpurnius parato exercitu legat sibi homines nobiles factiosos, quorum auctoritate, quae deliquisset, munita fore sperabat: in quis fuit Scaurus, cuius de natura et habitu supra memoravimus. Nam in consule nostro multae bonaeque artes animi et corporis erant, quas omnes ava-*

ritia praepediebat. Kritzius supplet haec: quam pravitatem consulis mature delictis praesidium quaerentis, iure mireris: nam in eo multae bonaeque artes erant: sed eas omnes avaritia praepediebat. At nihil est omissum, nihil est mutandum. *Nam* est *nemlich*, et additur sententia, qua ante dicta declarentur, quasi quis dicat: res ita se habet. Tacit. Ann. 2, 63. *scripsit Tiberio non ut profugus aut supplex, sed ex memoria prioris fortunae. Nam multis nationibus clarissimum quondam regem ad se vocantibus romanam amicitiam praetulisse.* Exponit priorem fortunam: nec reddit rationem eorum, quae Maroboduus scripserat. vid. p. 5. Cic. Tusc. 1, 26, 65. *ergo animus, ut ego dico, divinus, ut Euripides dicere audet, deus est: et quidem, si deus aut anima aut ignis est: idem est animus hominis: nam ut illa natura coelestis et terra vaçat et humore, sic utriusque harum rerum humanus animus est expers.* Haec referri debent ad eum usum, quo ad explicandam aliquam sententiam quaedam per parenthesin interponi solent. Cic. de Off. 3, 21, 84. *multi iniqui atque infideles regno, pauci sunt boni, inquit Accius. At cui regno? quod a Tantalo et a Pelope proditum iure obtinebatur. Nam quanto plures ei regi putas, qui exercitu populi romani populum ipsum romanum oppressisset?* Gernhardus ita constituit sententiam: quanto plures I. Caesari putas esse iniquos? Nam is exercitu populi romani populum romanum oppressit. At haec est prorsus alia forma sententiae. Referri debet hoc exemplum ad interrogationis ante occupatae genus. Cic. Verr. 2, 29, 72. *dic, inquit, illi adesse non possunt. Nam hercule, inquit Q. Minucius, me quoque Petilius, ut sibi in consilio adessem, rogavit.* Hoc est: *ei freilich hat Petilius mich gebeten.* Senec. de Ira 3, 17, 3. *numquid ergo hic Lysimachus, felicitate quadam dentibus leonis elapsus, ob hoc quum ipse regnaret mitior fuit? Nam Telesphorum Rhodium amicum suum undique decurtatum — in cavea velut novum animal aliquod — pavit.* Intelligunt: minime gentium, nam. Quo non opus est.

2. Quod alicui rei vel gerendae vel cogitandae praecedit, aut conditionem continet, quae nisi esset, illa fieri non posset, id adiungi solet per *nam*, quo significatur, hoc quod dicitur fundamentum quasi et caussam esse eius rei, quae ante dicta est. Nec quidquam hac in coniunctione enuntiationum est supplendum, nisi intelligas: hoc fieri poterat, aut hoc factum est. Neque aliter in iis, quae caussam sive rationem dictorum indicant.

Tacit. Ann. 1, 21. *Blaesus paucos maxime praeda onustos ad terrorem ceterorum affici verberibus, claudi carcere iubet. Nam etiam tum legato a centurionibus et optimo quoque manipularium parebatur.* Parenthesis, quam critici notarunt, ab hoc loco aliena est. Sallust. Iug. 82, 2. *interim Roma per litteras certior fit provinciam Numidiam Mario datam: nam consulem factum ante acceperat.* Quod Kritzius supponit: quae res ei non plane praeter expectationem accidit: id non in animo erat scriptoris.

Terent. Andr. 2, 1, 30. *sed numquid vis? Nam est, quod me transire ad forum iam oporteat.* ubi Westerhovius: „rationem reddit, quare se absolvi et dimitti postulet. Vnde quod de transitiva particula scribunt, non fit verisimile."

Interponuntur per parenthesin, quae quod dictum erat, vindicent. Virgil. Aen. 6, 365. *at tu mihi terram iniice (namque potes) portusque require velinos.* Val. Flacc. 2, 490.

3. Manutius ad Cic. Epist. 3, 11. p. 370. et 5, 20. p. 568. docuit per *nam* fieri transitum, ubi nullius esset causae locus. Goerenzius autem ad Cic. de Leg. p. 144. Marklandum sequutus transiri existimat hoc modo ad contraria. Valla Eleganf. 2, 55. et Linacer explicuerunt per *autem*, Ramshornius Gramm. p. 846. per *sed*. Ratio in his eadem est, quam modo exposui, nec novum est aut contrarium, quod per particulam significetur: de qua re dixi Tom. 3. p. 147. Potest tamen sententia praecedere, cui id, quod additur, opponatur, aut ex qua id, quod sequitur, pendeat. Drakenborchius ad Liv. 29, 9, 9. diversa miscuit.

Cic. ad Fam. 3, 11, 12. *nam augurales libros ad commune utriusque nostrum otium serva.* Antea Cicero dixerat de diligentia Appii: *quod in summis tuis occupationibus mihi tamen reipublicae statum per te notum esse voluisti.* Plenam hanc constituamus sententiam: nunc de auguralibus libris non quaero: eos serva etc. de Nat. d. 2, 27, 67. *principem in sacrificando Ianum esse voluerunt: quod ab eundo nomen est ductum: ex quo transitiones perviae iani, foresque in liminibus profanarum aedium ianuae nominantur. Nam Vestae nomen a Graecis est.* Spectat *nam* ad latinam originem nominis Iani. 1, 11, 27. et 28. de Div. 2, 31, 66. 2, 32, 68.

4. Occupationem rhetores nominant, *quum dicimus nos praeterire, aut non scire, aut nolle dicere id, quod tunc maxime dicimus.* Ad Heren. 4, 27, 37. In hac

occupatione proprium locum obtinet *nam*, sive contracta oratione ita, ut caussa indicetur, quapropter id factum sit, sive parenthetica ea ratione, qua expositionis caussa aliquid per *nam* interponimus.

Sallust. Iug. 19, 1. *postea Phoenices alii multitudinis domi minuendae gratia pars imperii cupidine sollicitata plebe et aliis novarum rerum avidis, Hipponem, Hadrumetum, Leptim aliasque urbis in ora maritima condidere, haeque brevi multum auctae, pars originibus suis praesidio, aliae decori fuere. Nam de Carthagine tacere melius puto, quam parum dicere, quoniam alio properare tempus monet.* 31, 1. Cic. in Verr. 1, 34, 86. *nam quid Milesiis lanae publicae abstulerit, item de sumptu in adventum — tametsi dici tum vere, tum graviter et vehementer potest, tamen dicere praetermittam.* ubi Burmannus (Anthol. lat. 1. p. 297.) temere coniecit *iam*.

5. Occupationem in ea quoque oratione statuere licet, qua iis, quae aliquis obiicere vel reprehendere possit, aut quae veritati obstare eamque infringere videantur, praecurrimus. Ita fit, ubi in exponendis rebus quidquam omissum aut neglectum videtur esse. *Nam* igitur significat *nimirum*, sed contracta est oratio ita, ut in ipsius rei expositione caussam etiam indicemus, cur ita loquuti simus. Intelligi potest: hoc non temere dico, hoc verum est. Interdum *quidem* inseritur et adduntur per *sed*, quibus restringatur sententia.

Cic. de Inv. 1, 6, 8. *quas quaestiones procul ab oratoris officio remotas, facile omnes intelligere existimamus. Nam quibus in rebus summa ingenia philosophorum plurimo cum labore consumpta intelligimus, eas, sicut aliquas parvas res, oratori attribuere magna amentia videtur.* ad Att. 5, 20. *eas* (litteras) *diligentissime Philogenes libertus tuus curavit perlongo et non satis tuta via perferendas. Nam quas Lenii pueris scribis datas, non acceperam.* Sallust. Iug. 88, 4. *ita Iugurtham aut praesidiis nudatum, si ea pateretur, aut proelio certaturum. Nam Bocchus nuntios ad eum saepe miserat, velle populi romani amicitiam.* Tacit. Ann. 14, 12. nominatis iis feminis et viris, quorum honores Nero gratiam affectans restituerat, addit haec: *nam Silana fato functa erat longinquo ab exsilio Tarentum regressa.* h. e. ne quis Silanam in his desideret, ea fato functa erat: sive: Silanam, quae etiam in exsilium erat missa, non nomino: nam ea fato functa erat.

Quintil. 10, 1, 9. *omnibus enim fere verbis praeter pauca, quae sunt parum verecunda, in oratione locus est. Nam scriptores*

quidem iamborum veterisque comoediae etiam in illis saepe laudantur: sed nobis nostrum opus intueri sat est. 1, 11, 7. *et certe, quod facere oporteat, non indignandum est discere, quum praesertim haec chironomia — et ab illis temporibus heroicis orta sit et a summis Graeciae viris et ab ipso etiam Socrate probata a Platone quoque in parte civilium posita virtutum et a Chrysippo in praeceptis de liberorum educatione compositis non omissa. Nam Lacedaemonios quidem etiam saltationem quamdam tamquam ad bellā quoque utilem habuisse inter exercitationes accepimus.* i. e. ne quis existimet me praeterire Lacedaemonios.

6. Eadem pene ratio in iis est, quae vel per se perta intelliguntur et aliunde constant, vel non in conderationem veniunt, vel omitti possunt. Cf. Madvigii mendat. p. 109. Declaratur enim res ex communi onsensu. Nos Germani dicimus *es versteht sich.* In- erdum etiam in his additur *quidem.*

Sallust. Iug. 102, 11. *postremo hoc in pectus tuum demitte, numquam populum romanum beneficiis victum esse: nam bello quid valeat, tute scis.* Quintil. 11, 3, 21. *humor quoque vocem aut nimius impedit, aut consumptus destituit. Nam fatigatio ut corpora non ad praesens modo tempus, sed etiam in futurum afficit.* i. e. per se intelligitur, fatigationem afficere vocem. 2, 4, 18. *id porro non tantum in fabulosis et carmine traditis fieri solet, verum etiam in ipsis annalium monumentis —: nam graecis historiis plerumque poeticae similis est licentia.* 1, 5, 67. 11, 3, 21. 1, 11, 9. Liv. 39, 26, 3. Expositis iis, quae Philippus de Thessalis querenda haberet, Livius narrat eum dixisse: *nam quae sibi crimina obiiciantur de insidiis legatorum, et maritimis portubus frequentatis aut desertis, alterum deridiculum esse —, alterum mores suos respuere.* Cic. p. Cluent. 45, 127. Tusc. 4, 33, 71. Liv. 39, 26, 3. Quintil. 2, 4, 27. *nam locos quidem, quales sunt de testibus, semperne his credendum, et de argumentis, an habenda etiam parvis fides, adeo manifestum est ad forenses actiones pertinere, ut* etc. 9, 3, 99. Cic. Tusc. 4, 23, 52. *nam isto modo quidem licet dicere utilem vinolentiam ad fortitudinem.* i. e. de Aiace ne quaeri quidem potest, quum notum sit ex tragoediis. cf. Nisseni Cur. nov. in Cic. Tusc. p. 97.

Tacit. Hist. 4, 76. *transvectam e Britannia legionem, accitas ex Hispania, adventare ex Italia, nec subitum militem, sed veterem expertumque belli. Nam Germanos, qui ab ipsis sperentur, non iuberi, non regi, sed cuncta ex libidine agere.*

7. Interrogatione occupatur iudicium, quando id, quod quaeritur, quum satis constet, responsionem comprehendit. Saepe hoc fit in verbis *nam quid*, quibus negatio praesumitur. Hanc vero demonstrationem veritatis indicat *nam*. Formula est *nam quid dicam*, quam grammatici supposita ellipsi explicant. Vid. Ochsner. in Eclog. Cic. p. 189. Loquimur ita, ubi cogitamus ea, quae dicta sunt, iam sufficere, nec reliquis opus esse, aut quae addi possint, per se intelligi. Id vero particula significat vi sua affirmativa, qua idem est quod *nimirum*.

Cic. de Off. 3, 21, 84. *multi iniqui atque infideles regno, pauci benevoli, inquit Accius. At cui regno? quod a Tantalo et Pelope proditum iure obtinebatur. Nam quanto pluris ei regi putas, qui exercitu populi romani populum ipsum romanum oppressisset?* Quod aliquis responsurus erat *multo pluris*, id occupatur particula *nam*. Eodem modo Quintilianus 9, 2, 76. in verbis *nam quanto minus*.

Cic. ad Fam. 7, 1, 11. *nam quid ego te athletas putem desiderare, qui gladiatores contemseris?* Intelligitur id per se. Propert. 3, 11, (9,) 27. *nam quid ego heroas, quid raptem in crimina divos?*

Terent. Andr. 1, 5, 17. *nam quid ego dicam de patre?* ubi Westerhov. Cic. de Am. 27, 104. *nam quid ego de studiis dicam cognoscendi semper aliquid atque discendi?* de Orat. 1, 5, 18. *nam quid ego de actione ipsa plura dicam.* de Div. 2, 1, 3. in Verr. 3, 25, 61. ad Fam. 14, 1, 2. 16, 21, 8. in Verr. 1, 49, 129. *nam quid ego in quotidiano sermone querimoniaque populi romani loquar?*

V. 1. Interrogatio, quae ex animo magis commoto proficiscitur, significantior fit per particulam *nam*, quae aut praemittitur, aut uno accentu comprehensa, enclitico more adiicitur. Ea vero aut perhibet intensivam vim, quae etiam in graeco τίη inest, et ad designandam rem vehementius evocat, aut per ironiam indicat, eum, qui quaerit, mirari. Nos Germani etiam *denn* usurpamus. Praemitti licebat *nam* omnibus nominibus, sed obsolevit haec loquendi consuetudo comicis propria, nec multa manserunt nomina istius encliticae formationis in usu, qui antiquissimis temporibus maiorem numerum habuisse videtur. De *quianam* Quintilianus 8, 3, 25. *olli enim et quianam et mis et pone pellucent*

et aspergunt illam, quae etiam in picturis est gratissima, vetustatis inimitabilem arti auctoritatem. Per omnia tempora *nam* componebatur cum pronominalibus, *quis, quando,* et cum *ubi,* unde *quidnam, ecquidnam, quandonam, ubinam:* recentissimi aevi scriptores et barbari dixerunt *undenam* pro antiquo *nam unde* et alia. Comici antiqui, et reliqui etiam poetae et *nam* removerunt a suo nomine, et alteram formam *nam quis* saepius usurpabant. Discrimen si quod est, *nam quid* reddi potest per *ei was?* et *quidnam* per *was denn?* Sed universam huius usus rationem non in eo conspicio, quod multi dicunt, in quacumque interrogatione intelligi *nescio* vel *dic mihi,* sed in ipsius particulae natura demonstrativa.

Donatus ad Terent. Phorm. 5, 1, 5. *nam quae haec anus est? anastrophe, ut, nam quis te iuvenum confidentissime.* (**Virgil. Ge. 4, 445.**). *Sed figura haec apta commotis est aliqua re nova.* **Servius ad Virgil. Ge. 4, 445.** *hodie enim nam particula postponitur, ante praeponebatur.*

Plaut. Bacch. 5, 1, 27. *quid tibi ex filio nam, obsecro, aegre est?* **Aul. 2, 1, 17.** *quis ea'st nam optuma?* **3, 2, 18.** *sed in aedibus quid tibi meis nam erat negotii?* **Most. 1, 3, 101.** *quid cerussa opus nam?* **Pers. 2, 5, 13.** *quando isthaec innata'st nam tibi?* **Virgil. Ecl. 9, 39.** *quis est nam ludus in undis?*

Plaut. Epid. 1, 2, 29. *perdidisti omnem operam.* EP. *Nam qui perdidi?* **Most. 2, 1, 21.** *quid ego ago?* TR. *Nam quid tu, malum, me rogitas, quid agas?* **Poen. 5, 3, 3.** *nam quem ego adspicio* i. e. *ei wen seh' ich.* **Truc. 4, 2, 11.** *nam quid est? num mea refert?* **Terent. Eun. 5, 2, 58.** *nam quid ita?* i. e. *ei, wie so?* **Phorm. 5, 1, 5.** *nam quae haec anus est exanimata, a fratre quae egressa'st meo.* **Eun. 4, 4, 13.** *nam quem? alium habui neminem.* **Plaut. Amph. 2, 1, 2.** *nam quam ob rem?*

Plaut. Rud. 3, 3, 24. TR. *Etsi hoc acerbum, bonum animum habete.* PA. *Nam, obsecro, unde animus mihi invenitur.* **Cist. 4, 1, 16.** *nam, obsecro, unde haec gentium?* **Asin. 1, 1, 29.** DE. *Nam quousque?* LI. *Vsque ad mortem volo.*

Virgil. Ge. 4, 445. *nam quis te, iuvenum confidentissime, nostras iussit adire domos?* **Aen. 2, 373.** *nam quae tam sera moratur segnities?* **Horat. Epist. 1, 1, 78.** *bellua multorum es capitum. Nam quid sequar aut quem?*

Cic. in Verr. 4, 36, 80. *quisnam igitur tuebitur P. Scipionis memoriam mortui?* **Plaut. Aul. 4, 9, 17.** *quinam homo hic*

ante aedes nostras ciulans conqueritur moerens? Pseud. 1, 3, 7. *quonam pacto possim vincere animum?* Trin. 5, 2, 45. *quidnam id est?*

In obliqua oratione. Coel. ad Cic. 8, 15, 6. *sed tamen quodnam ob scelus iter mihi necessarium retro ad Alpes versus incidit?* Sallust. Cat. 41, 1. *sed Allobroges diu in incerto habuere, quidnam consilii caperent.*

Cic. Tusc. 4, 17, 37. *quid enim videatur ei magnum in rebus humanis, cui aeternitas omnis totiusque mundi nota sit magnitudo? Nam quid aut in studiis humanis aut in tam exigua brevitate vitae magnum sapienti videri potest, qui semper animo sic excubat, ut ei nihil improvisum accidere possit?* Haec quaestio quum per se constet, facile adducimur, ut *nam quid* pro *quidnam* dictum esse putemus.

Cic. Catil. 1, 4, 9. *o dii immortales, ubinam gentium sumus.* de Nat. d. 1, 10, 24. *in qua non video, ubinam mens constans et vita beata possit consistere.*

Poetae etiam *namque* in interrogatione dixisse videntur. Propert. 1, 3, 35. *tandem te nostro referens iniuria lecto alterius clausis expulit a foribus. Namque ubi longa meae consumpsti tempora noctis?*

2. Sed *nam* ipsum non est interrogativum: id quod Hartungius de Partic. graec. Tom. II. p. 189. esse affirmabat dicens per hanc particulam interrogativam simpliciter appeti declarationem rei. Immo vero semper, etiam in oratione obliqua, exprimitur admirationis vel exspectationis vel cupiditatis motus. Id etiam fit, sed raro, ubi non aliud nomen adest, quod interrogationem indicet. Plaut. Pers. 3, 1, 51. *scis nam, tibi quae praecepi?* VI. *Omnia.* Sed eadem de caussa componitur *nam* cum interrogativa *num:* an cum *utrum*, dubitare licet. Usus in his omnia moderabatur: nam veteres non dixerunt *cur nam*, sed *nam cur:* dixerunt *quianam.*

Terent. Heaut. 3, 2, 6. *num nam haec audivit?* Eun. 2, 2, 55. *eho, num nam hic relictus custos?* Ad. 3, 4, 42. *hem, num nam illa, quaeso, parturit?*

Plaut. Truc. 2, 4, 1. *num tibi nam, amabo, ianua est mordax mea?* 2, 7, 42. *num, obsecro, nam ariolus, qui ipsus se verberat?*

Plaut. As. 5, 1, 3. *num quid nam tibi molestum est, gnate mi, si haec nunc mecum accubat?* Bacch. 5, 1, 23. *num quid*

nam ad filium haec aegritudo attinet? Donat. ad Terent. Andr. 1, 4, 8. *comicum est et terentianum numquidnam, quum exemptis num et nam sufficere ad interrogationem potuisset quid.* Cic. Orat. part. 7, 26. *num quid nam de oratore ipso restat?*

Liv. 37, 17, 10. *vocatosque Rhodios quum percunctatus esset, utrum nam Pataris universa classis in portu stare posset, quum respondissent, non posse: causam nactus omittendae rei Samum reduxit naves.* Quum nulla adsit commovendi animi causa, scribendum videtur *utrumne.* Gronovius 34, 32, 16. ubi legitur in codd. *utrumnam a te factum est?* restitui voluit *utrumnam non a te factum est?* Quo modo nemo loquitur. Scripsit Livius, quod alii libri confirmant: *utrum non a te factum est?*

Plaut. Aul. 1, 1, 3. *nam cur me verberas?* Horat. Epist. 1, 2, 37. *nam cur, quae laedunt oculum, festinas demere: si quid est animum, differs curandi tempus in annum?* Dicunt *nam* transitum parare. Sed auget vim interrogationis.

Vt *quianam* comprobent grammatici, producunt Plaut. Truc. 1, 2, 34. AS. *Nimis otiosum arbitror hominem esse te.* DI. *Quianam arbitrare?* Sed ibi palatini codices exhibebant *qui nam.* Virgil. Aen. 5, 13. *heu quianam tanti cinxerunt aethera nimbi?* Ibi etiam nonnulli codd. Pontani emendationem *quinam* confirmant. 10, 6. *quianam sententia vobis versa retro?* Non pauci libri *quaenam.* Sed Festus: *quianam pro quare et cur positum est apud antiquos, ut Naevium in carmine punici belli: summe deum regnator, quianam genuisti? et in satira: quianam Saturnium populum populisti? et Ennium in l. VII. quianam dictis nostris sententia flexa est.* Et Priscianus 17. p. 1060. et 18. p. 1169. alterum locum Virgilii affert, ut *nam* abundare demonstret. Vide Cerdam ad Aen. 5, 13. p. 491. et Pierium ad h. l. et Torrentium ad Horat. Sat. 2, 2, 107.

VI. 1. Grammatici docere solent inter enuntiationes causali ratione cohaerentes saepe *nam* omitti. Vide Wopkens. Tull. Lect. 62. (43.) Kritz. ad Sallust. Cat. 39, 4. et ad Iug. 28, 5. Sed praeterea quod exempla afferunt, in quibus alia vocabula particulae vicem exsolent, veluti apud Sallust. Cat. 39, 4. *quodsi.* 6, 7. *eo modo.* Iug. 38, 3. *interea*, universa haec observatio non ad usum particulae, sed ad genus dicendi spectat. Neque in omnibus, quibus aliquid explicetur, flagitamus particulam: veluti apud Sallust. Iug. 28, 5. *num in consule nostro multae bonaeque artes animi et corporis erant, quas omnis avaritia praepediebat, patiens la-*

borum, acri ingenio, satis providus, belli haud ignarus. Latinum dicendi modum vereor ne corrumpamus, si Kritzium sequuti in verbis *patiens laborum* particulam *nam* substituendam putemus.

2. Non sine caussa Herbstius ad Quintil. 10, 1, 13. monet, saepissime orationem a compositis verbis *nam et — et* duci. Et affert permulta exempla Quintiliani aliorumque. Caussa vero in eo est posita, quod *nam* ad totam sententiam pertinens utramque eius partem disiunctam complectitur. Eodem modo componuntur *nam neque — neque.*

Cic. Brut. 1, 1. *nam et amico amisso — videbam, et — dolebam.* 26, 100. Caesar. B. gall. 7, 61. *nam et praesidio — relicto, et parva manu — missa.* Quintil. 11, 1, 68.

Quintil. 10, 5, 5. *nam neque semper est desperandum —, neque adeo ieiunam — natura eloquentiam fecit.* 3, 9, 9. 2, 5, 21.

3. Auctores inquinatae latinitatis in huius particulae usu negligentius versabantur, et ubi aliis erat continuanda oratio, *nam* interponebant.

Epist. ad Brut. 3. *consules duos, bonos quidem, sed duntaxat bonos amisimus. Hirtius quidem in ipsa victoria occidit, quum paucis diebus magno proelio ante vicisset. Nam Pansa fugerat, vulneribus acceptis, quae ferre non potuit.* Modestinus in Digest. 50, 16, 101, 3. *verum est, morbum esse temporalem corporis imbecillitatem, vitium vero perpetuum corporis impedimentum, veluti si talum excussit: nam et luscus utique vitiosus est.*

*) Saepissime a librariis commutatae sunt *iam* et *nam.* vd. Miscell. Obs. T. 1. p. 203. Schwarz. ad Plin. Pan. p. 524. Drakenborch. ad Liv. 5, 51, 6. Heins. ad Ovid. Met. 3, 350. Ellendt. ad Cic. Brut. 43, 159. Burmann. ad Anthol. 1. p. 220. et *non, nec.* Drakenborch. ad Liv. 8, 27, 2. Garaton. ad Cic. p. Mil. 1. *nam* et *namque.* Drakenb. ad Liv. 7, 28, 7. Walther. ad Tacit. Hist. 3, 42.

NE. NAE.

Affirmativam particulam *ne* cum graecis *ναὶ* et *νὴ* componi debere, omnes grammatici affirmarunt praeter Faernum, qui in notis ad Terent. Andr. Prol. 17. et ob diversam significationem et ob auctoritatem Donati ne-

gavit. At non diversa est significatio, sed usus horum verborum: neque in eo, quod Donatus diphthongi nullam fecit mentionem, argumentum inesse potest, quo graecam originem reiiciamus. Vltimum enim fontem, ex quo non tantum Graeci hauserunt, conspicimus in naturali voce *nu*, quae mutata in graecis *ναὶ* et *νὴ*, in latinis *ne* et *nam*, in germanico *ia* apparet. Atque quod Graeci *νὴ* et *ναὶ* dixerunt pro *νὰ*, ut *δὴ* et *δαὶ*, idem fecere Latini, sed scriptura expresserunt simplicem litteram *e*. Charisius p. 202. et Diomedes. p. 388. quum diversam significationem in uno vocabulo *ne* vidissent, ambiguitatem hanc non alio modo expediendam putabant, quam ut dicerent, idem *ne* imperativum etiam *εἰρωνικῶς* accipi pro graeco *ναί*. Sed Priscianus 15. p. 1020. ut haec explicet, inani conatu demonstrat dehortativum *ne* etiam pro *valde* dici, ut in Terentii Andria: *ne illa illum haud novit*. Scripti libri omnes consentiunt in *ne* apud Cic. de Orat. 3, 31, 125. p. Font. 6, 11. ubi vid. Lambin. et ad or. p. Mil. 25, 68. et ad Catil. 2, 3, 6. apud Liv. 26, 31, 10. in Terent. Andr. Prol. 17. neque aliter libri antiquiores reliquorum scriptorum, quod viderunt iam Cortius ad Sallust. Cat. 52, 27. et ad Plin. Epist. 7, 12. et Ernestius ad Cic. Verr. 4, 37, 81. Sed grammatici recentiores ut haberent, quo particulam prohibitivam distinguerent, graecum *ναὶ* tenentes, scripserunt *nae:* id quod primum fecisse Laurentium Vallam narrat Malaspina ad Cic. Epist. ad Att. 6, 1. cuius sententiae defensores exstiterunt Manutius in libro de Orthographia, Malaspina, Schwarzius ad Plin. Pan. 70, 9. Ernestius et quos affert Burmannus ad Quintil. Declam. 6, 9. Quaestio universa haec redit ad diphthongum, quam etiam in aliis vocabulis veteres scriptores cum simplici vocali commutasse constat. Vid. Schneideri Grammat. 1. p. 53. *Ne*, quod librarios innumeris in locis fefellit, defenderunt Lipsius Var. Lect. 3, 29., Bentleius ad Terent. Andr. Prol. 17. Garatonius ad Cic. in Catil. 2, 3, 6. Cortius et Kritzius ad Sallust. Cat. 52, 27. Iug. 85, 20. Facile tamen Zumptio concedamus, qui ad Cic. Verr. p. 734. *nae* utile appellat institutum, hac scriptura difficultatem intelligendi saepe removeri. Veteres haec vocabula pronuntiatione, non scriptura distinguebant: nos vero decet etiam hanc servare, nisi puerili institutioni succurrendum est. Ceterum enclitica *ne* differt per mensuram syllabae, quae brevis est.

Conf. Parei Lex. Crit. p. 776. Heusinger. ad Cic. de Off. 2, 20, 16. Spalding. ad Quintil. 6, 3, 29.

1. Significatio particulae *ne* est gravissimae affirmationis, ut intelligamus *re vera, profecto, certe.* Nam quod Donatus et ad Terent. Prol. Andr. 17. et ad 1, 2. 24. docuit, significari *valde, nimis, multum, plurimum*, factum videtur eo, quod Graeci *νάχι* ita posuerunt, ut facile posset pro *valde* accipi: veluti Callimachus in Fragm. 80. *Ἀνσανίη, σύ γε νάχι καλὸς, καλός.* Affirmatio autem pertinet ad rem, quae fit vel facta est vel futura est: ubi indicativus sequitur: Cic. de Off. 2, 20, 75. *ne illi multa saecula exspectanda fuerunt*: aut additur votis vel coniecturis: ubi coniunctivi locus est. Cic. Brut. 71, 249. *ne ego — velim tibi eum placere quam maxime.* Senec. de Benef. 1, 14, 5. *quare si quis existimat nos, quum ista praecipimus, benignitatis fines introrsus referre —: ne perperam monitiones nostras exaudiat.*

Brevi in sermone Plaut. Rud. 4, 3, 38. *ne impudenter impudens.*

De usu particulae in futura re designanda dubitari potest: sed Liv. 34, 5, 16. *ne simul pudere, quod non oportet, coeperit: quod oportet, non pudebit.* Nam quod duo libri non optimi omittunt particulam, parvi est momenti. Plaut. Asin. 5, 2, 19. *ne illum ecastor miserum habebo.*

Val. Flacc. 8, 100. *ne saevum passure diem.* ubi critici *heu* scripserunt. Est vero: tu, qui in eo eras, ut saevum mortis diem patereris: sicuti Statius Silv. 1, 3, 61. dixit: *quo non sub domino saevas passura bipennes.*

Ne quum in codicibus saepe commutatum esset cum *nc*, quod est *nec* vel *nunc*, criticis illud multis in locis restitui placuit, veluti Heinsio in Propert. 1, 9, 15. Mitscherlichio in Propert. 2, 5, 15.

2. Quaerendum erat grammaticis, num Latini *ne* posuissent etiam in evocatione aut in iis, quae iuberentur. Graeci enim id fecerunt. Sic Eur. Orest. 147. *ναὶ οὕτω κάταγε, κάταγε.* ubi Matthiae id, quod scripserat *ναὶ οὕτω· κάταγε*, ipse postea reiecit. Alcest. 1129. *ναὶ σῶζέ νιν.* Callimach. H. in Cer. 64. *ναὶ ναὶ τεύχεο δῶμα.* Hoc vero alienum ab usu Latinorum fuisse videtur, quamquam de comicis poetis dubitare licet.

Plaut. Most. 3, 1, 58. *eu hercle, ne tu abi modo.* de quo loco dixi Tom. 2. p. 610. Sed vide, an recte coniungantur

verba *ne tu abi*. Plin. Paneg. 70, 9. *ne suffragiis consularium virorum urbes, populi, gentes inserantur*. Lipsius emendavit *bene — inseruntur*: omnes reliqui editores id receperunt. Mihi quidem non placet.

3. Ciceronem aliosque scriptores quum vidissent *ne* ere semper cum pronominibus personalibus et monstrativis coniunxisse. Faernus ad Terent. Andr. Prol. 17. et ruizenius ad Plin. Pan. 70. aliique praeceperunt id fatum esse ab omnibus scriptoribus bonis atque omnino ieri debuisse. Cf. Wolf. ad Cic. Tusc. 1, 30, 74. ubi Klotzius exempla, quae non habent pronomen, praeter egulam formata esse dicit. Tamen ipse Cicero ita louutus est p. Font. 6, 11. saepissime comici. Vsus vero ic omnibus temporibus communis non ex ea ratione xortus esse videtur, qua *adeo, quidem* pronominibus diungi solet, sed potius pronomina, ut gravior vis oraionis exsistat, primo loco exprimuntur.

Plaut. Amph. 1, 1, 169. *ne ego homo infelix fui*. Terent. Heaut. 3, 2, 45. *et ne ego te, si usus veniat, magnifice, Chreme, tractare possim*. 4, 6, 12. *ne me istuc prius ex te audivisse gaudeo, quam argentum haberes*. Cic. Brut. 71, 249. *ne ego, inquam, si ita est, velim tibi eum placere quam maxime*. de Fin. 3, 3, 11. de Nat. d. 2, 1, 1. *ne ego incautus, qui cum academico et eodem rhetore congredi conatus sum*. ad Fam. 7, 23, 11. *ista quidem summa, ne ego multo libentius emerim diversorium Tarracinae, ne semper hospiti molestus sim*. Tusc. 1, 42, 99.

Terent. Heaut. 4, 8, 27. *ne tu propediem, ut istam rem video, istius obsaturabere*. Cic. ad Fam. 7, 30, 2. *ne tu videris multo ante providisse*. 7, 1, 9. Phil. 2, 2, 3. Liv. 26, 6, 15. Plin. Epist. 7, 12, 6.

Terent. Heaut. 4, 4, 25. *ne ille haud scit, hoc paulum lucri quantum ei damni apportet*. Cic. Tusc. 1, 30, 74. *quum vero causam iustam deus ipse dederit, ut nunc Socrati, nunc Catoni, saepe multis: ne ille, medius fidius, vir sapiens laetus ex his tenebris in lucem illam excesserit*. Plin. Paneg. 16, 5. 27, 2. Plaut. Amph. 2, 2, 213. *ne ista edepol, si haec vera loquitur, examussim est optuma*. Terent. Andr. 2, 1, 24. *ne iste haud mecum sentit*. Cic. de Sen. 10, 33. *ne ille non magno desiderio tenebitur virium*. in Cat. 2, 3, 6. de Orat. 3, 31, 125. Tusc. 3, 4, 8. Sallust. Cat. 52, 27. Plaut. Men. 5, 1, 34. *ne istuc mecastor iam patrem arcessam meum*.

Pronomen possessivum ubi sequitur, non videtur ratio intercedere singularis. Terent. Hec. 5, 3, 1. *edepol ne meam herus esse operam deputat parvi preti.*

4. Ex his vero, quos attuli, locis colligitur, *ne* plerumque usurpari in conclusione ita, ut, praecedente enuntiatione caussali vel conditionali vel vocabulis *quum, si* designata, vel contracta, in apodosi ponatur. Tamen sunt etiam exempla non pauca, in quibus per se constat sententia simplex. Ceterum universus usus maxime pertinet ad colloquia: raro dicunt oratores extra allocutionem.

5. Aperta est caussa, unde factum sit, ut *ne* semper poneretur ab initio sententiarum et primo quidem loco. Nam particula haec attinet ad totam sententiam, non ad unum quoddam vocabulum. Turnebus igitur negavit particulam umquam inseri posse in media sententia: negavit rursus Rostius in Plautin. Cuped. Ferc. 14. p. 4. Sed nihilominus praemitti potest alia particula, veluti apud Terentium Heaut. 5, 1, 45. *at ne illud haud inultum, si vivo, ferent.* Plaut. Curc. 1, 3, 38. Et pronomen etiam praecedit. Plaut. Trinum. 3, 2, 8. LY. *Egone.* LE. *Tu ne.* Curc. 1, 2, 49. Sic apud Catullum, nisi veterum librorum scripturam mutemus, intelligi debet extra interrogationem 63, 68. *ego ne deum ministra et Cybeles famula ferar:* quo vis sententiae nullo pacto infringitur. In media vero oratione particula non potest poni, etiamsi Paldamus ad Propert. p. XL. Praef. ita statuit. Etiam in apodosi primum locum obtinet, praemissa sententia conditionali. Plautus in duobus locis praemittit enuntiationem relativam.

Terent. Andr. Prol. 17. *faciunt ne intelligendo, ut nihil intelligant.* ubi interpretes antiqui iam dubitarunt. Bentleius encliticum *ne* eo agnovit, quod in thesi positum est. Illud tamen negari non poterit, affirmando intendi sententiam. Apud Livium 30, 14, 7. quod Rhenanus finxit *ne*, iamdudum a Crevierio eiectum est. Plaut. Amph. 1, 1, 228. *nam Amphitruonis socium ne me esse volui dicere.* Omnes critici viderunt haec esse falsa. Ingeniose Camerarius coniecit *sociennum.*

Propert. 1, 15, 29. *muta prius vasto labentur flumina ponto — quam mihi ne viles isti videantur ocelli, per quos saepe mihi credita perfidia est.* Puccius, Paldamus et, ut videtur, Lachmannus *ne* sive *nae* affirmativum esse existimarunt. At non

modo locus in secundaria, eaque media sententia, sed etiam significatio repugnat: nemo enim dicturus est: quam mihi profecto viles videantur oculi. Ex verbis oppositis *saepe credita est* colligi potest Propertium scripsisse: *quam mihi nc* (hoc est *nunc*) *viles isti videantur ocelli.* Apud Livium 26, 31, 10. interpungendum est: *ea vos rata habeatis, patres conscripti. Ne magis rei publicae interest quam mea.*

Plaut. Asin. 2, 3, 106. *si me tagis, ne hodie malo cum auspicio nomen commutaveris.* Truc. 4, 4, 38. Cic. p. Font. 6, 11. *sin autem in rebus iudicandis non minimam partem ad unamquamque rem existimandam — sapientia iudicis tenet, ne multo vestrae maiores gravioresque partes sunt ad cogitandum quam ad dicendum meae.* Cic. Tusc. 1, 30, 74. vide p. 25. Plin. Paneg. 16, 5.

Plaut. Pers. 1, 1, 7. *qui hero suo servire volt bene servos servitutem, ne edepol illum multa in pectore suo collocare oportet.* Pseud. 3, 1, 1. Bacch. 4, 9, 132. *edepol qui me esse dicat cruciatu malo dignum, ne ego cum illo pignus haud ausim dare.*

6. Augetur particulae vis adiectis aliis asseverationis vocabulis *hercle, mehercle, edepol, mecastor.* Haec vel praecedunt, vel sequuntur.

Plaut. Amph. 2, 4, 6. *ne tu hercle cum magno malo mihi obviam occessisti.* Asin. 2, 4, 6. Bacch. 2, 3, 76. Terent. Hec. 5, 3, 1. *edepol ne meam herus esse operam deputat parvi preti.* ubi Ruhnken. Plaut. Amph. 2, 2, 213. *ne ista edepol, si haec vera loquitur, examussim est optuma.* Men. 4, 2, 40. *ne illam mecastor foenerato abstulisti.* Cic. ad Att. 4, 4, 6. *medius fidius ne tu emisti locum praeclarum.* ubi Bosius. Tusc. 1, 30, 74. vide p. 25. Plaut. Men. 1, 2, 50. *heu edepol, ne tu, ut ego opinor, esses agitator probus.* 5, 5, 10.

7. In Cic. de Off. 2, 21, 75. plerique codices exhibent: *ne illi quidem multa saecula exspectanda fuerunt.* Sed editores omnes eiecerunt *quidem.* Vereor, ut iusta de caussa hanc particulam addi posse negaverint. Etiam in Acad. 2, 39, 123. servanda videtur antiquorum librorum scriptura: *egone? ne vobis quidem tantum.* Cf. Wopkens. Lect. Tull. p. 59.

NE.

Quaesiverunt grammatici de origine voculae *ne* ad alias gentes regressi. Gerh. Vossius quum cognovisset

Graecos dicere *νέπους*, *νήριθμος*, *ne* ex graeco *νε* sive *νη*, sed utrumque ex hebraico vocabulo נא transmutato factum esse dixit: Hartungius antiquius verbum invenit in indico *na*, unde *ne* et *ni* ortum sit. Sed quoniam Graeci etiam *ἀν*, Latini *in* ad negandas notiones adhibuerunt, Buttmannus primitiva verba eiusdem significationis existimabat fuisse *ἀν* et *νη*: quem sequutus Weissenbornius in Grammat. p. 174. eodem modo opinatur, *in* et *ne* ex communi origine nata esse vocali vel post *n*, vel ante eam litteram omissa. Quod si probaremus, incognita haberemus vocabula *ine* et *ἄνα*, nec facile intelligeremus, quomodo ex *ine* factum esset *ne*. Illud unum mihi videtur certissimum, universae generis humani linguae hoc innatum esse, ut negatio per vocem *n* exprimeretur, atque vocalis vel praeponeretur vel adderetur: unde *an* et *in* et *un* et *na* et *ne* et *ni*, et mutata consonante *μὴ* diceretur. Transponuntur autem litterae, ut in *ῥα* et *ἀρ*, *μῶν* et *num*, *μὰν* et *nam*, sic *ni* et *in*. Veteres adeo pro *nisi* pronuntiabant *nesi* et *sine*. Quae quum ita sint, recte componitur latinum *ne* cum graecis *νήποινος*, *νηπενθὴς* et cum *ἀνηλεὴς*, *νηλεής*. Fundamentum igitur latinorum vocabulorum erat *nei*, ex quo modo *ne*, modo *ni* factum est. Atque illud *nei* etiam nunc exstat in inscriptione apud Orellium n. 3121. *ni* et *nive* ibidem et n. 642. *Ni* pro *ne* veteres dixisse, Servius ad Aen. 3, 686. et Donatus ad Terent. Eun. 2, 3, 35. 3, 3, 2. narrant. In Propertii 2, 7, (6,) 3. quum omnes codices exhibeant *ni*, id Broukhusius vindicavit inscriptionis cuiusdam auctoritate. Quod vero *ne* in *neque* brevem syllabam, longam in *nequam* habet, de hac re iam Vossius de Analog. 4, 24. scripsit: „nec ex quantitate sola, quae tantummodo accidens est, sed imprimis ex significatione iudicium fieri debet.“ Neque igitur cum Doederlinio *ne* breve ab *ne* longo ita distinguamus, ut hoc unum cum *μὴ* comparemus: nam usus erat, qui mensuram ob significationem constitueret. Sed ob hanc ipsam significationis caussam nos discernimus *ne* affirmativum, alterum negativum, tertium dubitativum, quod usurpatur in interrogationibus, et in *an* transmutatum est.

De *ne* affirmativo iam diximus. In negativo ante omnia id teneamus necesse est, primitivam naturam adverbii non eo usu esse penitus mutatam, quo coniunctio-

nis partes obtinet. Neque tam absurda est, uti aliis videbatur, eorum opinio, qui, ubi *ne* cum coniunctivo poneretur, cogitatione supplendum esse *ut* dixerunt. Vide Bauerum ad Sanctii Min. Tom. II. p. 346. Wagnerum in Seebodii Novo Promptuar. a. 1828. 4. p. 77. Nam negatio, quae conditionem rerum vel formam enuntiationis designat et ob hanc caussam adverbiis adnumeratur, in continuanda oratione vicem coniunctionis implet, quae etiam in affirmativis sententiis supprimi potest. Neque aliter se habet graecum μὴ, de quo miror Hermannum sententiam suam mutasse, quum in Ephem. scholast. a. 1828. p. 623. scriberet, primitiva natura voculam μὴ esse coniunctionem, sed adverbii loco usurpari in graviori negatione.

I. 1. Antiquissimis temporibus quum subtiliores distinctiones nondum essent inventae, negationem cuiusvis generis Latini vocabulo *ne* expresserunt, ut hoc idem esset, quod *non*, nisi forte maioris gravitatis pondus accessit. Nam quod Lambinus ad Cic. Tusc. 1, 31, 75. dicit hoc obscurum et controversum esse, id certis documentis affirmari debebat. Postea vero adulta lingua modalem negationem proprie designare coeperunt, ut haberent vocabulum, quo τὸ εἶναι negarent atque unam aliquam notionem et id, quod a cogitatione profiscerentur, tollerent. Id erat *ne*, in plurimis graeco μὴ respondens. Per *non* enim dicitur, quae res aut qualis non sit, per *ne* non esse rem: per *non* tollitur qualitas rei, per *ne* essentiae notio. Conf. T. 3. p. 16. Graeca τὰ οὐ καλὰ sunt *non honesta*, τὰ μὴ καλὰ *ne honesta* sive *inhonesta*: illis dicitur rem non honestam esse, his autem ne cogitari quidem esse honestam rem. Quare adhibebatur in componendis nominibus *nefas*, *neuter*, *nemo*, *nescire*, *nequaquam*, *nullum*, *numquam* et in iis formis, quas grammatici dicunt per hyphen factas, et in quibusdam aliis verbis, veluti *ne vis*, *ne plus*, quod est μὴ πλεῖον. Deinde vero maiore gravitate insigniebatur haec negatio, ut diceretur *ne quidem*, *nedum*, aliaque. In compositione verborum interponebatur *c* littera, ut esset *nec* in *necopinus*, *negotium*, *nec cogitans* (Orat. de Harusp. resp. 26, 55.).

Catull. 64, 81. *ipse suum Theseus pro caris corpus Athenis proiicere optavit potius quam talia Cretam funera cecropiae ne-*

funera portarentur. Vid. Palmerii Spicileg. Tom. 6. Lampad, Gruter. p. 650.

Plaut. Trin. 5, 2, 32. *nisi tu ne vis.* Most. 1, 2, 29. *dominus indiligens reddere alias ne volt.* Cf. Sciopp. Suspect. Lect. 2, 5,

Plaut. Most. 1, 2, 22. *operae ne parcunt.* 1, 2, 43. Lucret. 1, 807. *crescere ne possunt fruges.* Ita codices Gifanii.

2. In iis, quae *ne* recipiunt ad negandam unius nominis notionem, imprimis notanda sunt nomina *plus, minus, amplius* atque alii comparativi. Vide Drakenborch. ad Liv. 38, 24, 5.

Cic. de Leg. 2, 27, 68. *incisam ne plus quatuor herois versibus.* ad Att. 5, 1. *ut hoc nostrum desiderium ne plus sit annuum.* Liv. 43, 12, 4. *veteres milites dimitti ita, ut in singulas romanas legiones ne plus sena millia peditum, treceni equites essent.*

Leg. XII. Tabul. apud Gell. 20, 1. *vincito aut nervo aut compedibus quindecim pondo, ne minore.* Cic. in Verr. 1, 47, 123. *scripsit ut heredes iurarent, se curaturos, ut ex sua cuiusque parte ne minus dimidium ad A. Tribonium — perveniret.* Liv. 26, 24, 10. *navibus ne minus viginti quinqueremibus adiuvaret Romanus.* 28, 39, 19. *muneris ergo in singulos dari ne minus dena millia aeris.* 30, 17, 14. 30, 37, 6. 32, 26, 18. Columell. 5, 6, 18. *absit autem hic ab arbore ne minus sesquipedali spatio.* 5, 11, 4. Vitruv. 10, 19, (13,) 4.

Liv. 44, 45, 4. *equitibus praedam circumiecti agri, dum ne amplius duabus noctibus a castris abessent.* 36, 1, 8. *ne supra quinque millium numerum.* de quo loco iterum infra dicam.

Cic. de Leg. 2, 26, 66. *columellam tribus cubitis ne altiorem.*

3. Grammatici quum vidissent *ut ne* in una enuntiatione saepe a Cicerone, rarius a scriptoribus posterioris temporis dici, multi de caussis huius usus disputarunt. Erant enim, qui dicerent, *ut* ad universam sententiam referri, *ne* ad unum aliquod vocabulum: quo nihil efficitur, nisi ut perversa opinio reiiciatur, qua alii in hac duplici coniunctione gratam abundantiam quandam agnoscunt. Alii explanare hanc formulam malunt additis verbis: *ut caveatur, ne fiat,* opinantes, *ut ne* ubi componantur, semper agi de consilio: quod falsissimum est. Nam nusquam legitur *ut ne* post verba cavendi vel prospiciendi, nec post ea, quae consilium

indicant. Id bene iam Gernhardus observaverat, et quum ad Cic. Lael. p. 99. dixisset, *ut ne* poni, ubi verbum praecedat, quod effici aliquid iubet, addit: „qui effectus si in vitanda re cernitur, *ut* interponitur ad quamdam constructionis lenitatem verbo *efficere* vel *operam dare* concedendam, a cuius notione *ne* prohibitivum abhorrere videatur.“ In quo illud est mirum, Latinos eosdem interdum tam diligenter cavisse proprietatem verborum, qui, ut constat, tam saepe *ne* pro *ut non* posuissent. Buttmannus ad Quintil. 12, 6, 2. triplicem exposuit caussam ita: „primum quum is qui loquitur ita sensus disponere vult, ut negatio praefigatur rei ipsi negatae serius ponendae, quo facto remanet *ut* in fronte propositionis: deinde, quum sensus prohibitivus et cautionalis, qui est in simplici *ne*, minui debet: denique, quum consilium illud negativum sive cautio pendet e verbo vel sermone sensus affirmativi, sed nondum absoluti.“ Quibus quomodo regula loquendi constituatur, equidem non video. Sed Zumptius §. 347. docet, *ut ne* nihil differre a *ne* simplici, nisi quod dicatur in oratione graviori, praesertim in legibus: quod innumeris locis non convenit: tamen iure refellit eorum sententiam, qui caussam in eo consilio quaesiverant, ut *ne* ab initio enuntiationis remotum alicui nomini posteriori aptari posset: nam saepissime *ut ne* collocantur. Ochsnerus in Eclog. Cic. p. 145. antiquiorem fuisse censet usum, in quo *ut* universum consilium, *ne* distinctiorem significationem expressisset: quod qua ratione factum sit, non expedit. Neque iusto argumento Billrothus in Gramm. p. 374. et Herzogius ad Caes. Bell. civ. 3, 56. negarunt *ne* addi uni alicui nomini: id enim fieri per *ut non*, sed in *ut ne* pertinere *ne* ad totam sententiam. Wagnerus, qui singularem libellum de hoc usu Nordhusae a. 1827. edidit (repetitum in Seebodii Nov. Promptuar. a. 1828. 4. p. 74.), rediit ad antiquiorum grammaticorum opinionem, in *ut ne* expressum esse, quod in *ne* simplici omissum esset, atque demonstravit *ut ne*, quod ubique dicendum esset, differre a *ne* tum verborum consecutione, tum significationis gravitate: nam collocatione particulae indicasse scriptores, quam orationis partem maxime prohibitam voluissent, et gravitatem addi in rebus opponendis vel praeter opinionem exspectandis vel appetendis: ubi vero suppressa esset altera coniunctio *ut*, alteram minore cum vi spectare ad

universam sententiam. Quae narrasse satis est: nam quantum haec omnia vel a veritate abhorreant, vel ad eam accedant, brevi rei expositione apparebit.

Ne igitur non est in his dictionibus coniunctio, sed antiquum adverbium, quod maiori cum vi pro *non* dicitur. Primum enim nusquam *ut ne* usurpatur de consilio, sed de effectu sive de re efficienda: deinde semper *ne* adhaeret uni alicui vocabulo negatione designando, atque adeo *ut necubi* dicitur: tum alia quoque vocabula in eumdem modum consociantur, ut *quomodo ne:* denique usus hic eo magis exolevit, quo longius scriptores ab antiquissimo dicendi genere discesserunt. Nam comici frequenter ita loquuti sunt, saepe etiam Cicero: sed Caesar, ut videtur, numquam, Livius sive paucis in locis, sive nusquam: sed Cornelius Nepos et Suetonius in una tantum formula, numquam Celsus, nec Curtius, nec Tacitus, nec Seneca, nec Valerius Maximus. Iam vero exponendum est, quando antiquiores scriptores ita loquuti fuerint. Id enim factum est triplici ratione. 1) *Ne* pro *non* ponebatur, ubi negatio cum nomine, cui addebatur, in unam notionem coibat. Ita *ne quis*, *ne qui*, *ne quando* et aliae formae relativae componebantur. Simili modo alternant *utinam non* et *utinam ne quid* apud Cic. ad Att. 11, 9.

Recte, ut mihi videtur, Laur. Valla Elegant. 3, 27. „more Ciceronis *ut ne* pro *ut non*." Idem Thomasius ad Tursellin. et Linacer de Emend. Struct 1. p. 91.

Plaut. Most. 5, 1, 12. *pergunt turbare usque, ut ne quid possit conquiescere.* Terent. Ad. 4, 4, 18. *fieri potis, ut ne qua exeat.* Hec. 4, 2, 19. Cic. de Off. 1, 7, 10. *sed iustitiae primum munus est, ut ne cui quis noceat, nisi lacessitus iniuria.* de Inv. 2, 3, 10. de Off. 1, 29, 103. *ex quibus illud intelligitur, — appetitus omnes contrahendos sedandosque —, ut ne quid temere ac fortuitu inconsiderate negligenterque agamus.* ad Fam. 10, 14, 4. *in illam igitur curam incumbe, mi Plance, ut ne qua scintilla teterrimi belli relinquatur.* 16, 9, 5. 1, 4, 3. de Am. 16, 60. *illud potius praecipiendum fuit, ut eam diligentiam adhiberemus in amicitiis comparandis, ut ne quando amare inciperemus eum, quem aliquando odisse possemus.* Sueton. Tib. 39. *ut ne quo nisi ipso herede moreretur.* Calig. 41. Varro de Rer. 2, 2, 19. *itaque faciunt lapide strata, ut urina necubi in stabulo consistat.*

Sed etiam verbis praefigitur *ne*, quorum notio neganda est ita, ut contrarium cogitetur: id quod ex more

Latinorum maxime fit in verbis, quae ipsa in se habent negativam notionem, quemadmodum *ne deesse* pro *adesse*, *ne esse in aliquo loco* pro *abesse*, *ne ignorare* pro *scire*. *Ne plus*, *ne minus* ex ea ratione dicunt, quam declaravi n. 2.

Terent. Eun. 5, 4, 19. *ego pol te pro istis dictis et factis, scelus, ulciscar, ut ne impune nos illuseris.* i. e. cum poena. Cic. in Verr. 4, 63. *tum eos hortatus sum, ut caussae communi salutique ne deessent.* Vetus Sen. Cons. apud Sueton. de Rhet. 1. *ut curaret — ut Romae ne essent.* p. Lig. 4, 11. *quid aliud agis? ut Romae ne sit? ut domo careat?* p. Domo 17, 44. *iubeatis, ut M. Tullius in civitate ne sit.* de Nat. d. 1, 7, 17. *sed ut hic, qui intervenit, me intuens ne ignoret, quae res agatur*, etc. p. Sext. 15, 33. *lata lex est, ne auspicia valerent, ne quis obnuntiaret, — ut omnibus fastis diebus legem ferri liceret, ut lex Aelia, lex Fufia ne valeret.* de Orat. 1, 29, 132. *illud assequi possunt, ut iis, quae habeant, modice et scienter utantur et ut ne dedeceat.* Phaedr. 4, 24, 14. *verum, ut ne irate te dimissum sentiant, ad coenam mihi promitte.* Gellius 5, 12. *nam deos quosdam, ut prodessent, celebrabant, quosdam, ut ne obessent, placabant.*

Cic. ad Att. 5, 1. *quo magis erit tibi videndum, ne quid novi decernatur, ut hoc nostrum desiderium ne plus sit annum.* p. C. Rab. 8, 9. *quin etiam suspicor eo mihi semihoram a Labieno praestitutam esse, ut ne plura de pudicitia dicerem.* Varro de Re r. 3, 16, 34. *si foecundanda sit alvus, ut ne plus tertia pars eximatur mellis.* Cornel. Them. 7, 3. *eisque praedixit, ut ne prius Lacedaemoniorum legatos dimitterent, quam ipse esset remissus.* Cic. de Fin. 1, 20, 70. *sunt autem, qui dicant, foedus quoddam esse sapientum, ut ne minus amicos quam se ipsos diligant.*

2. Alterum genus dicendi illud est, in quo *ne* uni alicui nomini cum ea maiori potestate adiicitur, quam habet in formula *ne — quidem*. Exprimit enim negationem graviorem aut oppositione aliarum rerum adauctam, quam nos Germani aliis particulis significare solemus, quum dicimus *gar nicht*, *ja nicht*, *durchaus nicht*, vel accentu gravamus *nicht*.

Plaut. Merc. 5, 3, 5. *at ego expurgationem habebo, ut ne succenseat.* As. 3, 3, 128. *licet laudem Fortunam, tamen ut ne Salutem culpem.* Capt 2, 2, 17. *ne id quidem involucri iniicere voluit, vestem ut ne inquinet.* i. e. *dafs er ja nicht das Kleid besudele.* Terent. Hec. 1, 2, 30. *nempe ea caussa, ut ne fiat palam,*

Andr. 5, 3, 28. *hoc modo te obsecro, ut ne credas a me allegatum hunc senem.* i. e. *dafs du ja nicht glaubest.* 4, 2, 16. Phorm. 1, 3, 16. 2, 1, 84. 5, 8, 82. Eun. 3, 1, 49. 5, 4, 23. Cic. ad Att. 9, 7. *nec tam ut illa adiuvem, quam ut haec ne videam, cupio discedere.* i. e. ne videam quidem. 12, 18. (epistolae) *tamen misi ad te exemplum, ut, si minus placeret, ne mitterem.* in Verr. 4, 14, 32. *quid vis nobis dare, ut isti abs te ne aufcrantur.* Div. in Caec. 4, 14. 7, 23. ad Fam. 5, 21, 16. 13, 54, 2. Orat. 31, 109. Tusc. 5, 13, 39. *si eius acies ita curata est, ut ne caecaretur erroribus.* Maior vis negationis insigniter apparet in oppositis Cic. in Verr. Act. 1, 9, 25. *fecit animo libentissimo populus romanus, ut, cuius divitiae me de fide deducere non potuissent, ne eiusdem pecunia de honore deiiceret.*

Cic. p. Caec. 9, 23. *maxime fuit optandum Caecinae, — ut controversiae nihil haberet: secundo loco, ut ne cum tam improbo homine: tertio, ut cum tam stulto homine haberet.* de Fin. 2, 8, 24. *ex quo efficitur, non ut voluptas ne sit, sed ut voluptas non sit summum bonum.* i. e. *nicht dafs das Vergnügen gar nicht vorhanden sey, sondern dafs das Vergnügen nicht das höchste Gut sey.* p. Mil. 12, 31. *numquid igitur aliud in iudicium venit, nisi uter utri insidias fecerit? Profecto nihil. Si hic illi, ut ne sit impune: si ille huic, tum nos scelere solvamur.*

Solet Cicero cum aliis *ut ne* ponere, ubi in secunda parte per *quum, si* additur conditio. Tusc. 1, 32, 78. *id certe non dant, ut, quum diu permanserit, ne intereat.* i. e. tamen nullo pacto intereat. Terent. Adelph. 3, 2, 56.

Drakenborchius tradit Livium in tribus locis *ut ne* pro *ne* dixisse non sibi, sed aliis visum esse. Vide ad 10, 27, 2. Liv. 34, 17, 8. *id ut ne fiat uno modo arbitror caveri posse.* Sed codices non pauci, nec mali omittunt *ut.* 45, 23, 4. *hoc enim legatos utroque de pace mittendo consequuti sumus, ut ne ab utraque parte gratiam iniremus.* Gronovius, qui viderat, sententiam ipsam requirere verba: *ut ab neutra parte gratiam iniremus,* haec restituenda censuit, assentiente Drakenborchio. Tamen quaeri licet, num *ne ab utraque parte* dici possit pro *ab neutra parte.* 42, 41, 10. *nam si est in foedere ita scriptum, ut ne, si bellum quidem quis inferat, tueri me regnumque meum liceat, mihi fatendum est, quod me armis adversus Abrupolim, socium populi romani, defenderim, foedus violatum esse.* In hoc quidem libro non sine causa criticus dubitare poterat de auctoritate unius codicis. Nam quae Goerenzii ad Cic. Acad. 2. p. 107. erat sententia, a librariis saepe omissum esse *ut*, ei ex altera parte multa exempla adversantur, in quibus scribas *ut* adie-

cisse apparet. At ipse Livii locus non est huius generis. Nam dele comma, et habebis *ut ne si bellum quidem quis inferat.* In 10, 27, 2. librorum accurata censura desideratur: tamen, ut paullo post dicam, defendi potest paucorum librorum scriptura *ut*: quod alii a librariis profectum putant. De loco 34, 6, 14. antea est dictum. Apud Valer. Max. 1, 6. Ext. 1. unus codex traiect. habet: *claudatur hoc exemplo talium ostentorum domestica relatio, ut ne, si ulterius romana apprehendero, e coelesti templo ad privatas domos non consentaneos usus transtulisse videar.* quamquam auctor nusquam ita loquutus est. Senec. de Benef. 3, 10, 1. *an hoc inducimus, ut ne demus beneficia sine teste?* Codices praebent *ut non demus.* Tacit. Hist. 4, 58. *precor venerorque, ut, si vobis non fuit cordi me duce haec castra incorrupta et intemerata servari, at certe pollui foedarique a Tutore et Classico ne sinatis.* Editio Spirae pr. *non sinatis.* Sed si Tacitus scripsit *ne*, mutavit cursum orationis.

Apud Caesarem vulgo legitur Bell. civ. 3, 56. *tantumque a vallo eius prima acies aberat, uti ne in eam telum tormentumve adigi posset.* At in codicibus magna varietas. A duobus abest *ne*, a tribus *in eam*, sed in omnibus fere legitur *telo tormentove.* Equidem locum puto interpolatum esse sumptis e cap. 51. verbis. Celsus 3, 19. *ubi in tuto esse videtur, verendum tamen est, ut ne in eamdem imbecillitatem cito recidat.* Ita edidit Lindenius, quod ab usu abhorret. Targa revocavit librorum antiquorum scripturam omittens *ut.* Sed Lindenius etiam in alios locos repugnante codicum auctoritate intulit hunc dicendi modum Celso incognitum: 1, 3. p. 34, 7. 3, 11. 7, 7. extr.

3. Sicuti communi usu componuntur in disiunctivis sententiis *ut neque — neque* (Celsus 3, 4. p. 120. *id enim eius officium est, ut aegrum neque supervacua materia oneret, neque imbecilliorem fame perdat*), ita etiam posito *ut* disiungi possunt diversae res verbis *ne — neu.*

Cic. de Leg. 2, 22, 55. *eas in eos dies conferre ius, ut ne ipsius, neve publicae feriae sint.* de Am. 21, 78. *est una provisio, ut ne nimis cito diligere incipiant, neve non dignos.* Ita accipi posset, si constaret scriptura, locus Livii 10, 27, 2. *atque ita convenit, ut ne unis castris miscerentur omnes, neve in aciem descenderent simul.*

4. *Quo ne* pro *ut ne* dici viri docti tradiderunt. Heindorfius ad Horatii Sat. 2, 1, 37. monet in plurimis locis *quo* naturam servari pronominis relativi. Scilicet

hanc nusquam exuit *quo*, etiam ubi pro *ut* positum videtur, quamquam non semper expressum est, quo referatur. Ratio vero, qua *ne* pro *non* apponitur, eadem est adverbii, quam modo exposui. Vsus autem tantum apud comicos et apud recentissimos scriptores exempla habet. Wopkensius in Miscell. crit. nov. Vol. 1. T. 2. p. 75. „quemadmodum *ut*, sic *quo* saepius ita ante *ne* vacat.“ et affert Boethii et Septimii locos.

Terent. Andr. 2, 1, 35. *ego id agam, mihi qui ne detur.* ubi Donatus: *veteres frequenter ne pro non dicebant.* Cic. ad Fam. 7, 2, 1. *sed eo vidisti multum, quod praefiniti, quo ne pluris emerem.* In his Cortius existimat *quo* pendere ex voc. *plus*, sicuti dicatur *tanto plus.* Et apud Livium quod 34, 6, 14. legitur: *cautum erat, quo ne plus auri argentique facti, quo ne plus signati argenti et aeris domi haberemus:* Ernestius interpretatur: constitutus lege erat certus auri argentique facti modus, quo modo plus habere non liceret. At his artificiis non opus est, quum sciamus, *ne* adverbium proprie componi cum *plus.* Horat. Sat. 2, 1, 35. *nam Venusinus arat finem sub utrumque, colonus missus ad hoc, — quo ne per vacuum Romano incurreret hostis.* Heindorfius eam rationem agnoscit, qua 2, 8, 25. *Nomentanus ad hoc aderat, qui si quid lateret, monstraret digito.* Sed haec tamen aliquantum differunt. *Quo est qua ratione, quo fine, inwiefern*, et coniunctionis vicem implet ita, ut *ne* pro *non* accipiendum sit. Afferunt grammatici, ut illud *quo ne* pro *ut ne* positum comprobent, etiam Digest. 21, 1, 17, 5. *si celandi caussa, quo ne ad dominum reverteretur, fugisset, fugitivum esse.* Sed Gebauerus cum Holoandro omittit *quo*, quod ex Ofilli definitione traductum videtur.

Boeth. de Consol. 2, 7. *materiam gerendis rebus optavimus, quo ne virtus tacita consenesceret.* Septim. in Dictyis Cret. Bell. Troi. 4, 16. *respondit, quo ne indignus patris meritis existeret.* 4, 11. *ad aram, quo ne hostis dolum persentisceret, — adstitit.* 5, 8.

5. *Quomodo* post se habet verbum praefixa negatione *ne*, nec dubium viris doctis erat, quamdam inter has particulas intercedere vicissitudinem. Comparavit Frotscher graecum ὅπως μὴ, et Hermannus ad Viger. p. 436. docuit hoc non reddendum esse per *quomodo non*. Tamen etiam Graeci illa vocabula cum indicativo construunt. Aristoph. Equit. 112. ταῦτ' ἀτὰρ τοῦ δαίμονος δέδοιχ' ὅπως μὴ τεύξομαι κακοδαίμονος. Et dicunt etiam

ὅπως οὖ. Aristoph. Eq. 472. *καὶ ταῦτά μ' οὔτ' ἀργύριον οὔτε χρυσίον διδοὺς ἀναπείσεις — ὅπως ἐγὼ ταῦτ' οὐκ Ἀθηναίοις φράσω.* In utraque igitur lingua negationem attrahi a coniunctione negari nequit, tamen ea in Latinorum usu pertinet ad verbum, neque exuit adverbii naturam.

Rutil. Lup. 1, 9. ***quaeritis maximis sumptibus faciendis quomodo ne tributa conferatis.*** **In hac rerum oppositione acuenda erat negatio: nam dicit orator: quaeritis, quomodo, etiamsi tam magni sint faciendi sumptus, tamen nulla conferatis tributa. Quod quum sensisset Stephanus, scribendum censuit *quomodo tributa ne conferatis*, praeter necessitatem.**

6. Transitus, quo adverbium *ne* in coniunctionis vicem cessit, in eo usu apparet, quo cum imperativo et coniunctivo verbi consociatum significat prohiberi, ne quid fiat. Atque imperativus, quo necessitas agendi exprimitur, per se constat: coniunctivus, qui indicat aliquid fieri posse, pendet ex alio cogitationis vel voluntatis verbo. Nam quae Hartungius de Partic. graec. Tom. 2. p. 150. attulit, ut comprobaret etiam imperativum ex aliquo iubendi vel optandi verbo omisso pendere, nihil proficiebant argumentis. Vbi enim dicitur aliquid debere non fieri, non significatur res, quae non est, sed tollitur res cogitatione. Idque indicat *ne*, quod, ubi eamdem sententiam ita designamus, ut simul declaretur, pendere eam ex cogitatione sive voluntate, fit coniunctio. Nam in *ne fac* adverbium adiicitur verbo, in *ne facias* intelligimus *volo* sive *opto* sive *iubeo*. Iam Diomedes p. 388. *sed interest inter hoc et illud, quod diximus, ne fac, quod hoc imperamus, superius (ne facias) suademus.* Modestior et lenior est iubendi modus, quando refertur ad voluntatis rationem. Sed Servius ad Virgil. Aen. 6, 544. *ne saevi: ne irascere. Terent. ne saevi tantopere. Et antique dictum est: nam ne saevias dicimus, nec imperativum iungimus adverbio. Nec autem et non negantis.* Contra Donatus ad Terentii illa verba Andr. 5, 2, 27. *ne imperativo magis quam coniunctivo adiungitur.* Talis erat grammaticorum consensus. Et, quod magis miramur, Burmannus ad Ovid. Art. am. 1, 343. et Ruhnkenius ad Terent. Phorm. 4, 3, 59. dixerunt, *ne dubita* magis latinum esse quam *ne dubites*. Cf. Arntzen. ad Caton. Dist. p. 128. Prudentius Laur. Valla Eleg. 3, 28. „*ne veni, ne fac, ne iugula* apud oratores fere numquam,

sed apud poetas.“ Corradus in libro de lingua latina, ut refert Vrsinus, addidit his historicos, negavit usum Ciceronis: ipse Vrsinus tamen Instit. Tom. 2. p. 446. exempla, quae apud probatissimos auctores exstent, imitatione non indigna esse censet. Neque vitiosus videri potest imperativus, sed immodestior: atque hanc ob causam Cicero aliique urbane loquuti sunt *noli*, *cave*. Nec tamen comici imperativum tantum in vehementiori allocutione, sed etiam in precibus atque obtestatione usurpabant.

Plaut. Pers. 4, 5, 5. *ne doce.* 4, 8, 20. *abi, ne iura: satis credo.* Terent. Andr. 2, 3, 9. *ne nega.* Phorm. 4, 3, 59, *ne clama.* Eun. 1, 2, 15. *ne crucia te, obsecro, anime mi.* Ovid. Art. Am. 1, 343. *ne dubita cunctas superare puellas.* Virgil. Aen. 2, 202. *ne fugite hospitium, neve ignorate Latinos Saturni gentem.*

Liv. 8, 2, 9. *erit copia pugnandi: ne timete.*

Liv. 38, 38, 10. *Antiocho regi ius ne esto.* Eodem cap. 38, 7.

Cic. de Leg. 2, 9, 22. *praeter idaeae matris famulos eosque festis diebus ne quis stipem cogito. — Impius ne audeto placare donis iram deorum.*

Sed quum etiam *non* cum coniunctivo componatur, Ramshornius Gramm. p. 697. differentiam hanc esse statuit: *non* maiore cum vi negare quam *ne*, ideoque saepius a poetis et a scriptoribus recentioris aevi usurpari. Quae omnia falsa sunt. Iam Quintilianus 1, 5, 49. *ne et non adverbia: qui tamen dicat pro illo ne feceris non feceris, in idem incidat vitium* (soloecismi), *quia alterum negandi est, alterum vetandi. Non* enim designat, fieri ut res non sit. Verba igitur Quintil. 1, 1, 5. *non adsuescat ergo, nedum infans quidem est, sermoni, qui dediscendus sit:* haec explicanda sunt: non est quod adsuescat. Si scripsisset *ne*, praecepto docuisset. Propert. 1, 8, 13. *non videam tales subsidere ventos.* i. e. non est quod videam. Sin scripsisset *ne videam*, cogitasset: in votis habeo, ut non videam. Atque etiam in votis designandis ita loquuntur. Sed *ne* quum semel facta esset coniunctio, etiam ita dicebatur, ut verbum, unde penderet sententia, omitti videretur.

Plaut. Mil. 4, 9, 1. *ne me moneatis: memini ego officium meum.* Terent. Eun. 2, 3, 97. *verum ne post conferas culpam in*

me. Cic. ad Att. 2, 5. *ne omnino repudiaris.* p. Cluent. 2, 6. *si denique veritas extorquebit, ne repugnetis.* Horat. Art. p. 406. *ne forte pudori sit tibi Musa lyrae sollers.*

Facile intelligitur ellipticae formae ratio in his: Cic. ad Fam. 7, 23, 19. *sed ne vivam, si tibi concedo.* in Verr. 4, 7, 15. *ne difficilia optemus.* Paullo post: *ne forte dum publicis mandatis serviat, de privatis iniuriis reticeat.* ubi Zumptius. ad Att. 4, 16. 16, 13. *ne sim salvus, si aliter scribo ac sentio.* Liv. 28, 28, 11. *ne istuc Iupiter maximus sirit urbem — mortali corpori aequalem esse.*

Plaut. Most. 1, 3, 149. *qui invident, ne umquam eorum quisquam invideat prorsus commodis.*

Quod Lotichius 5, 13, 44. scripsit: *tu modo non dubita de probitate mea.* non debebat a Burmanno excusari, sed soloecum refelli. Apud Ovid. Art. am. 3, 129. *vos quoque non caris aures onerate lapillis.* plurimi codices praebent *ornate*, ut *non* componatur cum *caris.*

7. In usu verborum hoc observandum est, *ne* cum praesenti coniunctum dici de re in universum negata, cum perfecto de una aliqua re, quae modo agenda sit: quo exprimitur vis aoristi graeci. Illa rarior est forma. Sic autem differunt *ne facias* et *ne feceris.* Laur. Valla Eleg. 3, 28. monstrat praeteriti coniunctivum non poni pro imperativo, nisi cum negatione: affirmativam formam esse futuri: postea addit: „*ne veneris* futuri item est temporis, *non veneris* praeteriti: illud vetat, hoc negat. Ita *non exspectaveris* et *ne exspectaveris*, quorum alterum praeteriti temporis est negatque, alterum futuri et vetat.“ Hodie contraria docent grammatici. Niebuhrius ad Cic. Fragm. p. 77. futuro exacto tribuit vim optativi: Matthiae in Excurs. ad Cic. Orat. p. 244. perfectum coniunctivi pro imperativo poni existimat.

Cic. de Div. 2, 61, 127. *deus, si quidem nobis consulebat, Hoc facito, Hoc ne feceris diceret.* ad Fam. 7, 25, 4. *secreto hoc audi, tecum habeto, ne Apellae quidem liberto tuo direris.* ad Att. 2, 5. *quare si quid Θεοφάνης tecum forte contulerit, ne omnino repudiaris.* Liv. 30, 30, 19. *ne tot annorum felicitatem in unius horae dederis discrimen.* Curt. 7, 8, 29. *iurando gratiam Scythas sancire ne credideris.*

8. Coniunguntur verba *utinam ne* eadem ratione, qua *utinam non.* Ea vero, quae Ramshornius in Iahnii Annal. Vol. 1. p. 371. disputat de conditionata senten-

tia in *utinam ne*, non sunt probabilia, neque maiori vi hoc distinguitur apud veteres quidem Latinos: quare Donatus ad Terent. Phorm. 1, 3, 5. vocat *veterem elocutionem*.

Ennius apud Donatum l. l. *utinam ne in nemore Pelio securibus caesa cecidisset abiegna ad terram trabes.* Terent. Phorm. 1, 3, 5. *quod utinam ne Phormioni id suadere in mentem incidisset, neu me cupidum eo impulisset.* Cic. ad Fam. 5, 17, 6. *illud utinam ne vere scriberem.*

Cic. ad Att. 11, 9. *haec ad te die natali meo scripsi: quo utinam susceptus non essem, aut ne quid ex eadem matre postea natum esset.* ad Quint. fr. 1, 3. extr. *sed haec utinam non experiare.* ubi quum *non* absit a codice mediceo, dubia videtur quaestio. Quintil. 1, 2, 6. *utinam liberorum nostrorum mores non ipsi perderemus.*

II. 1. *Ne*, quod notionem alicuius rei ita tollit, ut ne cogitetur quidem esse rem, aptum erat etiam ad negandam totam aliquam sententiam, cavens ne cogitaretur exsistere vel esse id, quod dicebatur; ideoque facta est coniunctio sententiis interponenda. Tantum igitur abest, ut cum quibusdam grammaticis dicamus, *ne* omissa altera particula poni pro *ut ne*, ut putemus *ne* per se etiam in hoc usu stare. Neque enim respondet graeco ἵνα μὴ, quocum comparat Charisius p. 202. sed simplici μὴ, quo is, qui loquitur, cavet, ne cogitatione ponatur esse rem. Ita fit, ut *ne* recipiat vim prohibitivam, qua aliquid tollitur vel removetur: nec res respicitur, qualis non sit, sed ut ea non sit, fit cogitatione effecti. Conf. Tom. 2. p. 16. Nimirum in rebus efficiendis duplex apparet caussa, altera, qua efficitur, ut res sit aliquid, altera, qua efficitur, ut sit res: atque in negatione illam designamus interpositis vocabulis *ut non*, hanc per *ne*.

1. *Ne* igitur indicat aliquid negatione tolli, quod vel in consilio vel in mandato vel in votis est situm. Ea enim pars sententiae, quae coniungitur, pendet ex alia, quae aut animi voluntatem aut actionem aliquam declarat e consilio prohibendi vel impediendi profectam. Atque hoc omnibus prohibendi verbis commune est, ut non qualitatem rei mutent, sed eam omnino tollant. Nos Germani id significamus verbis *damit nicht*, sed etiam parum distincte verbis *daſs nicht*.

Cic. de Off. 3, 27, 100. *sententiam ne diceret, recusavit.* Caes. Bell. civ. 2, 13. *Caesar enim per litteras Tribonio magnopere mandaverat, ne per vim oppidum expugnari pateretur.* Cic. ad Fam. 7, 2, 8. *novis legibus ita distinemur, ut quotidie vota faciamus, ne intercaletur.* Plancus ad Cic. Epist. 10, 21, 5. *praesto mihi fuit stator eius cum litteris, quibus, ne venirem, denuntiabat.*

Cic. ad Att. 12, 40. *quid homines aut reprehendant, aut postulent, nescio. Ne doleam? Qui potest?* Intellige *postulant.*

Horat. Sat. 2, 3, 187. *ne quis humasse velit Aiacem, Atrida, vetas cur?* Haec rara est verbi vetandi constructio ex legis formula.

Cic. de Fin. 1, 3, 7. *nec mihi tamen, ne faciam, interdictum puto.* ad Fam. 13, 2, 3. *impedior verecundia, ne te pluribus verbis rogem.* Sallust. Cat. 30, 4. *imperatores erant impediti, ne triumpharent calumnia paucorum.* Cic. in Caecil. Div. 10, 32. *tamen ne qua deductio fieret, magna ex parte tua potestas erat.* i. e. prohibendi.

Non vulgari modo Horat. Epist. 1, 1, 47. *ne cures ea, quae stulte miraris et optas, discere et audire et meliori credere non vis?* i. e. discere non vis in eum finem, ne ea cures etc.

2. Eiusdem rationis sunt verba providendi, curandi, cavendi, in quibus etiam animus agit atque consilium intendit. Quo sensu interdum dicuntur *videre, considerare* et quae alia sunt providentiae et curae verba.

Cic. Acad. 2, 19, 62. *provide etiam ne uni tibi istam sententiam minime liceat defendere.* Senec. Epist. 92, 32. *ne quis insepultus esset, rerum natura prospexit.* Cic. Acad. 2, 20, 66. *cavere ne capiatur, ne fallatur videre.* Tacit. Ann. 11, 5. *cavetur antiquitus, ne quis ob caussam orandam pecuniam donumve accipiat.*

Cic. ad Fam. 15, 14, 7. *considera, ne in alienissimum tempus cadat adventus tuus.* Terent. Heaut. 2, 3, 128. *videsis, ne quid imprudens ruas.* Cic. ad Fam. 14, 18, 4. *vos videte, quid aliae faciant isto loco feminae, et ne, quum velitis exire, non liceat.* Magnus ad Domit. in Cic. Epist. ad Att. 8, 12. *sed diligentius nobis est videndum, ne distracti pares esse adversario non possimus.*

Calpurn. 5, 73. *circumspice, ne sit acuta forfice laesa cutis.*

3. Singulari, nec probabili modo Seneca *desperare* cum *ne* composuit, de Clement. 1, 17, 1. *mali me-*

talem sit felicitatem, eumdem et valentissimum esse et sapientissimum. Menckenius correxit *ut supra.* Est vero: cavendo, ne supra sit mortalem felicitatem.

Horat. Art. poet. 151. *atque ita mentitur, sic veris falsa remiscet, primo ne medium, medio ne discrepet imum.* Crucquius *ne* pro *ut non* accepit quasi de eo, quod ex Homeri inventione prodierit. At alia est sententia haec: Homerum nova invenisse et ficta cum veris commiscuisse eo consilio vel in eum modum, ut in toto carmine omnia congruerent, nec quidquam discreparet. *Atque ita* significat *hac via, hoc modo*, idemque *sic*, quod etiam ad superiora spectat.

Commutatas formas vides apud Plaut. Mil. 2, 6, 109. *nam illius oculi atque aures atque opinio transfugere ad nos, ne id, quod vidit, viderit.* i. e. ut non. Cic. de Fin. 4, 4, 10. *quae quidem res efficit, ne necesse sit iisdem de rebus semper quasi dictata decantare.* ad Fam. 4, 4, 1. *improbitate eorum, qui epistolas accipiant, fieri scribis, ne ad nos perferantur.* Liv. 2, 45, 12. *ego istos — posse vincere scio: velle ne scirem, ipsi fecerunt.* 34, 39, 9. *tum vero unus, ne caperetur urbs, causa fuit.* Atque ita saepe Livius. Celsus 3, 17. *tertio die saepe fit, ne febris accedat.* 6, 7, 8. 6, 18. p. 395, 25. *tum in aeneo vase leniter coquuntur, ne superfluant.* 4, 4, 2. p. 198, 9. Plin. Epist. 1, 20, 8. *idem — ait — pro Cornelio quatriduo egisse: ne dubitare possimus, quae per plures dies, ut necesse erat, latius dixerit, postea recisa ac purgata in unum librum — coarctasse.* Tacit. Ann. 14, 7. *Neroni — affertur evasisse ictu levi sauciam et hactenus adito discrimine, ne auctor dubitaretur.* Frontin. Strateg. 1. Praef. *praeterea continget, ne de eventu trepidet inventionis suae.* Val. Max. 7, 4, 4. *quo evenit, ne Hasdrubal cum duobus se consulibus proeliaturum prius sciret, quam utriusque virtute prosterneretur.*

Apud Plaut. Mil. 2, 2, 33. *ut eum, qui se hic vidit, verbis vincat, ne iste viderit.* et *ne* pro *ut non* est positum, et verbum *viderit* eo modo accipiendum, quo Latini esse dicunt, quod tantum videatur aut dicatur esse. Nos quoque dicimus, *dafs sie den, der sie sah, überzeuge, dafs er sie nicht sah*, pro *so dafs er meint, sie nicht gesehen zu haben.*

Celsus 4, 4, 2. *quum accessit id quoque, ne nisi recta cervice spiritus trahatur*, (difficultas spirandi) ὀρθόπνοια (appellatur). Cic. p. Mil. 13, 34. *vos adepti estis, ne quem civem metueritis.* Attracta est negatio a nomine *quem.*

6. Post verba *velle, nolle* quum in significando consilio rei efficiendae *ut* ponatur, nihil obstat, quin

tiam in negativa sententia, qua, ne quid fiat, voluntate avetur, *ne* locum habeat. Quare miror Orellium ad Cic. Orat. 34, 120. hanc dictionem appellare pene soloecam: nam verba *volo ne ignoret* esse debere *volo non ignoret*. Quod nisi acceperis pro *volo, ut non ignoret*, male dixeris. Constat autem et usus et ratio. Illum iam docuerat Wopkensius Lect. Tull. p. 70. (50.). Similiter *cogitare*, ubi de consilio dicitur, post se habet *ne*.

Cic. Tusc. 1, 8, 15. *sed nisi quid necesse erit, malo ne roges.* de Fin. 1, 7, 26. *vellem equidem aut ipse doctrinis fuisset instructior, aut ne deterruisset alios a studiis.* ad Att. 1, 6. *tu velim, si qua ornamenta γυμνασιώδη reperire poteris — ne praetermittas.*

Cic. Orat. 34, 120. *volo, ne ignoret ne haec quidem humana.* Hoc reiiciens Orellius ex uno cod. *nolo ignoret:* quod ipsum non est falsum.

Caes. Bell. gall. 5, 57. *ne quam occasionem rei bene gerendae dimitteret, cogitabat.* i. e. *er dachte darauf.*

7. Verba rogandi atque orandi, hortandi et suadendi, cum *ne* componuntur antiquo et optimo usu, quamlo sententia, quae sequitur, una cognitione comprehenditur. Nam in verbis *ut non* negatio separatur et tribuitur praedicato singulariter.

Terent. Ad. 5, 5, 1. *rogat frater, ne abeas longius.* Liv. 45, 24, 5. *illud deprecor, ne nos propter illos pereamus.* Curt. 9, 2, 28. *oro quaesoque, ne humanarum rerum terminos adeuntem alumnum — deseratis.*

Caes. B. civ. 1, 19. *hortaturque eos, ne animo deficiant, quaeque usui ad defendendum oppidum sint, parent.* ubi *ut*, quod grammatici ad verbum *parent* e priori *ne* traducunt, ipsum in *ne* est substituendum.

8. Verba, quae metum et sollicitudinem indicant, quum componi debeant, sicuti fert natura verborum sentiendi, cum accusativo rei metuendae, mirum videtur, quod et cum coniunctionibus eventum significantibus consociantur, et in hac compositione *ut* et *ne* ponuntur contraria significatione ita, ut *metuo ne fiat* is loquatur, qui aliquid fieri metuat. Doctrinam grammaticorum iam Sanctius retulit inter monstra, quae risum moverent. Sed expositio, quam ipse proposuit,

quid recte monstres? Asin. 2, 3, 8. Cic. ad Fam. 15, 1, 10. *hoc autem tempore res sese sic habet, ut — summum periculum sit, ne amittendae sint omnes hae provinciae.* p. Sull. 13, 39. Liv. 34, 6, 9.

9. Sed viri docti quum locos invenissent, in quibus *ut* post *vereor* pro *ne*, aut *ne* et *ut non* pro *ut* positum videretur, alii utramque dicendi formam eiusdem significationis esse existimarunt, alii certam regulam tenentes verba corruptione laborare censebant. Inter illos fuere Sanctius, Laur. Valla Elegant. 3, 27. Victorius Castigat. in Cic. p. 199. ex his nominamus Perizonium ad Sanct. Min. 4, 15. p. 514. Gerh. Vossium de Construct. 67. p. 601. Stewechium, Clarkium et Davis. ad Caes. B. gall. 5, 47. Quorum sententia nunc librorum antiquorum documentis satis est firmata. Aliquantum differt caussa in *non vereor*, quod pro *arbitror*, *puto* dicitur. Vide n. 11.

Plaut. Bacch. 4, 5, 2. *insanum magnum molior negotium metuoque, ne possim emolirier.* Sed alii codices: *ut hodie possim emolirier.* Cic. ad Fam. 12, 19, 1. *non enim dubitabam, quin eas lubenter lecturus esses: verebar, ne redderentur.* Iam Gebhardus e libris palatinis et vaticanis restituerat *ut.* 6, 1, 7. *vereor, ne consolatio ulla possit vera reperiri praeter illam.* Sed cod. medic. et ii, quibus Lambinus usus est, *nulla.* p. Planc. 40, 96. *quam tempestatem nos vobiscum non tulissemus, metuit, ut eam ipse non posset opibus suis sustinere.* Ita libri sat multi: quare correxit Lambinus *ne — non posset:* sed iamdudum illud *non*, aliis libris assentientibus, omissum est. p. Marc. 4, 12. *vereor, ut hoc, quod dicam, non perinde intelligi auditu possit, atque ego ipse cogitans sentio.* Critici scripserunt *ne — non*, sed alii Asconium sequuti expulerunt *non.* Idem factum est in Tusc. 2, 20, 46. et in Rhet. ad Herenn. 3, 6, 14. ubi tamen *ne — non* praestare videtur, nec obscura corruptelae caussa est. In Epist. ad Att. 7, 12. restitutum legitur *vereor, ne — non possit.* Caes. B. gall. 5, 47. *Labienus — veritus, si ex hibernis fugae similem profectionem fecisset, ut hostium impetum sustinere non posset.* Nunc emendatum *ne, si —, non posset*, ut habent codices. Quintil. 8, 3, 25. *vereor, ut iam non ferat quisquam.* Emendarunt critici scribentes *nos*, quod optimi codices confirmant. Apertus est error Io. Casp. Khunii in Animadvers. ad Vorstii librum de latin. merito susp. §. 46. quum affert Lucan. 7, 671. *sed timuit strato miles ne corpore Magni non fugeret.* Sententiam bene exposuit Cortius. Etiam

in Senec. Suas. 1. nunc correctum legitur: *sed timeo, ne ille nos gladio ἀνειμυκτηρίῳ.*

10. Vt negatio in his formulis graviorem vim haeat, per *non* exprimitur: unde fit, ut *ne non* ab *ut* iac ipsa gravitate differat, et *non* ad unum aliquod vocabulum pertineat. Sunt tamen loci, in quibus *ne non* oniunctim pro *ut* positum videtur.

Cic. ad Att. 2, 19. *sed vereor, ne non liceat.* 7, 12. *vereor, ne exercitum firmum habere non possit.* p. Rosc. Am. 43, 124. *vereor, ne non ille solus —, sed alii quoque plures laesos se esse putent.* ad Attic. 9, 6. *equidem illud molior, quod tu mones sperasque fieri posse, ut mihi Caesar concedat, ut absim, quum aliquid in senatu contra Cnaeum agatur: sed timeo, ne non impetrem.*

Cic. in Verr. 4, 38, 82. *non vereor, ne hoc officium meum P. Servilio iudici non probem.* ad Fam. 2, 6, 5. *neque enim eum veritus, ne sustinere tua in me vel innumerabilia non possem.* Tusc. 1, 31, 76.

Cic. in Verr. 5, 67, 171. *timere non debeo, ne non unus iste civis romanus illa cruce dignus, ceteri omnes simili periculo indignissimi iudicentur.*

11. Ratio non mutatur, ubi verba metuendi cum egatione componuntur, et dicitur *non timeo, ne fiat, on vereor, ne non eveniat.* In eo vero, quem pluri- ni approbant, hanc dictionem explicandi modo difficul- as apparet, quae quomodo removeatur, haud facile erspicitur. Quum enim intelligunt eum, qui timeat, upere contrarium, in *non vereor* non est, quod quis upiat, sed tantum, quod existimet aut sibi persuasum abeat. Quare una formula *non vereor* usu videtur xuisse propriam significationem et aliquam affirmandi im assumsisse, ut esset *non dubium mihi est, non incertus sum:* sicuti dicitur *haud scio an* de opinione non ıcerta. Vide Manut. ad Cic. Epist. 2, 1. Tum vero onstructionis caussa eadem est, quam in *verisimile st, ut, verum est, ut* cognovimus, adeoque poni otest *ut*, ubi cum significatione verendi dicere oporeat *ne.*

Cic. de Leg. 1, 7, 21. *non vereor, condiscipulorum ne quis exaudiat.* ad Fam. 2, 7, 2. *non vereor, ne quid timide, ne quid stulte facias, si ea defendes, quae ipse recta senties.* Acad.

2, 34, 110. *itaque non metuit, ne confundere omnia videatur.* p. Mil. 29, 78. *non timeo, iudices, ne odio inimicitiarum mearum libentius haec in illum evomere videar, quam verius.*

Cic. ad Fam. 2, 1, 4. *non enim vereor, ne non scribendo te expleam.*

Cic. Phil. 5, 18, 48. *nam quod ii, qui Caesari invident, simulant, ne verendum quidem est, ut tenere se possit, ut moderari, ne honoribus nostris elatus intemperantius suis opibus utatur.*

Horat. Sat. 1, 3, 117. *adsit regula, peccatis quae poenas inroget aequas, ne scutica dignum horribili sectere flagello. Nam ut ferula caedas meritum maiora subire verbera, non vereor, quum dicas, esse pares res furta latrociniis.* Lambinus et Heindorfius statuunt esse anacoluthon, quo poeta in verbis *non vereor* non cum *ut* cohaerentibus deflectat. Cuius licentiae sive negligentiae caussa in hoc loco apparet nulla, neque etiam excusatio suppetit. Alii correxerunt verba, Bothius *ne ferula caedas*, Froehlichius *ne — flagello, neu ferula caedas — verbera. Non vereor.* Poterat etiam interrogatione scribi: *num ferula caedas meritum maiora subire verbera? Non vereor.* Quam vero rationem nuper Iahnius proposuit Annal. Vol. VI. p. 352. *ut — caedas, non vereor* dici pro *ne caedas vereor*, ironiam continet et ab hoc loco alienam et valde obscuram. Equidem *non vereor* accipio pro mihi persuasum est, certum est: et sententiam ab Horatio expressam video hanc: mihi est certum, te non caesurum esse ferula.

12. Ad hoc genus dicendi etiam referri solet compositio verborum *tantum abest, ne.* Legitur enim apud Ciceronem Orat. 68, 229. *tantumque abest, ne — enervetur oratio compositione verborum, ut aliter in ea nec impetus ullus nec vis esse possit.* In his interpretum alii orationem supplent *tantumque abest, ut metuendum sit, ne:* quod quo modo fieri possit, non ostendunt: alii anacoluthiam nescio quam inesse putant. Peter etiam comparat graeca Platonis Gorg. p. 517. B. *πολλοῦ γε δεῖ, μή ποτέ τις ἐργάσηται*, quae ipsa a vulgari dicendi usu recedunt. Sed Orellius exempla affert negligentiae librariorum in commutandis vocabulis *ne* et *ut:* attamen facilius potuit *ne* vel *ut* pro *ut ne* scribi, quam unum *ne* cum *ut* commutari. Schuppius in Dissertat. de Formula Non modo, sed ne quidem, Hanov. 1835. edita p. 43. *ne* poni post *tantum abest* opinatur ita, ut per *ne* dubitatio exprimatur ob aliorum

sententiam contrariam: *ob nicht eine Rede an Kraft verliere, das ist so weit entfernt, daſs im Gegentheil* etc. Quae vereor, ne alienam habeant notionem admixtam. Sed formulae illius ratio haec est, ut una parte possit constare. Negatur aliquid esse, sed cum comparatione. Pro eo, quod cogitamus: non erat, ut binos scriberent, dixit Cicero ad Att. 8, 21. *tantum aberat, ut binos scriberent: vix singulos confecerunt. Tantum* ad aliquid refertur, quod non est verbis expressum. Iam accedere potest altera pars, quae ex verbo *tantum* pendet, veluti: *tantum autem abest ab eo, ut malum mors sit, ut vereor, ne homini nihil sit non malum aliud certe* etc. Cic. Tusc. 1, 31, 76. hoc est: ab eo, ut malum mors sit, tantum abest, ut verear. Liv. 6, 15. *cui ego rei tantum abest, ut impedimento sim, ut contra te adhorter.* hoc est: ut impedimento sim, tam multum abest, ut contra te adhorter. Quae quum ita sint, a Cicerone nullo pacto poterat scribi, ut intelligeremus: *ne enervetur oratio, tantum abest, ut* etc. Quare si vera est scriptura, una suppetit verborum caussa haec, qua verba *ne — enervetur* interponantur quasi in parenthesi pro *ne dicamus enervari orationem.*

13. Discrimen, quo *ne* ab *ut non* distinguamus, cernitur in eo, quod *ne* negativa facta est coniunctio, quae indicat, ne quid fiat, positum esse in ipso consilio. *Vt — non*, in quibus negatio pertinet ad singulare quoddam vocabulum, significat consilium esse, ut aliquid re ipsa intermissa aut remota efficiatur. Grammatici vero distinguere solent ita, ut illam dicant esse formam finalem, hanc consequutivam, quasi finis vel consilium non item per *ut* exprimatur, aut non inveniantur loci, in quibus consilium significetur positis verbis *ut non.* Nimirum mutatur in *ut non* ratio eo, quod negatio non ad cogitationem pertinet eius, qui consilium habet, sed rei efficiendae tribuitur, nec totam sententiam negat, sed unius rei qualitatem. Id vero fit propter duas caussas, ut aut negatio ad verbum proprie relata magis distincta sit, aut cum uno aliquo nomine coniuncta unam negativam notionem exhibeat, velut *non deesse* pro *adesse:* id quod placuit Romanis.

Exempla, in quibus non agitur de consilio, prorsus non huc pertinent: veluti Cic. p. Leg. Man. 7, 19. *non enim possunt*

una in civitate multi rem atque fortunas amittere, ut non plures secum in eamdem calamitatem trahant. in Verr. 2, 77, 190. Liv. 45, 25, 12. Tacit. Hist. 4, 73. *nec quisquam alienum servitium et dominationem sibi concupivit, ut non eadem ista vocabula usurparet.*

Caes. B. gall. 1, 48. *ex eo die dies continuos quinque Caesar pro castris suas copias produxit et aciem instructam habuit, ut, si vellet Ariovistus proelio contendere, ei potestas non deesset.* h. e. adesset. Cic. in Cat. 1, 9, 23. *confer te ad Manlium — exsulta impio latrocinio, ut a me non ejectus ad alienos, sed invitatus ad tuos isse videaris.*

Cic. p. L. Man. 15, 44. *ut plura non dicam, neque aliorum exemplis confirmem, quantum auctoritas valeat in bello.* Vbi Beneckius docet, *ne dicam* usurpari, si quid gravius dicere nos posse indicemus, sed id dicere nolle: verbis *ut non dicam* significari, quod dici possit, nos dicere nolle, quamvis id necessarium non sit, atque ea, quae dicimus, ad praesens consilium ac propositum satisfaciant. At illud, quod his contrarium est, videtur verum esse. *Ne plura dicam* qui dicit, tenet in animo id, quod dicit et quod potius est, reliqua omittens: sed verba *ut plura non dicam* significant, ut ea, quae plura sunt, sive plura, quae in promptu sunt, non dicam. Illis verbis exprimitur nos nolle dicere, quae fortasse afferri possint, sed aut non necessaria aut non comparanda cum dictis sint: his autem, nos nolle dicere ea, quae alia conditione dici debeant. Significantior igitur vis inest in verbis *ut non dicam.* Intelligo: ut consulto praeteream. In hunc modum Cic. p. Mur. 15, 32. *quem L. Sulla maximo et fortissimo exercitu pugnax et acer et non rudis imperator, ut aliud nihil dicam, bello invectum totam in Asiam cum pace dimisit.* Hoc est *ut unum hoc dicam.* Cic. ad Fam. 5, 16, 4. *ut ea non dicam, quae saepissime legi et audivi.*

Cic. in Verr. 4, 20, 45. *ut non conferam vitam atque existimationem tuam cum illius: neque enim est conferenda: hoc ipsum conferam* etc. Zumptius edidit *neque existimationem*, quod genuinum est, sed non ob eam, quam ille affert, causam, quasi *ut non* pro *ne* positum flagitet *neque.* Nam si Cicero significare voluisset vitae existimationem, dixisset *vitam et existimationem*, non *atque.*

Varro de Re r. 2, 2, 19. *itaque faciunt lapide strata, ut urina necubi in stabulo consistat.*

14. Notanda est ea dicendi forma, qua per *ne* concedítur, ut aliquid non sit, aut per cogitationem ponitur

aliquid non esse. Hoc modo pro *fac non esse* (Cic. Tusc. 1, 29, 70.) dicitur *ne sit*, veluti *ut sit* in affirmanda sententia. Wolfius ad Cic. Tusc. 2, 5, 15. interpretatur *ne* per *ut non*: quod non necesse est, nisi certum verbum aliquod omissum censeas. Breviatam dicendi formam esse, nemo non videt. Illustraverunt eam collatis exemplis Ochsner. in Eclog. Cic. p. 101. Klotzius ad Cic. Tusc. p. 192. et ante eos Dukerus ad Liv. 31, 7, 8. Nec rara sunt exempla, quamquam Wolfio aliter visum erat. Interdum sequitur *certe* vel *at certe* in apodosi. Vide Wopkens. Lect. Tull. p. 56. (40.).

Cic. Tusc. 2, 5, 15. *quare ne sit sane summum malum dolor: malum certe est.* de Nat. d. 1, 31, 88. *ne sit igitur sol, ne luna, ne stellae, quoniam nihil esse potest, quod attigimus aut vidimus.* Orat. 29, 101. *nemo is, inquies, umquam fuit. Ne fuerit. Ego enim quid desiderem, non quid viderim disputo.* Tusc. 4, 17, 39. *nec porro malum* (esse), *quo aut oppressus iaceas, aut ne opprimare, mente vix constes?* Recte Klotzius: *auch zugegeben, dafs du nicht unterdrückt wirst.* Liv. 31, 7, 8. *ne aequaveritis Hannibali Philippum, ne Carthaginiensibus Macedonas, Pyrrho certe aequabitis.* 32, 21, 21. Cic. de Fin. 4, 26, 73. *ne sit sane: at certe gravius.*

In Cic. libro de Senect. 11, 34. Klotzius restitui iussit: *ne sint in senectute vires: ne postulantur quidem vires a senectute:* et prudenter pensitavit auctoritatem codicum, et subtiliter exposuit rationem sententiae concedentis; non esse in senectute vires. Ochsnerus dubitat, an huc referendus sit locus Cic. de Orat. 1, 7, 32. *age vero, ne semper forum, subsellia, rostra curiamque meditere, quid esse potest in otio aut iucundius* etc.? At nulla est in hoc loco concessio, sed ea oratio, qua aliquid, quod est, remotum cogitemus.

Cic. de Off. 2, 20, 71. *quodsi etiam bonus erit vir, ne impediant divitiae, quo minus iuvetur, modo ne adiuvent.* ubi Heusingerus: „id est, concedi fortasse quest, divitias impedire non debere, quo minus iuvetur.“

15. De *modo ne* dixi Tom. 3. p. 635. Eodem modo *tantum ne*. Ovid. Rem. 714. *tantum iudicio ne tuus obsit amor.* De verbis *dum ne* vide Tom. 2. p. 325. Notandus est hic locus Plauti Capt. 2, 2, 88. *quidvis, dum ab re ne quid ores, faciam.*

16. Sed etiam *ne* in quibusdam locis exstat, ubi pro *dummodo ne* dictum videtur: de qua re Cortius et

Kritzius ad Sallust. Cat. 52, 12. At non vera est haec opinio et exempla, quae afferuntur, aliter explicanda sunt. In duobus a Schellero nominatis, Cic. de Leg. 2, 26. 75. Liv. 28, 39, 19. *ne* meram vim vetandi habere, iam Kritzius monuit. Ita etiam apud Cic. de Leg. 2, 14, 36. *tu vero istum Romae legem rogato: nobis nostras ne ademeris.*

Liv. 36, 1, 8. *et extra Italiam permissum, ut, si res postulassent, auxilia ab sociis, ne supra quinque millium numerum, acciperet.* Lege, quae p. 30. dixi, quomodo *ne* cum verbis *amplius, minus, supra* coniungatur. Sallust. Cat. 52, 12. *sint sane, quoniam ita se mores habent, liberales ex sociorum fortunis, misericordes in furibus aerarii, ne illi sanguinem largiantur.* Sed haec ad id genus referri debent, in quo intelligimus cavendi vel providendi vocabulum. Nos *daſs nur nicht* —.

17. *Ne* quum graviorem negationem exprimat, etiam in iis rebus opponendis ponitur, quae magis quam aliae, vel maxime sunt removendae: unde fit, ut pro *nedum* dici videatur. Aliud alio minus esse iubemus. De quo usu Manutius ad Cic. Epist. fam. 9, 26. Schottus in Observat. 3, 26. Gronov. ad Liv. 3, 52, 9. et ad Plaut. Cas. 5, 4, 23. Donatus ad Terent. Andr. 4, 2, 28. *ne pro nedum. Sallustius secundo libro: ne illa tauro paria sint.* Sed valet vis particulae prohibitiva, ideoque additur coniunctivus verbi in iis, quae ex cogitatione pendent, quamquam non dixerim cum Herzogio, qui reliqua bene perspexit ad Sallust. Cat. 11, 7. *ne* poni pro *ita ut non.* Solvitur autem, quod subest, adverbium negativum in formula *ne ut*, qua usi sunt cum comicis recentissimi scriptores. Nos *keineswegs daſs*, Graeci μὴ ὅτι.

Plaut. Amph. 1, 1, 174. *vix incedo inanis: ne ire posse cum onere existumes.* Nos *daſs du ja nicht.* Cic. p. Planc. 11, 27. *vitia mehercule Cn. Planci res eae, de quibus dixi, tegere potuerunt: ne tu in ea vita, de qua iam dicam, tot et tanta adiumenta huic honori fuisse mirere.*

Cic. ad Fam. 9, 26, 7. *me vero nihil istorum ne iuvenem quidem movit umquam, ne nunc senem.* de Fin. 2, 24, 77. *mihi quidem hae verae videntur opiniones, quae honestae, quae laudabiles — sunt: ne id non pudeat sentire, quod pudeat dicere.* Liv. 3, 52, 9. *novam inexpertamque eam potestatem eripuere patribus nostris: ne nunc dulcedine semel capti ferant desiderium.*

Tacit. Ann. 11, 30. *nec nunc adulteria obiecturum ait, ne domum, servitia et ceteros fortunae paratus reposceret.* ubi critici mutarunt integra verba. Apulei. Apol. p. 317, 10. In Sallustii Cat. 11, 8. iam olim duplicem exstitisse scripturam *ne* et *nedum*, non iam codices scripti, sed Priscianus locis diversis p. 1270. et p. 1031. testatur.

Plaut. Cas. 5, 4, 23. *ne ut eam amasso.* ubi critici addiderunt *dum.* Apulei. Florid. p. 356, 39. *quae mihi ne in mediocribus quidem civitatibus umquam defuere: ne ut Carthagini desint.*

III. Restat, ut de quibusdam structuris verborum um *ne* compositorum exponam.

1. Quando in hac negatione duae vel plures res istinguendae sunt, Latini eas per interpositum *aut* ignificant, ac dicunt *ne aut* — *aut*, quemadmodum ranslata negatione *ut neque* — *neque.* In illis negatio complectitur totum iudicium, in his pertinet ad artes.

Cic. de Orat. 2, 59, 239. *vitandum est oratori utrumque, ne aut scurrilis iocus sit aut mimicus.* 1, 9, 36. *assentior Crasso, ne aut de C. Laelii soceri mei, aut de huius generi aut arte aut gloria detraham.* de Off. 1, 37, 133. *sonus erat dulcis: litterae neque expressae, neque oppressae, ne aut obscurum esset aut putidum.* In his intellige omissum *quid.*

Vbi vero disiunctio fit in ipsis negativis sententiis, icitur *ut* — *neu*, *ut ne* — *neu*, *ne* — *neu*, *neu* — *eu*, de quibus vide infra in NEV.

2. Antiqui scriptores non dixerunt *et ne* in coninnendis duabus partibus unius sententiae, sed vel *neu* osuerunt, de quo vide suo loco, vel *aut*, vel ubi raviter aut distinctius erat loquendum, asyndeton ferunt. Diversa tamen res est, ubi per *et* alia negativa ententia apponitur praecedenti vel affirmativae vel nativae. Quomodo *nec* post *ne* usurpetur, vide infra. Quintilianus simplex *et* posuit, ut esset *et ita.*

Liv. 22, 25, 6. *M. Minucium magistrum equitum, ne hostem videret, ne quid rei bellicae gereret, prope in custodiam habitum.* 4, 2, 5. 4, 4, 11. Drakenborch. ad 5, 35, 4. Quintil. 5, 7, 10. *providendumque, ne timidus, ne inconstans, ne imprudens testis sit.* Cic. de Off. 1, 26, 91. *iisdemque temporibus cavendum*

est, ne assentatoribus patefaciamus aures, ne adulari nos sinamus. Ita codex gothanus, et recepit Stürenburgius pro *neve.* Tacit. Ann. 2, 15. *classem quippe et avia oceani quaesita, ne quis venientibus occurreret, ne pulsos premeret.* ubi Ernestius maluit scribere *neu.* Atque hic usus est omnium scriptorum, non unius Tacti. Quintil. 6, 3, 33. 1, 3, 13. De Caesaris loco Bell. civ. 1, 64. vide in NEV. Si quis apud Livium 39, 18, 8. e codd. restituat *ne*, nemo eum reprehendet. 33, 34, 4. servanda est codicis bamberg. scriptura: *abstineret liberis civitatibus, nè umquam lacesseret armis.* Emendarunt vel *nec* vel *neu.* Sallust. Iug. 49, 2. *omnia suis provisa, locum superiorem, uti prudentes cum imperitis, ne pauciores cum pluribus aut rudes cum bello melioribus manum consererent.* Horat. Art. poet. 152. *primo ne medium, medio ne discrepet imum.*

Cic. in Verr. 1, 9, 24. *nunc ne novo querimoniae genere uti possit Hortensius et ea dicere, opprimi reum, de quo nihil dicat accusator —: et ne aliter, quam ego velim, meum laudet ingenium —, morem illi geram.* Celsus 4, 21. *vitare autem oportet rutam, et ne supinus dormiat.* Cic. ad Fam. 14, 18, 4. *vos videte, quid aliae faciant isto loco feminae, et ne quum velitis exire, non liceat.* Valer. Flacc. 8, 435. *quin tu mea respice saltem consilia: et nimio comitum ne cede timori.*

Cic. Orat. 66, 221. *constat enim ille ambitus et plena comprehensio e quatuor fere partibus —, ut et aures impleat, et ne brevior sit, quam satis est, neque longior.* Restituendum est *et neve brevior sit — neve longior.* Quintil. 3, 8, 70. *haec adolescentes sibi scripta sciant, ne aliter, quam dicturi sunt, exerceri velint, et in desuescendis morentur.*

3. In his vero frequentior est usus particulae *que.* Nam sententiae per *ne* expressae adiungi potest alia per *que*, non modo, ut alia res uni rationi subiiciatur, sed etiam in transitu ab negatione ad affirmationem faciendo. *Que* enim significat, quod praeterea accedit. Vide Heldium ad Caes. Bell. civ. 1, 19.

Sallust. Cat. 48, 4. *ne eum Lentulus et Cethegus aliique ex coniuratione deprehensi terrerent, eoque magis properaret ad urbem accedere.* ubi Cortius. Caes. Bell. civ. 3, 73. *hortatusque est, ne ea, quae accidissent, graviter ferrent, neve his rebus terrerentur, multisque secundis proeliis unum adversum, et id mediocre, opponerent.* 1, 19. *hortatur eos, ne animo deficiant, quaeque usui ad defendendum oppidum sint, parent.* Tacit. Ann. 13, 14.

4. Vbi alicui sententiae, quae aliquid prohibet, alia annectitur, quae eventum negat, haec per *ne* iterum

positum iungitur. Tacitus autem has partes orationis diversas uni rationi submittere solet simplici copula posita. Nam ut scripsit Ann. 11, 2. *adeo ignaro Caesare, ut paucos post dies epulantem apud se maritum eius Scipionem percunctaretur, cur sine uxore discubuisset, atque ille functam fato responderet.* ita etiam 1, 79. *orantibus Florentinis, ne Clanis solito alveo demotus in amnem Arnum transferretur idque ipsis perniciem adferret.*

5. Grammatici olim docuerunt, post *ne* omitti syllabam *ali* in *aliquid*, et dici *ne quid*, ut *si quid*. Eos vero hodie elegantiores despicere atque ridere solent, etiamsi ea, quae ipsi de discrimine verborum *quid* et *aliquid* disputant, pleraque ita sunt comparata, ut fere nullum appareat discrimen. Antiquior doctrina verior erat. Nam fundamentum cernitur in *aliquid*, quod genus sive unum e genere significat. Omissa altera parte vocabuli minuitur vis distinctionis, et fit encliticum. Quare utraque forma idem significat, sed in *quis* habemus notionem magis abstractam, ideoque minus distinctam. Haec vero deminutio aut fit in ipsa rei notione, aut per aliud vocabulum, quod eminet. Nam Cicero dicere quidem poterat *deo non est dignum aliquid frustra facere*, sed dixit de Div. 2, 60, 125. *nec frustra ac sine caussa quid facere deo dignum est.* quoniam omnis vis orationis inest in verbis *frustra ac sine caussa.* Vbi coniunctio aliqua sententiam format et pondere suo valet, ei adiungitur encliticum. Id vero quomodo, praeter *si* et *num*, imprimis in *ne* fiat, non ex eo cognoscitur, quod, ut ait Weissenbornius p. 253. homines, si quid vetant, plerumque generatim vetant, sed quod negatio *ne* cum nomine coalescens vi praevalet et enclitico attracto primam partem sententiae occupat. Quare veteres etiam unum verbum scripserunt *nequid.* Terent. Heaut. 3, 2, 44. *sed si quid, nequid.* Accedit vero, quod *aliquis* non in negativa sententia dicitur, nisi vel oppositione effertur nomen vel sua ipsius vi, ut significet *ne minimum quidem.* Ideoque exempla, in quibus *aliquis* tantum pollet, non adeo multa sunt.

Cic. p. Planc. 22, 52. *de qua* (petitione), *ne aliquid iurares, destitisti.* p. Deiot. 13, 35. *illud vereor, ne tibi illum succensere aliquid suspicere.* p. Mil. 24, 66. *timebat non ea solum, quae timenda erant, sed omnino omnia, ne aliquid vos timeretis.* ubi

NE — QVIDEM.

1. *Ne* cum *quidem* coniungitur interposito aliquo vocabulo. Id nos Germani solemus reddere verbis *nicht einmal:* quo saepe fit, ut a propria latinorum vocabulorum significatione aberremus. Idcirco Wolfius, quum cognovisset, non omnibus locis illud aptum esse, in scholis suis docuit, *ne — quidem* saepe de rebus paribus dici et significari *etiam non*, quibus verbis compositis Latini numquam usi essent. Hanc doctrinam, in notis nunc ad Cic. Tusc. 1, 6, 11. 1, 25, 63. traditam, multi grammatici comprobaverunt, veluti Heldius ad Caes. Bell. civ. 2, 33. Beneckius ad Iustin. 38, 7, 10. Dietrich. in Quaest. grammat. p. 70. Klotzius ad Cic. Tusc. 1, 26, 65. At non unum est, quod in his praeceptis male se habeat. Nam primum verba *ne — quidem* non possunt suam significationem ita mutare, ut vi particulae *quidem* adempta de rebus paribus dicantur: deinde discrimen significationis non in latinis vocabulis, sed in germanicis est situm: denique Latini haud male dicunt *neque etiam*, *etiam non*. *Ne* negationem exprimit graviori vi: *quidem* nomini alicui adiectum indicat, hanc rem efferri atque aliis opponi. Quare haec verba proprie nihil significant quam graviorem negationem ad unam notionem praecipue relatam. Intelligitur enim res, quam non fieri omnes credunt, aut quam fieri omnes mirantur: quam ob rem maius accedere debet negationis pondus. Opponuntur res, quas non esse aut non fieri minus videatur mirum. Ergo si res respicimus, inest in verbis descensus a maiore re ad minorem, sin vero negationem consideramus, adscendit oratio ad maiorem potestatem negandi. Hoc Germani reddunt verbis *nicht einmal*, *geschweige*, *auch nicht einmal*. Si quid igitur discriminis intercedit, efficitur pronuntiatione, qua negandi vis augetur. Sed primitivam significationem positam esse in illa maiore negationis gravitate, id apparet maxime, ubi *sed* aliudve huius generis vocabulum in altera sententiae parte sequitur: de qua re vide n. 14. et in iis, quibus reddendis nos voc. *keineswegs* adhibemus. Gradatio ergo cernitur in *non*, *ne*, *nec*, *ne quidem:* nam quod Cicero Lael. 11, 39. dicit *ne suspicari quidem possumus*, etiam extremum negat.

Cic. Tusc. 1, 8, 16. *quia, quoniam post mortem nihil est mali, ne mors quidem est malum: cui proximum tempus est post mortem, in quo mali nihil esse concedis: ita ne moriendum quidem esse malum est.* de Divin. 2, 8, 21. *sin autem id potest flecti, nullum est fatum. Ita ne divinatio quidem, quoniam ea rerum futurarum est.* Caes. B. gall. 5, 44. *ne Varenus quidem tum vallo sese continet.* In his locis non male adhibebis germanicum *auch nicht:* tamen opponuntur res minus certae, aut quas vix quisquam exspectet. Sic Ciceronis verba reddita sunt: *wenn dies abgewendet werden kann, so ist kein Schicksal, also auch keine Weissagung.* At dici debebat *geschweige eine Weissagung.* Cic. de Div. 2, 9, 22. *atque ego ne utilem quidem arbitror esse nobis futurarum rerum scientiam.* i. e. ne dicam necessariam. p. Quint. 15, 49. *etenim mors honesta saepe vitam quoque exornat: vita turpis ne morti quidem honestae locum relinquit.* Ita est scribendum eiecto verbo *turpem:* nam sententia est: tantum abest, ut vitam turpem mors honesta exornet, ut in ea ne morti quidem locus reliquatur honestae. Caes. Bell. civ. 2, 33. *ne Varus quidem Attius dubitat copias producere.* ubi recte Herzogius interpretatur. Cic. Orat. 17, 54. *et quoniam coepi iam cumulatius hoc munus augere, quam a te postulatum est, — ne nunc quidem solum de orationis modo dicam, sed etiam de actionis.* Non est *nunc etiam non solum,* sed *ne in hoc quidem loco, in quo me cohibere possum.* Ita *ne nunc quidem* Acad. 2, 26, 82. ad Att. 14, 12. *quem quidem sui Caesarem salutabant: Philippus non: itaque ne nos quidem.* i. e. *daher viel weniger ich.* ad Att. 6, 1. *quum decretum sit, tu iudicabis, ne ad Catonem quidem provocabo.* i. e. multo minus ad alios. de Nat. d. 1, 29, 82. *at vero ne fando quidem auditum est crocodilum aut ibim aut felem violatum ab Aegyptio.* Quintil. 8, 3, 5. *sed ne caussae quidem parum conferat idem hic orationis ornatus,* h. e. non conferat caussae, quod vix opinamur.

Rara exempla apud poetas reperiuntur. Virgil. Ge. 1, 126. *ne signare quidem aut partiri limite campum fas erat.* 8, 561. Lucan. 10, 66. *Leucadioque fuit dubius sub gurgite casus, an mundum ne nostra quidem matrona teneret.* Sed in nullo horum locorum consentiunt antiqui libri.

2. *Quidem* in his ad unum aliquod vocabulum interpositum adiicitur. Sed possunt etiam esse duo vocabula in unam notionem coeuntia, sive praepositio, sive coniunctio, sive aliud vocabulum. Vbi duo nomina per copulam iunguntur, priori adduntur particulae. In quibus enim locis *quidem* non ei vocabulo adiectum est,

cui adiici oportuit, in iis aut negligentia scriptoris incusanda, aut corrupta est scriptura. Non interposito verbo attingere se non possunt particulae: quamquam id rursus affirmat Bosscha ad Apuleii Apol. p. 379. Cf. Iul. Caes. Scaligeri de Causs. lat. ling. 12, 174. p. 422. Quando particulae ad totam enuntiationem pertinent, amplectuntur verbum, vel nomen, quod cum verbo dictionem constituit, veluti Cic. Tusc. 1, 23, 55. *ego vero facile sum passus ne in mentem quidem mihi aliquid contra venire.*

Quintil. 6, 5, 1. *qui* (locus) — *adeo partibus operis huius omnibus connexus — est, ut ne a sententiis quidem aut verbis saltem singulis possit separari.*

Cic. Tusc. 3, 9, 20. *quod quoniam non cadit in sapientem, ne ut irascatur quidem, cadit.* Liv. 34, 39, 3. *sed ne ut de gradu quidem libero ac stabili conarentur.* Cic. Phil. 12, 2, 4. *ne si a Mutina quidem recesserit, audiemus Antonium?* p. Mil. 1, 1. *non afferunt tamen oratori terroris aliquid — tamen ne non timere quidem sine aliquo timore possimus.* de Off. 3, 10, 43.

Cic. ad Att. 2, 19. *ego autem ne irasci possum quidem iis, quos valde amo.* Manutius et Lambinus correxerunt *ne irasci quidem possum.* Cornel. Iphicr. 1, 1. *ne de maioribus natu quidem quisquam anteponeretur.* Liv. 2, 61, 5. *ne ut ex consueta quidem asperitate orationis — aliquid leniret.*

Cic. de Off. 1, 9, 28. *itaque eos ne ad rem publicam quidem accessuros putat, nisi coactos.* Olim legebatur *ne accessuros quidem:* quod quum ineptum praeberet sensum, Facciolatus ad coniecturam confugit. Pomp. Mela 1, 13, 1. *locus — nunc ne minima quidem, tunc ingenti urbe celebris Isso fuit.* Gronovius in Observ. 1, 16. scribendum censuit *ne nunc quidem minime.* Erravit.

Gulielm. Insulanus Menapius Observ. p. 34. et cum eo Turscllinus narrant *ne quidem* a Cicerone bis, semel a Livio esse collocata. Cic. ad Att. 2, 16. *nam si aliud nihil erit, quum erimus omnia experti, ego illud ne quidem contemnam, quod extremum est.* Lambinus scripsit *ne illud quidem.* Quod Manutius refert Paulum Magnulum in antiquo codice reperisse eamdem correctionem, dubium manet. In locis de Nat. d. 1, 24, 67. et p. Caec. 13, 37. et Phil. 5, 9, 25. ne a criticis quidem fit mentio discrepantiae librorum, sed apud Livium 4, 8, 10. 3, 36, 6. 9, 4, 3. 38, 25, 15. 38, 58, 10. pauci sunt iique deteriores libri, in quibus scribae barbarum suum morem

substituerunt. Ita etiam in Cic. Tusc. 3, 33, 80. Dixit de hac re Drakenborchius.

Ad Cic. Orat. 57, 194. Peter dicit, ubi *ne quidem* pertineant ad sententiam longiorem, cuicumque addi posse vocabulo. Hoc falsum est, nec probatur, quae afferuntur, exemplis. Cic. Orat. 57, 194. *Ephorus vero ne spondeum quidem, quem fugit, intelligit esse aequalem dactylo, quem probat.* Estne hoc idem ac si dixisset *ne hoc quidem intelligit?*

3. In disiunctivis sententiis interponitur particula disiunctiva, praemissa negatione. De forma *aut — aut ne quidem* vide Tom. 1. p. 557.

Cic. Tusc. 1, 27, 66. *nihil ne aut humidum quidem, aut flabile, aut igneum.*

4. Formantur sententiae ita, ut post *ne — quidem* sequatur *nisi* aut *praeterquam*. Tum duplex est ratio. Nam verba *ne — quidem* referuntur ad id, quod cogitatione opponitur, *nisi* autem addit conditionem, quae sententiam restringat.

Cic. de Nat. 1, 24, 67. *nam de vita beata nihil repugno, quam tu ne in deo quidem esse censes, nisi plane otio langueat.* i. e. multo minus in homine negotiis occupato. ad Fam. 9, 8, 1. *etsi munus flagitare, quamvis quis ostenderit, ne populus quidem solet, nisi concitatus, tamen ego exspectatione promissi tui moveor, ut admoneam te, non ut flagitem.* p. Rosc. Am. 18, 52. *convivia cum patre non inibat: quippe qui ne in oppidum quidem, nisi perraro, veniret.* p. Font. 10, 21. de Fato 14, 33. Tacit. Ann. 1, 50. *neque belli timor ac ne pax quidem, nisi languida et soluta inter temulentos.*

Sueton. Caes. 36. *ipse prosperrime semper, ac ne ancipiti quidem umquam fortuna, praeterquam bis, dimicavit.*

5. Sententiae, qua negatur aliquid esse, apponitur verbis *ne si — quidem* conditio, qua quis putare possit tolli id, quod negatur, sed non tollitur. Accipiunt illud grammatici pro *etiam si non*, sed gravior est negatio *ne ea quidem conditione.* Quare non ponitur in affirmativa sententia, ubi *etiamsi* dicitur. Contrahitur etiam oratio, ut, omissa altera negatione, *ne* ad utramque sententiae partem referatur. Cf. Wopkensii Lect. Tull. p. 394. (294.).

Cic. de Off. 3, 10, 43. *at neque contra rempublicam, neque contra ius iurandum ac fidem amici caussa vir bonus faciet, ne*

si iudex quidem erit de ipso amico. in Pis. 28, 68. *cui generi esse ego iratus, ne si cupiam quidem, non possum.* Senec. de Constant. 4, 3. *qui pati, ne si fiat quidem, non potest.*

Cic. Phil. 5, 9, 24. *qui illum, ne si ita quidem venisset, ut nullum bellum inferret, ferre potuissent.* ad Fam. 9, 5, 2. *consilii nostri ne si eos quidem, qui id sequuti non sint, non poeniteret, nobis poenitendum putarem.* ubi Manutius. ad Att. 13, 10. *per litteras purgat Caesarem de interitu Marcelli: in quem, ne si insidiis quidem ille interfectus esset, caderet ulla suspicio.* de Fin. 5, 20, 55. ubi Lambinus. de Div. 2, 59, 122. Liv. 42, 41, 10. *si est in foedere ita scriptum, ut ne si bellum quidem quis inferat, tueri me regnumque meum liceat, mihi fatendum est* etc. de quo loco iam p. 34. dixi. 4, 4, 1.

6. Sed etiam in aliis formis contrahitur oratio atque omittitur altera negatio.

Cic. de Div. 2, 71, 146. *quum mendaci homini ne verum quidem dicenti credere soleamus.* Acad. 2, 39, 124. *nostro ne quid maxime quidem probabile sit, occurrit.*

7. Contra in sententia, quae ipsa est negativa, interponitur nomen aliquod per *ne — quidem:* sed ea conditione, ut praecedat altera negatio. Nam ubi *ne quidem* primum locum obtinet, non succedit ista altera negatio: veluti Cic. Tusc. 1, 23, 53. *numquam ne moveri quidem desinit* dixit, sed paullo post *ne occidit quidem umquam.* Caussa in promptu est. Gradatio exprimitur negatione, et in unum contrahuntur duo sententiae membra. Cf. Zumpt. ad Cic. Verr. p. 301. Tamen, quum veteres scriptores non solerent dicere *nec — quidem*, composuerunt verba *neque — ne quidem.*

Cic. in Verr. 1, 60, 155. *atque etiam iudicium in praetura publicum exercuit: non enim praetereundum est ne id quidem.* 3, 90, 210. *non fugio ne hos quidem mores.* Liv. 28, 42, 16. *non potes ne ipse quidem dissimulare* etc. Cic. ad Fam. 1, 18, 5. *neque, ut ego arbitror, errarent ne adversarii quidem eius.* Senec. Epist. 3, 1. *quia non soleas ne ipse quidem id facere.* Ita e codd. restituit Schweighäuserus. Cic. ad Quint. fr. 2, 5. Tusc. 4, 22, 49. *nihil ne in ipsa quidem pugna iracunde rabioseve fecerunt.* de Amic. 2, 10. ubi vd. Gernhard. Liv. 22, 25, 11. *nec tamen ne ita quidem prius mittendum ad exercitum Q. Fabium.* 29, 12, 10. 30, 30, 7. Cic. de Am. 27, 103. *numquam illum ne minima quidem re offendi.* Tusc. 1, 23, 53. *nec vero umquam ne ingemiscit quidem vir fortis ac sapiens.*

Cic. Tusc. 2, 13, 31. *sine qua ne intelligi quidem ulla virtus potest.*

Liv. 31, 38, 6. *neque enim ne regis quidem primum consilium — reprehendendum foret.* 29, 12, 10. *neque enim ipsius quidem regis abhorrebat animus.*

8. Quaeri debet, an servata significatione primitiva *quidem* per se possit constare, ideoque eam notionem, cui adiiciatur, tantum restringendo efferre, sicuti dicitur a Cic. de Div. 1, 9, 16. *nec hoc quidem quaero*, id est, et hoc quidem non quaero. Atque fieri potest, ut *ne quidem* eam habeant vim, quam reddimus verbis *wenigstens nicht*, hoc est certe non, vel *gerade — nicht*. Qui hoc comprobant, pauci adhuc sunt loci, tamen, ut videtur, non falsi.

Plin. Pan. 43, 5. *quotusquisque principum ne id quidem in patrimoniis nostris suum duxit, quod esset de suo.* i. e. *welcher Fürst war, der nicht wenigstens das in unserm Vermögen als das Seinige ansah, was von ihm herkam.* Cic. de Nat. d. 3, 10, 24. *vide, quaeso, si omnes motus omniaque, quae certis temporibus ordinem suum conservant, divina dicimus, ne tertianas quidem febres et quartanas divinas esse dicendum sit.* Critici scripserunt *quoque* vel *item*. Nos reddimus *ob nicht gerade die dreitägigen Fieber göttlich zu nennen.* Dixi de hac re ad Wopkens. Lect. p. 290. Cic. de Fin. 1, 20, 70. *sunt autem, qui dicant, foedus quoddam esse sapientum, ut ne minus amicos quam se ipsos diligant.* Codices non pauci aut *amicos quidem*, aut *minus quidem amicos* praebent.

Cic. in Verr. 4, 64, 143. *nemo fuit, quem ne nudus quidem filius in nuda provincia commoveret.* Omnes codices habent *ne quem nudus quidem*, quod quomodo Madvigio verum videri potuerit, equidem non assequor. Ita enim nemo loquutus est, ut alienum vocabulum *filii* simul comprehenderetur: neque ea ratio, quam Klotzius proposuit, potest probari, quasi dictum esset: nemo est, ne talis quidem, quem nudus filius commoveret. Si vero emendatio criticorum certa esset *ne nudus quidem*, ista significatio, quam dixi, in verbis inesset. At fefellisse videtur librarios formulae consuetudo. Cicero enim scripserat: *nemo fuit, quem non nudus quidem filius nudata provincia commoveret. Nudata provincia* optima est scriptura quorumdam codicum.

9. Non raro tamen *ne — quidem* simpliciter exprimit graviorem negationem ad unam aliquam rem di-

stinctiori vi relatum, ubi nos dicimus *keineswegs*. Tum vero non est necessarium, ut praecedat aut cogitetur altera negatio, cui maior adiiciatur, neque ut sequatur ea.

Cic. Tusc. 1, 36, 88. *carere enim sentientis est: nec sensus in mortuo: ne carere quidem igitur in mortuo est.* 2, 18, 42. *egone ut te interpellem? ne hoc quidem vellem.* Curtius 4, 14, 15. *et bello vicerimus, si vincimus proelio: nam ne illis quidem ad fugam locus est.* Quintil. 5, 6, 2. *in qua* (religione) *plus fidei consequetur, si id egerit, ut non cupide ad hoc descendere, sed ne hoc quidem recusare videatur.* 6, 5, 4 *sed ne de hoc quidem praecepta in universum exspectanda sunt.*

Vlpian. in Dig. 3, 3, 1, 1. *quidam non putant unius rei mandatum suscipientem procuratorem esse, sicuti ne is quidem, qui rem perferendam vel epistolam vel nuntium suscepit, proprie procurator appellatur: sed verius est, eum procuratorem esse, qui ad unam rem datus sit.* Heinrichius, ne falsa sententia exsisteret, corrigendum censuit *sicuti nec is quidem.* At redde: *wie keineswegs derjenige.*

10. Interdum haec inest sententia: omissis iis, quae ante negavimus, id certe, quod nunc dicendum, negari debet. Atque in his servatur primitiva significatio verborum *ne* et *quidem*.

Cic. de Div. 2, 9, 22. *atque ego ne utilem quidem arbitror esse nobis futurarum rerum scientiam.* Cicero antea docuerat, divinationem nihil efficere, quoniam ea, quae fato constituta sint, mutari nequeant: iam pergit: omissis etiam his argumentis illud certum est, scientiam futurarum rerum non esse utilem, quoniam praestet ignorasse futura mala. Hottingerus ut haec expediret, *non utile* pro *inutile* positum dicebat significare id, quod nocet.

11. Vt formas dicendi cognoscamus, respiciendae sunt, quae huic negationi opponantur particulae. Sequitur *nedum* et, quod pro eo ponitur, *ne*, ut maior res significetur.

Cic. p. Planc. 37, 90. *ego vero ne immortalitatem quidem contra rem publicam accipiendam putarem, nedum emori cum pernicie rei publicae vellem.* Liv. 3, 14, 6. *ne voce quidem incommoda, nedum ut ulla vis fieret, paullatim permulcendo tractandoque mansuefecerant plebem.* Columell. 8, 17, 8.

Cic. ad Fam. 9, 26, 7. *me vero nihil istorum ne iuvenem quidem movit umquam: ne nunc senem.*

12. Post *ne quidem* ponitur *non modo non* et *non modo*. Hoc vero Klotzius ad Cic. Tusc. p. 105. ita explicat, ut ex antecedente *ne* attrahat negationem, et *non modo* pro *non modo non* dictum putet. Equidem necessitatem nullam video negationis, quum *non modo* impliciter significet *non dico*. Quare et sequi potest ltera negatio et abesse. Similiter nos Germani in utrumque modum loquimur.

Cic. ad Att. 14, 19. *cui facile persuasi, mihi id, quod rogaret, ne licere quidem, non modo non lubere.* Parad. 2, 17. *mihi vero quidquid acciderit in tam ingrata civitate ne recusanti quidem evenerit, non modo non repugnanti.*

Cic. Tusc. 1, 38, 92. *ne sues quidem id velint, non modo ipse.* de Div. 2, 55, 113. *numquam ne mediocri quidem cuiquam, non modo prudenti, probata sunt.*

13. De *adeo non* post *ne quidem* vide Tom. 1.). 154.

14. Alia est sententiae forma, ubi sequitur *sed*, vel *tiam*, vel *sed etiam*. Ibi *ne quidem*, nisi ad aliud uid non verbis expressum refertur, reddi non potest ıer *nicht einmal*, sed de re alioquin desideranda aut xspectanda indicat, eam nullo modo esse aut fieri. Id ıos dicimus *keineswegs*. Potest intelligi *ne dicam*. d certe necessarium est, ubi per *sed etiam* adscendit ratio.

Cic. ad Fam. 4, 9, 6. *is utitur consilio ne suorum quidem, sed suo.* h. e. non aliorum, ne suorum quidem, sed suo. Tacit. Ann. 15, 11. *ne dux quidem obniti adversis: sed cuncta militiae munia deseruerat missis iterum ad Corbulonem precibus.* Virgil. Ge. 3, 561. *ne tondere quidem morbo illuvieque peresa vellera, nec telas possunt attingere putris. Verum etiam invisos si quis tentarat amictus, ardentes papulae atque immundus olentia sudor membra sequebatur.* Non erat punctum post *putris* mutandum.

Liv. 3, 10, 10. *tribuni coram in foro personare, — iam ne virtute quidem premi libertatem populi romani, sed arte eludi.* Nemo reddet *nicht einmal*. Est ne dicam, virtute premi. Tacit. Ann. 15, 1. *eo contemptionis descensum, ut ne duce quidem romano incursarentur, sed temeritate obsidis tot per annos inter mancipia habiti.* Lactant. 5, 12, 2.

Cic. p. Mil. 17, 45. *ergo illi ne caussa quidem itineris, etiam caussa manendi: Miloni manendi nulla facultas, exeundi non caussa solum, sed etiam necessitas fuit.*

Cic. in Pis. 5, 11. *pro Aurelio tribunali ne connivente quidem te, quod ipsum esset scelus, sed etiam hilarioribus oculis, quam solitus eras, intuente, delectus servorum habebatur.*

15. In adiicienda sententia, quae *ne quidem* in se habebat, Cicero aliique scriptores optimi, ne infringerent vim dictionis, non posuerunt copulam. Librarii autem, ne hiare videretur oratio, mutarunt saepe *ne* in *nec*. Nec tamen vitio laborant *et*, *ac*, *atque* praefixa: illud ponitur, ubi intelligimus *accedit hoc*, *praeterea:* haec ab initio sententiae saepissime a Cicerone in eum continuandae orationis modum, quem Tom. 1. p. 495. exposui. Nec reprehendi poterit, si quis copulam interpunctione separari maluerit. In media oratione collocatum *ac* uno tantum inveni loco. Celsus in his maxime Ciceronem imitatus est.

Hic non respicimus ad ea, in quibus *ne — quidem* per se constat: veluti Senec. Epist. 95, 2. *saepe aliud volumus, aliud optamus: et verum ne diis quidem dicimus.*

Cic. p. Deiot. 13, 36. *nec umquam succumbet inimicis, ne fortunae quidem.* de Off. 1, 24, 84. *idem gloriae iacturam ne minimam quidem facere vellent, ne re publica quidem postulante.* Orat. 44, 151. *at non Thucydides, ne ille quidem haud paullo maior scripserat Plato.* Liv. 22, 14, 4. *nec si nullius alterius nos, ne civium quidem horum pudet, quos* etc. Hac ratione vindicanda sunt verba Cic. Acad. 1, 8, 31. *sensus autem omnes hebetes et tardos esse arbitrabantur, nec percipere ullo modo res eas, quae subiectae sensibus viderentur: quae — ita mobiles et concitatae, ut nihil umquam unum esset constans: ne idem quidem, quia continenter laberentur et fluerent omnia.* Male nos diceremus *et ne idem quidem.* Sententia igitur est, res non modo mutare formam, sed quia omnia fluant, ne essentiam quidem eamdem manere. In loco Off. 1, 30, 109. abstinendum est a correctione.

Nulla ratio intercedit inter *ac* et *ne* in his Cic. de Div. 2, 9, 22. *atque ego ne utilem quidem arbitror esse nobis futurarum rerum scientiam.* Tusc. 5, 21, 62. *atque ei ne integrum quidem erat, ut ad iustitiam remigraret.*

Formula frequentissime a Cicerone usurpata est: *ac ne illud quidem.* de Orat. 1, 4, 13. *ac ne illud quidem vere dici potest* etc. de Off. 3, 25, 94. *ac ne illa quidem promissa servanda sunt.* 1, 34, 124. p. Sulla 7, 15. Phil. 13, 6, 13. p. Lege Man. 7, 17.

Cic. de Rep. 2, 33. *ac ne Lycurgi quidem disciplina tenuit illos in hominibus graecis frenos.*

Cic. de Leg. 1, 21, 55. *dixit — ceteras res omnes plane pares, ac ne minimum quidem, utrum adessent an abessent, interesse.* de Amic. 9, 30. *Quid enim? Africanus indigens mei? Minime hercle: ac ne ego quidem illius.* Sed Gellius 17, 5. affert haec ita: *Quid enim? Africanus indigens mei? ne ego quidem illius.* Quae integra puto, nec interpolatione depravata. Praeterea plurimi codd. *at.*

Celsus 1, 2. *ac ne his quidem athletarum exemplo vel certa esse lex, vel immodicus esse labor debet.* 2, 3. *neque terrere debet ea febris, quae eodem die finita est: ac ne ea quidem, quae* etc. 3, 6. p. 128. 3, 7, 2. 4, 4. p. 208. 7, 7.

16. Vbi plura nomina ad eamdem rationem referenda sunt, primum includitur verbis *ne — quidem:* ubi duas partes sententia habet, coniunguntur eae per *aut* et *nec.*

Liv. 3, 9, 12. *ne Aequi quidem ac Volsci — crudeli superboque nobis bello institere.*

Quintil. 6, 5, 1. *ut ne a sententiis quidem aut verbis — possit separari.*

Quintil. 9, 4, 4. *ne domibus quidem casae, aut vestibus pellium tegmina, aut urbibus montes et silvas mutari oportuit.*

Liv. 1, 3, 4. *tantum tamen opes creverant, — ut ne morte quidem Aeneae, nec deinde inter muliebrem tutelam — movere arma — accolae ausi sint.* 40, 25, 6. *summa vi totum diem oppugnarunt, ita ut ne efferendi quidem signa Romanis spatium, nec ad explicandam aciem locus esset.* quae Gronovius sine causa mutavit.

17. Grammatici docent *ne* saepe eamdem vim in se habere, quam *ne — quidem* exprimit, atque pro hoc illud poni. Si hoc recte est observatum, *ne* pro *non* cum graviori potestate positum videbitur, nec *quidem* omissum, sed quum non opus sit, non additum. Atque de hac re magna semper erat virorum doctorum dissensio. Sigonius ad Liv. 33, 49, 3. Schottus in Nod. Cic. 4, 16. Burmann. ad Sueton. Aug. 35. et ad Petron. 9. et ad Quintil. 6, 1. p. 518. Bentlei. ad Horat. Serm. 2, 3, 262. Muncker. ad Hygin. Fab. 220. Oudendorp. ad Caes. B. gall. 7, 8. Duker. ad Flor. 3, 17, 2. Davis. ad Cic. de Fin. 1, 6. Ruhnken. ad Rutil. 2, 17. Garaton. ad

Cic. Catil. 2, 4. Goerenzius ad Cic. Acad. 2, 17, 52. et ad 2, 44, 136. aliique existimarunt *ne* significare saepius idem quod *ne — quidem:* certe, ubi praecedat *ne — quidem*, recte omitti alterum *quidem* in altera parte sententiae. At F. A. Wolfius negavit usum universum, Spaldingius ad Quintil. 1, 5, 38. Gernhardus ad Cic. Parad. p. 319. cum Drakenborchio et aliis multis dubitaverunt: plurimi non distinctis exemplis incertis. Beneckius ad Iustin. 38, 7. *ne* per se significare *nicht einmal*, addique *quidem* ad augendam aliquam notionem non inepte docuit. Sed iam Quintilianus 1, 5, 38. inter soloecismos mala detractione factos refert verba *ne hoc fecit* intelligens *ne hoc quidem*. Nam, quod nonnullis interpretibus in mentem venit, *ne* pro *anne* accipi non potest. Inde vero patet fuisse, qui ita male loquerentur, sive negligentia sive consuetudinis inscitia. Apud Ciceronem vix ullus exstat locus, in quo non verior scriptura codicum auctoritate restituenda sit, aut non intelligatur iusta caussa et ratio. Exempla non dubia ante saeculum secundum post Christum natum non apparent. Poetis tamen semper licuit non addere *quidem:* immo rarissima sunt apud eos exempla plenae dictionis. Omnis igitur ratio redit ad usum loquendi posterioribus temporibus mutatum.

In plurimis locis codices etiam habent *nec*, cuius compendium *nc* vix distingui potest: de qua commutatione ii critici dixerunt, quos nominat Arntzenius ad Dion. Caton. 1, 35. Cic. Tusc. 1, 29, 71. *nec distrahi potest, nec interire igitur.* in Catil. 2, 4, 8. *sed nec ullo in angulo totius Italiae* etc. Liv. 31, 22, 7. Quintil. 1, 12, 14. 6, 1, 47. Atque ita in multis legitur *nec*. In aliis locis librarii omiserunt *quidem*, nec credamus Ruhnkenio, qui saepius inculcatam esse dicit hanc particulam. Cic. de Fin. 1, 11, 39. *hoc ne statuam* [*quidem*] *dicturam pater aiebat.* 1, 6, 19. ubi unus Davisius libros sequitur corruptos. 2, 27, 55. ubi Goerenzii audaciam nemo probabit. in Tusc. 1, 26, 65. ante *quidquam* excidisse *quidem* monstrant duo codices, quos Klotzius sequitur. Garatonii opinionem in Cic. p. Mil. 2. iam refutavit Orellius. Meliores libri plenam formam confirmant in Acad. 2, 17, 52. *ne vinolenti* [*quidem*] *quae faciunt* etc. et apud Caes. Bell. gall. 7, 8. 8, 38. et in Livii septem locis, quos nominat Drakenb. ad 44, 36, 8. Vide etiam Sueton. Aug. 35. Quintil. 2, 7, 26. 1, 2, 7.

Cic. de Fin. 5, 7, 20. *ne vitationem quidem doloris ipsam per se quisquam in rebus expetendis putavit, ne si etiam evitare posset.* Hoc ita accipiunt, ut praemissa negatione omittatur voc. *quidem*. Vide Gernhard. l. l. Sed multa alia obstant. Quis sanus dicet, neminem vitationem doloris, si dolorem evitare posset, in rebus expetendis putasse? Sententia esse debet, ut Orellius, quem Otto immerito reprehendit, bene perspexit: ne vitationem quidem doloris ipsam per se quisquam in rebus expetendis putavit, quum sciret, se assequi id non posse. Deinde in ista oratione non dici poterat *si etiam* pro *etiamsi*. Vid. Tom. 2. p. 596. Denique quaeri poterat, quo modo scribere debuisset, si quis voc. *quidem* additurus fuisset. Nullus conceditur ei locus post *si*. Quare de integritate totius loci dubitari decet. Acad. 2, 45, 136. *ne urbes denique aut civitates, nisi quae essent sapientium?* Quod Goerenzius dicit, in his respici ad antecedens *ne quidem*, alienum est. Quod vero in Wopkensii libro p. 65. coniecerąm *nec urbes*, iam Lambinus proposuerat et comprobavit Orellius. Cic. ad Q. frat. 2, 16. *quum a me litteras librarii manu acceperis, ne paullum me otii habuisse iudicato, quum autem mea, nullum.* Orellius e codd. restituit *quum autem mea, paullum.* Lambinus scripsit *nec*, quod in hac sententia opposita non potest probari. Sed quod neminem notasse miror, oratio non potest ita descendere, ut post *ne quidem* sequatur id, quod esse affirmetur, nec commode opponuntur *ne paullum quidem — paullum.* Equidem arbitror Ciceronem scripsisse: *quum a me litteras librarii manu acceperis, nullum me otii habuisse iudicato, quum autem mea, paullum.* Phil. 2, 16, 41. Hunc locum iamdudum critici restituerunt. Sed unus est locus, in quo neque libri variant, neque interpretes ullo pacto dubitarunt, Verr. 3, 84, 195. *quid facere debuisti? Si, quod L. Piso ille Frugi, qui legem de pecuniis repetundis primus tulit: quum emisses, quanti esset, quod superaret pecuniae rettulisses: si, ut ambitiosi homines aut benigni, quum pluris senatus aestimasset, quam quanti esset annona, ex senatus aestimatione non ex annonae ratione solvisses: sin, ut plerique faciunt, in quo etiam erat aliqui quaestus, sed is honestus atque concessus, frumentum, quoniam vilius erat, ne emisses: sumpsisses id nummorum, quod tibi senatus cellae nomine concesserat.* Primum non dici poterat a Cicerone *ne emisses quidem:* nam non aliud esset, quod Verres non facturus fuisset: quare *ne* accipiendum esset pro *non*, ubi nos loquimur *du hättest gar nicht gekauft.* At verba *frumentum — ne emisses* non pendent ex vocabulo *si*, sed ut in reliquis, quae antecedunt, intelligitur: *sin fecisses, ut plerique faciunt.* Denique si *ne*

emisses in apodosi positum esset, quomodo adhaererent reliqua, non pateret. Quare ratio verborum haec esse videtur: *frumentum quoniam vilius erat, ne emisses, sumpsisses id nummorum, quod tibi senatus cellae nomine concesserat.* h. e. *so hättest du, um das Getreide, weil es zu schlecht war, nicht zu kaufen, so viel Geld an dich genommen, als der Senat zum Deputat dir bewilligt hatte.* Ceterum in verbis *in quo etiam erat aliquis quaestus* Zumptius non debebat *etiam* eiicere. Est enim praeterea: *wobei überdies einiger Gewinn war.* Livii est unus locus, in quo nulla codicum diversitas exstat, 44, 36, 8. *neque enim ne his cunctationem aperuerat suam.* Scilicet unus est codex huius libri, in quo, ut in aliis multis (Drakenborchius affert septem exempla) librarius errasse videtur. Aut *quidem* addere, aut *ne* omittere debemus. In 33, 49, 3. nihil certius, quam quod codex bamberg. praebet: *id ei non debere impune esse.* In Quintiliani duobus locis, 1, 12, 14. 6, 1, 47. critici veram scripturam revocarunt. Vellei. Pat. 1, 17, 2. *ut ne posterum in antiquius citeriusve processit ubertas.* In amerbachiano quidem libro ita legitur, sed in prima editione *nec*: quod verum puto.

Horat. Sat. 2, 8, 262. *ne nunc, quum me vocet ultro, accedam?* Persius 5, 172. *ne nunc, quum accersor et ultro supplicat, accedam?* Sed hic non sine varietate librorum. Conf. Terent. Eun. 1, 1, 1.

Petron. 9, 6. *cuius ne spiritus purus est.* Scaliger et Boschius *nec.* 47, 4. *hoc solum vetare ne Jovis potest.* Tilebomius *ne — quidem*, Heinsius et Muncker. *nec.* Apulei. Met. 4. p. 144, 23. *iacensque in mortuum non fustibus, non stimulis, ac ne cauda et auribus cruribusque undiqueversum elevatis tentavit exsurgere.* Ita omnes codd. Alia exempla huius auctoris nominat Oudendorp. p. 71. Tom. 1. Valer. Max. 5, 6, 8. *ac ne beneficio senatus, qui his muneribus functos tributi onere liberaverat, quisquam uti voluit.* Iustin. 38, 7, 10. *nam iustitiae atque liberalitatis suae ne ipsos milites, qui experiantur, testes refugere.* Pro *ne* Beneckius et Dübnerus scripserunt *nec*, ille negans, in hac sententia, ubi dicatur Mithridatem etiam milites non detestatum esse, admitti posse *ne quidem*: attamen nihil aptius videtur quam hoc, ne militum quidem, qui in his rebus non faciles essent, iudicium refugisse Mithridatem: codicem autem unum illum, qui *nec* exhibet, gravioribus interpolationibus esse corruptum constat. Tertullian. de Testim. anim. 6. *omnis anima suo iure proclamat, quae nobis ne mutire conceditur.* Collatio leg. mosaic. et roman. 16, 3. vid. Vonckii Specim. crit.

p. 52. Quod Cicero scripsit de Amic. 24, 89. *quae non modo amico, sed ne libero quidem digna est:* id Io. Sarcsber. Policr. 8, 4. *quod quidem non modo amico, sed ne libero homine dignum est.*

NE dubitativum.

Quaecumque dubitatio prope accedit ad negatio-
iem: interrogatio autem in se habet, de quo, utrum
it an non sit, dubitemus ideoque quaeramus. Quare
lermannus aliique docuerunt, in omni interrogatione ali-
quam negationem inesse. Atque haec ipsa fuit caussa, qua-
ropter *ne*, quod negat, particula fieret interrogationis
t dubitationis. Ii enim grammatici, qui dicunt *ne* nihil
ignificare, nisi ut interrogationis formam exprimat vel
nterrogationem intendat, non satis distinguunt negatio-
iem ab negativa origine interrogationis. Nam dum du-
ito, nec scio an sit res aut quale sit, atque ideo quae-
o, in animo teneo negationem affirmationis: alioquin
uaestionem non facio, sed affirmo. Neque ii sunt pro-
andi, qui dicunt, sententiam per *ne* ita signatam ma-
is ad affirmandam quam ad negandam rem inclinare.
Utrumque enim fieri potest aequali nisu.

Erant, qui praeciperent *ne* non esse verbum, sed syllabam, quae vocabulis, quibus adiiciatur, vim afferat, praesertim interrogativam. Vide Turneb. Adversar. 28, 1. Schmidtius in Ephemerid. Halens. 1827. n. 218. Wolfius ad Cic. Tusc. 5, 12, 35. De qua re nobis dicendum erit n. 4. Scripsit de hac particula commentationem Io. Gottl. Döllingius, Plaviae a. 1834. editam. Nemo vero incautius in hac re versatus est quam Priscianus 16. p. 1032. Nam postquam exposuerat, *ne* et dubitationem significare et in interrogatione poni, loquitur de vi confirmativa, collatis exemplis prorsus alienis et male expositis ita, ut ad extremum addat: *est enim pro etiam.*

I. 1. Iam vero interrogationis et rectae et obliquae
riplex est genus. Primum enim quaeritur, an res sit,
impliciter: quod voculatione exprimitur et ordine ver-
orum. Cic. Verr. 3, 57, 132. *tu id nesciebas? Fre-
ebat tota provincia. Nemo id tibi renuntiabat?*
)einde vero enuntiatio, quam problematicam appellare
olemus, deflectitur ad negationem ante occupatam, qua
ogitamus id, de quo quaeritur, non esse aut non posse

esse. Hoc exprimitur annexa particula *ne*, atque interrogationi additur ea vis, qua, qui quaerit, declarat sibi persuasum esse, aliter responderi non posse. Cic. Tusc. 1, 27, 67. *potesne dicere?* Si quaerendum esset, utrum posset dicere, an non posset, scripsisset *potes dicere?* Sed in animo habuit, se non putare dici posse.

Terent. Eun. 2, 1, 11. *censen posse me offirmare?* i. e. *du glaubst doch nicht?* Cic. Parad. 1, 14. *quidquamne bonum est, quod non eum, qui id possidet, meliorem facit?* Omitte cum aliis *ne*, et desiderabis vim interrogationis. de Nat. d. 1, 33, 91. *omnesne tibi illi delirare visi sunt, qui sine manibus et pedibus constare deum esse decreverunt?* Tusc. 5, 12, 35. *videturne omnem hic beatam vitam in una virtute ponere?* ubi vide Orellium. ad Fam. 2, 11, 1. *putaresne umquam accidere posse, ut mihi verba deessent?* in Verr. 3, 77, 180. *his civitatibus omnisne pecunia, quae pro frumento debita est, dissoluta est?*

Sed alia ratione occupamus affirmationem, dum negamus contrariam sententiam. Id proprie exprimitur verbo *nonne*, sed brevius etiam per simplex *ne*. Vis interrogationis eadem est. Quod Cicero de Fin. 5, 18, 48. dicit: *videmusne?* idem paullo post: *nonne videmus?* Ita Graeci ἆρα pro ἆρ' οὐ loquuntur. Vide Schaeferi Meletem. p. 89. Stallbaum. ad Platon. Phileb. p. 225. Stephanus in Pseudo-Cicer. p. 145. hanc dictionem inter archaismos refert: quem sequutus Ernestius ad Cic. de Orat. 2, 15, 64. et ad Verrin. 2, 46, 112. negavit bene et eleganter ita dici. In aliis tamen locis usum ipse agnovit, et Heusingeri ad Cic. Off. 3, 17, 2. et Schellerus in Observ. p. 17., aliique multi demonstrarunt etiam Ciceronem cum optimus scriptoribus sic esse loquutum, ut *ne* pro *nonne* accipi posset. Cf. Lambin. ad Plauti Cist. 1, 3, 3.

Plaut. Pseud. 1, 3, 118. *iuravistin' te illam nulli venditurum, nisi mihi?* Bacch. 3, 6, 32. *misine ego ad te ex Epheso epistolam?* Most. 2, 1, 15. Pseud. 4, 1, 4. Truc. 2, 2, 54. Capt. 3, 5, 56. Terent. Heaut. 3, 3, 2. *vidin ego?* Cic. Tusc. 1, 34, 84. *mitto alios: etiamne nobis expedit?* Philipp. 12, 8, 21. *quid? vitae censetisne, P. C., habendam mihi aliquam esse rationem?* de Fin. 2, 32, 104. *in nostrane potestate est, quid meminerimus?* Tusc. 3, 17, 37. *numquid est aliud? rectene interpretor sententiam tuam?* in Verr. 2, 46, 112. *estne Sthenius is, qui* etc. ubi Ernestius vitium temere notat. Liv. 23, 9, 6. *torpescentne in amentia illa?* Cic. de Sen. 10, 31. *videtisne, ut apud Homerum saepissime*

Nestor de virtutibus suis praedicet? Interrogatione ita formata idem exprimitur, quod per *videtis* extra interrogationem: quod Ernestius non debebat praeferre. Alia exempla vide apud Heusingerum et lege Ruhnken. ad Rufinian. 23. Gruneri Observ. in Actis Lat. soc. ienens. T. 5. p. 239. Matthiae ad Cic. p. Rosc. Am. 12, 33. Ochsner. Eclog. Cic. p. 423. Gernhard. ad Cic. Off. 3, 17, 68. ad Cic. de Sen. 10, 31. Bothium ad Plauti Pers. 223. Schaefer. ad Plin. Epist. 3, 16, 13. Beier. ad Cic. Off. 3, 17.

Sed Zumptius in Grammat. 352. regulam confecit admodum subtilem hanc: negativam sententiam significari, quando *ne* non primario verbo, quod proprie dicinus, enuntiationis, sed alii vocabulo adiungatur: affirmativam autem fere exprimi per *ne* primario cum verbo coniunctum. Eamdem sententiam profitetur ad Cic. Verr. 2, 46, 112. Equidem vero in hoc praecepto non omnino assequor rationem, nec usu video id, quod statuitur, confirmari. Nam hoc unum ratione constat, semper ei vocabulo *ne* addi, quod sedem quasi interrogationi praebet: et quum dico *mene istud potuisse facere putas?* non magis possum exspectare negationem respondentis, quam quum dico *putasne me istud facere?* sed in illis inversio fit verborum, ut intelligatur personam praecipue respici. Atque hoc exempla multa clare demonstrant. Plinius Epist. 2, 17, 29. exposita illae praestantia addit: *instisne de caussis eum tibi videor incolere, inhabitare, diligere secessum?*

Plaut. Cist. 1, 3, 2. *satine vix reliquit deo, quod loqueretur, loci?* i. e. nonne vix satis locum reliquit? Terent. Andr. 1, 5, 1. *hoccine est humanum factum aut inceptum?* v. 10. *adeon' hominem esse invenustum aut infelicem quemquam, ut ego sum?* Liv. 3, 67, 11. *satisne est, nobis vos metuendos esse?* Plin. Epist. 3, 21, 6. *meritone eum — defunctum esse doleo?* Alia vide supra.

Cic. Acad. 2, 36, 116. *estne quisquam tanto inflatus errore, ut sibi se illa scire persuaserit?* Alia in iis, quae p. 74. attuli.

2. Etiamsi *ne* interrogationi maiorem vim adiicit, ipsa negandi potestas minor est. Quare fit enclitica, et syllaba, quae longa erat ab origine, corripitur. Adhaeret autem particula ei vocabulo, quod, uti dixi, ipsam interrogationem format, et quod ob praestantiam suam primo loco ponitur. Praecedere tamen huic

possunt coniunctiones et alia verba, quibus interrogatio substructa est, aut ubi duae interrogationes in unam contrahuntur. Liberior etiam est structura obliquae interrogationis, in qua praemitti licet nomen subiecti.

Cic. p. Rosc. Am. 15, 44. *tamenne haec attenta vita et rusticana relegatio atque amandatio appellabitur?* de Nat. d. 1, 29, 81. *tamenne ista tam absurda defendes?*

Plaut. Most. 2, 1, 15. *sed ego sumne ille infelix?*

Cic. de Leg. 2, 5, 12. *id estne numerandum in bonis?* de Nat. d. 1, 34, 96. *mundum praeter hunc umquamne vidisti? Negabis.*

Cic. p. Cluent. 34, 94. *quid? conferam Sullamne cum Iunio? an hunc tribunum plebis cum Quintio?* Duplex est in his quaestio: *num conferam Sullam?* et, *num conferam Sullam an tribunum?*

Obliquae sunt orationis haec: Cic. Acad. 2, 39, 122. *ut videamus, terra penitusne defixa sit.* in Verr. 4, 67, 150. *haec sum rogaturus, navem populo romano debeantne.* Goerenzius scribendum censet *debeant necne.* Sed paullo post Cicero: *frumentum ab his sumpseritne C. Verres.* in Vatin. 14, 34. *haec omnia sciasne publicis tabulis esse notata.* Singulari modo Varro de Ling. lat. 6, (7,) 1, 2. *qui ostendit equitatum esse ab equitibus — neque equus unde sit dicit, tamen hic docet et plura et satisfacit grato, quem imitari possimusne, ipse liber erit indicio.*

3. In his quum *ne* accedat tantum, nec negatio per se constet, fieri nullo pacto potest, ut particula interrogationi praemittatur, aut, producta syllaba, ab initio ponatur: esset enim pro *non* dictum. Tamen ita visum erat et Gesnero in notis ad Caton. de Re r. 1, 5. et Schellero in Observ. p. 65. Qua conditione id fiat in dubitatione, infra exponamus.

Terent. Andr. 4, 4, 45. *ausculta.* CH. *Audivi iam omnia.* DA. *Ah ne tu omnia.* CH. *Audivi, inquam, a principio.* Nec mutanda erant haec, quae Donatus vindicat ita: *ne tu omnia, ut ne producatur, et accipiatur pro non.* Apud Cic. Verr. 4, 7, 15. *ne forte reticeat.* exposita iam p. 39. est ratio.

4. Quoniam vero in multis exemplis levior vis videretur inesse in hac particula, nata est illa opinio grammaticorum, qua dicebant, eam omnino nihil aliud praestare quam signum interrogationis: idque praeser-

m apparere in pronominibus et in coniunctionibus, uibus addi soleret *ne*. Ita quidem Turnebus in Adver- ır. 7, 10. Nos singula perpendamus. Atque primum dditur relativis pronominibus contracta in oratione. ſam pro eo, quod dicendum erat, *estne ille, qui, tune s, qui*, Latini dixerunt, *quine*: quod maiori cum vi dmirationis pronuntiabant. Cruquius ad Horat. Sat. 1, 0, 20. atticismum appellat et *quine* cum graeco *οὔγε* omparat, interpretans *qui utique, qui certe*. Eamdem- ue naturam emphaticam cognoverunt Porsonus ad Eu- ipid. Hecub. p. 54. et Reisigius in Comment. in So- hocl. Oed. p. 78. Vide etiam Grotium et Oudendorp. d Lucan. 7, 801. Acidalium et Taubmannum ad Plaut. ipid. 5, 2, 54. Bothium ad Plauti Aul. 388. Priscianus 6. p. 1032. qui omnia miscuit, etiam Doellingium in- uxit, ut particulae tribueret vim aliquam confirmati- am, atque diceret per *ne* interrogationem confirmari ut ponderosiorem reddi. Immo dubitationis natura tiam in his apparet. Nam quum aliquid miramur, ive ob magnitudinem sive ob insolentiam rei dubitamus ffirmare vel credere, aut haesitamus in ipsa quaestione. ios Germani utimur verbis *es ist doch nicht?* Cete- um praeter comicos hac forma loquendi utuntur poetae ı orationibus ex animo vehementius commoto profectis: l quod Doellingius bene observavit. Oratores absti- ent: apud reliquos scriptores pauca inveniuntur exem- la: nec latet caussa. Critici autem interdum substitue- ant *quin*, ob similem significatum: saepius hoc in *uine* mutabant, elegantiae quodam nomine.

Plaut. Epid. 5, 2, 54. *quemne hodie per urbem uterque sumus defessi quaerere?* i. e. *du bist doch nicht der, welchen* etc. Mil. 1, 1, 18. *quemne ego servavi in campis?* Rud. 1, 5, 14. *quaene eiectae e mari sumus ambae?* i. e. *doch nicht wir, die wir vom Meere ans Land geworfen wurden?* Terent. Andr. 4, 4, 29. *quemne ego heri vidi ad vos adferri vesperi?* i. e. tune dicis eum, quem ego vidi heri ad vos adferri? Phorm. 5, 7, 28. *sed transi sodes ad forum, atque illud mihi argentum rursum iube rescribi, Phormio.* PH. *Quodne ego perscripsi porro illis, quibus debui?* i. e. *doch nicht das, was ich meinen Gläubigern angewiesen habe?* Horat. Sat. 1, 10, 21. *o seri studiorum! quine putatis difficile et mirum, Rhodio quod Pitholeonti contigit?* i. e. *ihr glaubt doch nicht, daſs es etwas groſses und wunderbares sey?* Non recte interpretatur Heindorfius, et restituendus erat

tantum abest, ut cum Goerenzio aliisque dicamus *ne*, quod supervacaneum sit, addi, ut putemus disiunctivae sententiae per *ne* et *an* expressae praefigi *utrum* distinctionis caussa, nec illud *ne* ab *utrum* avulsum videri, sed per se stare. Atque ita fieri potest, ut res, de quibus quaeritur, magis inter se opponantur, sicuti Germani loquuntur, *welches von Beiden, dieſs — oder jenes*. Exempla contulerunt Davisius ad Cic. de Nat. d. 2, 34. et Goerenzius ad Cic. Acad. 2, 22, 71. et ad Cic. de Fin. 4, 24, 67. Posterioris aetatis scriptores coniunxerunt verba in *utrumne*, cuius usus non erat Ciceroni cognitus, qui semper aliis verbis interpositis disiunctionis partes substruxit. Id vero poetae etiam ad simplicem interrogationem transtulerunt, quae, ubi *utrum* ponunt, semper ex duabus partibus in unam contrahitur. Dixerunt igitur etiam *uterne*.

Plaut. Capt. 2, 2, 18. *sed utrum strictimne attonsurum dicam esse, an per pectinem, nescio.* Most. 3, 1, 151. *videndum est primum, utrum eae velintne, an non velint.* Terent. Eun. 4, 4, 53. *utrum praedicemne, an taceam?* Ad. 3, 3, 28. Cic. Tusc. 4, 27, 59. *et utrum illudne non videatur aegre ferendum, ex quo suscepta sit aegritudo, an omnium rerum toleranda omnino aegritudo.* 4, 4, 9. de Div. 2, 58, 120. *utrum igitur censemus dormientium animos per se ne ipsos in somniando moveri, an — externa et adventitia visione pulsari?* Ita codices. de Inv. 2, 39, 115. ubi Ernestius eiecerat *ne*. de Nat. d. 2, 34, 87. ubi Davisius et Moser. Acad. 2, 22, 72. de Fin. 2, 19, 60. 5, 24, 67. Philipp. 2, 12, 30. ubi Garatonius.

Horat. Sat. 2, 6, 73. *utrumne divitiis homines, an sint virtute beati.* Epod. 1, 7. *utrumne iussi persequemur otium non dulce, ni tecum simul, an* etc. Sat. 2, 3, 251. Plin. Hist. n. 17, 1, 1. *utrumne igitur ego sum, inquit, quaeso, Domiti, exemplo gravis — an tu, qui* et. Curt. 4, 9, 1. *dubitaverat, utrumne circa Mesopotamiam subsisteret, an interiora regni sui peteret.* Quintil. 3, 3, 13. *in eo plures dissenserunt, utrumne hae partes essent rhetoricae, an eiusdem opera.* 12, 1, 40. *utrumne salvum eum nolet is, qui a nobis finitur, orator?* Tacit. de Orat. 37. *nam multum interest, utrumne de furto aut formula et interdicto dicendum habeas, an de ambitu comitiorum.* Sueton. Caes. 80. Senec. Oedip. 309. Columell. 11, 1, 5. Gellius 6, 8. Lactant. Instit. 5, 1, 13. 6, 17, 19. 6, 20, 10.

Quae apud Quintilianum 5, 11, 28. Ciceronis nomine leguntur, in quibus *utrumne* est, non ita apud ipsum Ciceronem de

Inv. 1, 31. exstant, sed mutata sunt verba: quamquam librarii quidam etiam ibi scripserunt *utrumne*. Cic. de Inv. 2, 39, 115. *in quo utrum copia sit agri, vectigalium, pecuniae an penuriae, consideratur.* Duo libri *utrumne copia*, alii *utrum copiane*: quod bene se habet. In eumdem modum nunc correctus est locus p. Quint. 30, 92. Miror autem Zumptium in Verrin. 3, 83, 191. tamquam ciceronianam vindicasse scripturam trium codicum: *quaero nunc abs te, Hortensi, cum utrisne tandem istius factum collaturus es?* Antiquam scripturam Orellius restituit in Rhet. ad Herenn. 1, 15, 22.

Horat. Sat. 2, 2, 107. *uterne ad casus dubios fidit sibi certius?*

9. Vt redeam ad priora, saepe nos Germani in reddendis verbis non satis assequimur vim huius particulae. Nam inter ea, quae allata sunt, exempla erant, in quibus *ne* fere idem exprimeret quod *num*, quo posito respondenti dicendum erat *non* sive *nemo*. Hanc rationem si sensu percipere velis, saepe sententiam invertas necesse erit, veluti *ecquando ne similem civem habebit respublica?* apud Velleium 2, 14. significat: num putas, aliquando similem civem futurum esse? *du glaubst doch nicht, dafs* etc. Alia exempla huius vocabuli vide Tom. 2. p. 355.

In Sallustii Orat. Lepidi 5. legitur: *quam quid ultra? quaeve humana superant aut divina impolluta sunt?* Sed scribendum est omisso ultimo vocabulo *sunt*: *quaene humana superant aut divina impolluta?* i. e. num — superant?

10. Sed multiplex est, uti exempla iam allata ostendunt, interrogationis, quae per *ne* exprimitur, usus atque vis. Nam modo id, quod miramur, interrogando significamus, modo indignationem, modo etiam verbis inhaeret ironia quaedam. Numquam tamen, ut aliis visum est, deficit potestas particulae. Saepe ea significat, aliter sentiri non posse, atque in interrogatione ironica occupatur affirmatio. Orell. ad Cic. Tusc. 5, 12, 35. Cic. de Nat. d. 3, 37, 69.

Cic. in Verr. 1, 18, 47. *Apollinemne tu Delium spoliare ausus es?* Miratur, quomodo fieri potuerit. Sulpitius ad Cic. 4, 5, 10. *visne tu te, Servi, cohibere et meminisse hominem te esse natum?* i. e. *willst du dich denn nicht fassen?*

Plaut. Bacch. 2, 3, 21. *Vulcanus, Sol, Luna, Dies, dei*

quattuor scelestiorem nullum illuxere alterum — NI. *Quamne Archidemidem?* CH. *Quam Archidemidem.* i. e. *doch nicht als Archid.* Virgil. Aen. 4, 537. *iliacas igitur classis atque ultima Teucrum iussa sequar? Quiane auxilio iuvat ante levatos, et bene apud memores veteris stat gratia facti?* i. e. *doch nicht, weil die früher durch mich Geretteten dessen sich freuen.* Ironia inest. In eumdem modum Statius Theb. 10, 587. *quiane ante duci bene credita nostra consilia, et monitus quum perfida bella vetarem?* ubi Schol. εἰρωνικῶς. *cur modo futura non dicam, qui ante, quum ventura praedicerem, ita sum libenter auditus?* Tacit. Ann. 1, 42. *primane et vicesima legiones — egregiam duci vestro gratiam refertis?*

Gronovius ad Senec. de Ira 3, 28. contendit, uti in illa Sulpitii epistola *visne* dicatur, ita non mutato sensu omitti posse particulam, atque scripsisse Senecam *vis tu aequo animo pati candidatus suffragia?* pro *non vis tu* sive *visne tu.* In iis autem exemplis, quae affert, Liv. 25, 7, 22. Senec. de Constant. 15, 3. Epist. 58, 21. 47, 8. 78, 19. Plin. Epist. 9, 17, 2. legitur merum illud *vis tu.* Quare nobis agendum est de discrimine harum formarum etiam ab Heindorfio in notis ad Horat. Sat. 1, 9, 69. non recte percepto.

11. Duae sunt formulae *visne tu* sive *vin tu* et *vis tu.* Illa non simplicem interrogationem exhibet, ut Heindorfio visum est, sed, ut in reliquo usu, *ne* vel occupatam habet negationem, quod est *du willst doch nicht?* vel affirmationem, quod est *willst du denn nicht?* Omissa hac particula *vis tu* dicit, qui aliquem hortatur aut rogat aut evocat aut modeste iubet. Vide Gronovium ad Senec. l. l. et ad Nat. Qu. 4. Praef. Atque ita fere exprimitur, quod Germani dicunt imperativo *wolle doch nicht.*

Horat. Sat. 1, 9, 69. *vin tu curtis Iudaeis oppedere?* Non est scribendum, quod Bentleio placuit, *vis tu.* Est enim *du willst doch nicht?* 2, 6, 92. *vin tu homines urbemque feris praeponere silvis?*

Plaut. Poen. 5, 3, 155. *vin eam videre?* Sulpit. ad Cic. Epist. 4, 5, 10. vide n. 10.

Senec. Epist. 47, 8. *vis tu cogitare istum, quem servum tuum vocas, ex iisdem seminibus ortum, eodem frui coelo, aeque spirare?* Epist. 58, 21. *vis tu non timere, ne semel fiat, quod quotidie fit?* Ita restituit Gronovius e codicibus pro *vis tu timere:* quod certe scribendum erat *visne tu timere.* Senec. de Ira 3,

38, 1. *vis tu aequo animo pati candidatus suffragia?* Plin. Epist. 9, 17, 2. *vis tu remittere aliquid ex rugis?* ubi Gesnerus. Petron. 111, 2. *vis tu reviviscere? vis tu discusso muliebri errore, quamdiu licuerit, lucis commodis frui?* i. e. velim reviviscas. Verba enim, quae in codice sarisber. adhaerent *reluctantibus fatis extinctum*, debentur glossatori.

12. Quomodo Graeci in interrogationibus saepe duas res duasve rationes una comprehenderint, id satis declaratum constat. Neque vero Latini id non imitati sunt. Vbi cum indignatione aliquis miratur, quemquam de re, quae fieri non possit aut non debeat, aliter sentire, haec admiratio simul exprimitur interposito vocabulo *ut*. Dicitur etiam *utne*.

Varro de Re r. 1, 2, 12. *docete nos, agricultura quam summum habeat utilitatemne an voluptatem, an utrumque.*

Plaut. Aul. 4, 7, 9. *egone ut te advorsum mentiar, mea mater?* i. e. *egone mentiar* et *ut mentiar*. Terent. Andr. 1, 5, 28. *eine ego ut advorser?* Phorm. 2, 1, 74. Cic. Tusc. 2, 18, 42. *egone ut te interpellem?* ubi Goerenzius male censuit seiungendum esse *egone* a ceteris verbis. p Sest. 7, 17. *hoccine ut ego appellem nomine?* Liv. 5, 24, 10. *victamne ut quisquam victrici patriae praeferret?* Horat. Sat. 1, 1, 108. *nemone ut avarus se probet, ac potius laudet diversa sequentis?* In quibus verbis explicandis plurimi, etiam doctissimi viri errarunt. Sententia est: quomodo fieri potest, ut nemo se probet avarus? i. e. avaritiae caussa, quum sit avarus. Sed interrogatio est, cui respondere debebit: *Nemo.* Alia vide apud Drakenb. ad Liv. 4, 2, 12.

Cic. Brut. 50, 186. *de populo si quem ita rogavisses: quis est in hac civitate eloquentissimus? in Antonio et Crasso aut dubitaret, aut hunc alius, illum alius diceret. Nemone Philippum, tam suavem oratorem, tam gravem, tam facetum, his anteferret, quem nosmet ipsi — proximum illis fuisse diximus? Nemo profecto.* In palatino codice quum reperisset *nemo ut Ph.*, Ernestius coniecit *nemone ut Ph.*, quod non erat absurdum, ut Bernhardio nuper visum est. Redde *wie sollte es möglich seyn, dafs Niemand* etc. Sed duplex est interrogatio, ut responderi possit *nemo.*

Horat. Sat. 2, 5, 18. *utne tegam spurco Damae latus?*

13. De formulis *itane? itane vero* vide Tom. 3. p. 495. Verbum *egone*, de quo Goerenzius ad Cic. de leg. 1, 4, 14. disputavit, nihil habet, quo ab universo

usu recedat, nisi quod in colloquio plerumque aliam rogationem excipit. Quare intelligitur idem verbum, quod ante dictum erat. Exprimitur vel admiratio vel indignatio.

Terent. Heaut. 3, 3, 46. *quid nunc facere cogitas? SY. Egone?* Cic. de Leg. 2, 13, 32. *hac tu de re, quaero, quid sentias? M. Egone? Divinationem esse censeo.* de Nat. d. 3, 3, 8. *dic igitur, quid requiras? Egone? primum illud* etc. Acad. 2, 39, 123. *quid tu, Epicure? loquere: putas esse solem tantulum? Egone? vos quidem tantum?* i. e. ex me hoc quaeritis? de Fin. 3, 3, 11. *de quibus cupio scire, quid sentias. Egone? inquit, quid sentiam?* Extrema haec verba ut abiiciamus, nulla est caussa.

Plaut. Most. 3, 1, 29. *quid nunc faciendum censes? TR. Egon? quid censeam?* 3, 1, 103. *dic te daturum, ut abeat. TH. Egon dicam dare? TR. Dic. TH. Egone?* Asin. 4, 2, 1. *egon haec patiar?* Merc. 2, 2, 45. *nunc tu me, credo, castigare cogitas. LY. Egon te?*

Senec. Med. 893. *egon ut recedam?* 929. *egon ut meorum liberum ac prolis meae fundam cruorem?*

14. Vix operae pretium est refutare eorum opinionem, qui, ubi interrogationem non addita particula formatam viderunt, *ne* omissum censuerunt. Vide Cortium ad Lucan. 5, 569. 1, 366. Goerenz. ad Cic. de Fin. 1, 8, 28. 2, 26, 83. Bene observavit Zumptius in notis ad Cic. Verrin. p. 783. et p. 938. ubi ab initio *ne* dictum sit, id non iterum addi in reliquis sententiae partibus. Vide Cic. in Verr. 5, 58, 148. 47, 123. 60, 157. Sed ad adiiciendam encliticam non omnia vocabula Latinis apta videbantur. Nam ut sonum redderent suaviorem, in quibusdam inseruerunt literam *i* atque dixerunt *luciine, isticine*, de quibus vide Tom. 3. p. 83. et 462. Numquam adhaeret *ne* praepositionibus, quae una syllaba constant: unde *in nostrune potestate* Cic. de Fin. 2, 32, 104. *ad corpusne refers?* 2, 33, 107. numquam pronominibus encliticis. Vide Wunder. ad Cic. p. Planc. 31, 75. p. 190.

II. 1. De interrogatione, quae duabus partibus constat, et per *ne* et *an* designatur, diximus Tom. 1. p. 334. et 337. In ea *ne* et ipsam dubitationem significat et occupatam vel aientis vel negantis sententiam. Herzogius ad Sallust. Cat. 52, 10. monuit, quando prius

membrum posteriori opponeretur maiore vi, necessarium esse *ne:* nec male, quandoquidem in obliqua oratione aequalia componuntur, veluti apud Horat. Carm. 2, 3, 21. *divesne prisco natus ab Inacho nil interest, an pauper et infima de gente sub divo moreris.* Equidem tamen caussam graviorem video in diversa significatione positam, qua efficitur, ut etiam in interrogatione unius membri particula vel adiiciatur vel non adiiciatur. Itaque in illa compositione verborum modo altera pars prior ad affirmationem flectit, modo altera posterior: utrumque indicat particula *ne.*

Terent. Phorm. 5, 6, 12. *sed isne est, quem quaero, an non? Ipsus.* i. e. *ist denn nicht?* Plaut, Pseud. 1, 3, 23. *licetne, obsecro, vivere, an non licet?* Cic. ad Att. 12, 24. *quaero, quod illi opus erit Athenis, permutarine possit, an ipsi ferendum sit.* 12, 24. *velim me certiorem facias, P. Crassus, Venuleiae filius, vivone P. Crasso consulari, patre suo, mortuus sit, ut ego meminisse videor, an post.* de Fin. 2, 32, 103. *quodsi dies notandus fuit, eumne potius, quo natus, an eum, quo sapiens factus est.*

Cic. de Fin. 2, 33, 107. *sed ea, quae dixi, ad corpusne refers? an est aliquid, quod te sua sponte delectet?* i. e. an est potius. 2, 19, 60. *satisne ergo pudori consulat, si quis sine teste libidini parcat, an est aliquid per se ipsum flagitiosum?* ubi Bremius et Goerenzius.

2. Alia est forma, in qua *ne* non priorem partem interrogationis constituere videtur, sed alteram. Sed a grammaticis non satis cautum est, ne specie fallamur. Primum enim numquam dicitur *utrum — ne, num — ne, an — ne.* Deinde in altero membro interrogationis *ne* obvium est tantum in formis *anne* et *necne.* De *anne* dixi Tom. 1. p. 356. de *necne* p. 340. In interrogatione recta non poni *necne* p. 341. monui: sunt tamen exempla, sed rara. Per *ne* in *necne* comprehenditur utraque pars enuntiationis, quae una est, quasi cogitemus: sitne res et non sit, hoc incertum est. Nec mirum videri potest, cur duplex negatio in *necne* coniuncta non affirmet. In priori parte non praecedit particula interrogandi, et in paucis illis locis, qui habent *ne — necne,* non abundantiam sermonis video, sed illam solutam orationem, de qua n. 4. exponam. Num recte componantur *an — necne,* non sine caussa dubitamus.

Cornel. Iphic. 3, 4. *in quum interrogaretur, utrum pluris pa-*

trem matremne faceret, matrem, inquit. Ita unus codex Danielis, reliqui *matremve*: quod verum est. vide n. 4.

Vt *necne* in oratione recta poni demonstrent, afferunt Cic. Tusc. 3, 18, 41. *sunt haec tua verba, necne?* Sed illud *necne* ab eo adiectum putemus, qui hoc vocabulo indicari voluit interrogationem. Lucret. 3, 713. *semina praeterea linquuntur necne animai corpore in exanimo?*

Cic. p. Rosc. Com. 17, 52. *quaero enim, potueritne Roscius ex societate suam partem petere, necne?* Restituerunt apud Plautum Capt. 2, 2, 33. *nunc vivatne necne, id Orcum scire oportet scilicet.* 3, 5, 53. *cogitato — emittaresne necne eum servum manu.*

Quintil. 7, 3, 30. *si quaeratur, an amatorium venenum sit necne: quia venenum amatorium non sit.* Iam Spaldingius suspicatur *an* falsum et a librariis insertum esse. De loco Cic. in Catil. 2, 6, 12. vd. T. 1. p. 309.

Terent. Heaut. 1, 1, 43. *nunc habeam necne, incertumst.* Cic. ad Fam. 2, 17, 5. *Parthi transierint necne, praeter te video dubitare neminem.* in Verr. 1, 45, 117. *quid ergo interest, proferantur necne?* de Leg. 1, 21, 54. Orat. Part. 18, 62. Cels. 5, 28, 12.

Verbum in secunda parte apponitur: Cic. de Nat. d. 1, 14, 37. *qui — dubitet, omnino deus animans, necne sit.* Idem verbum iterum ponitur: Cic. Tusc. 2, 12, 29. *hoc doce, doleam necne doleam, nihil interesse.* de Fin. 4, 25, 69. de Nat. d. 1, 22, 61. Vide scriptores, quos laudavi T. 1. p. 341.

3. Multum est a viris doctis disputatum de usu duplicis *ne*, quod alii dicebant poni pro *ne — an*, alii negabant omnino admitti posse, ideoque in *ve* mutandum esse. Schellius in notis ad Horat. Art. poet. p. 110. opinabatur aut duplicem particulam *ve* componi, aut *ne* cum *ve* disiunctiva. Quod, si sententia ferat, fieri posse nemo negabit. At nullo pacto dici potest *ne — ve* in opponendis duabus rebus, neque, quod Bachius ad Tibull. 4, 5, 20. ait, *ne — ne* pro *utrum — ne:* sed ubi poetae et in concitato sermone etiam oratores ita loquuntur, solutam orationem exhibent, sicuti nos dicimus *ob gut, ob böse.* Codices parvam in hac re habent auctoritatem: nam in multis litterae *n* et *u* ita sunt scriptae, ut vix distingui possint. Id vero, quod rationem huius dictionis declarat, exemplis monstratur, utramque partem enuntiationum pendere ex uno verbo. Ceterum hic usus pertinet ad sententias, quibus aut dubiae res comparantur, aut de discrimine rerum quaeritur. Poetae ita loquuntur, ut intelligi debeat, *nescio* vel *dubium est.*

Terent. Hec. 4, 4, 42. *vosmet videte iam, Lache et Pamphile, remissan opus sit vobis, reductan domum.* Horat. Art. p. 118. *intererit multum, divusne loquatur an heros, — mercatorne vagus cultorne virentis agelli.* Virgil. Aen. 5, 95. *incertus, geniumne loci, famulumne parentis esse putet.* Ovid. Met. 13, 912. *monstrumne deusne ille sit ignorans.* Tibull. 4, 5, 20. *quid refert clamne palamne roget?* Ovid. Met. 15, 503. *indiciine metu magis offensane repulsae, arguit.* 8, 256. Quod Marklandus in Statii Silv. 4, 4, 21. coniecit, confirmant codices. Virgil. Aen. 11, 126. 1, 308. 5, 702. 5, 95.

Virgil. Aen. 12, 820. *incertum — quis tantam Rutulis laudem casusne deusne attulerit.* Sed 9, 211. *si quis in adversum rapiat, casusve deusve, te superesse velim.* Wagnerus, intelligens hostium aliquem, dicit esse triplicem interrogationem: at hoc vehementer displicet. Sed illud *ne* ab hoc *ve* non differt, nisi maiori dictionis vigore.

Caes. Bell. gall. 7, 14. *neque interesse, ipsosne interficiant, impedimentisne exuant, quibus amissis bellum geri non possit.* Hoc ab usu scriptorum abhorrere quum vidissent, Herzogius putabat ex vulgi sermone negligentiore esse sumptum, ut ipsum illud significaretur, non multum interesse: Lippertus autem existimabat per duplex *ne* distinctius declarari aequalem rerum conditionem. Atqui in antiquis exemplis duplex *ne* legisse se testari videntur et graecus interpres et Petrarcha. Miramur autem, unum Caesarem in his poetarum morem esse imitatum.

4. Sed ipsum *ne* alteri nomini appositum dubitationis esse signum, docent cum Heusingero grammatici ene omnes, atque id ita accipiunt, quasi *utrum* vel *num* ı priori nomine omissum sit. Vid. Heusinger. ad Cornel. Iphicr. 3, 4. Ochsner. in Eclog. p. 59. At nullo acto *ne* potest pro *an* dici. Poterant in dubia sententia uo nomina per *ve* disiungi: sed in vulgari colloquendi su soluta erat forma, qua unum *ne* dicebatur loco dulicis. Eam etiám poetae adhibuerunt: oratores vel ra- o vel numquam. Certe apud Ciceronem nullus exstat ocus, in quo non *ve* librorum auctoritate confirmetur. Quod vero poetis placuit, id etiam Livius et qui post um scripserunt, imitati sunt, nec negari poterit, illum , 32, 3. scripsisse: *Etrusci diem primum consultando, naturarent traherentne bellum, traduxerunt:* quod st *maturarentne, traherentne, ob sie den Krieg beschleunigen, ob verzögern sollten.* Sed etiam in his

locis plerumque dubitationem nobis iniicit varietas librorum. Vd. Drakenb. ad Liv. 5, 28, 5.

Apud Ciceronem non sine auctoritate codicum est scribendum Tusc. 1, 25, 60. *non est certe nec cordis, nec sanguinis, nec cerebri, nec atomorum, anima sit ignisve. Nescio, nec me pudet.* Phil. 2, 16, 41. *et quidem vide, quam te amarit is, qui albus aterve fueris ignorans fratris filium praeteriit.* Orat. 32, 115. *qua ratione verum falsumve sit, iudicetur.* de Fin. 5, 29, 87. *vere falsove, quaereretur.* 4, 25, 69. *si nihil interesse nostra putemus, valeamus aegrive simus.* Acad. 2, 11, 34. *quum sit incertum, vere inaniterve moveatur.* Ochsnerus temere suspicatus est scribendum esse *inaniterne.* Quae quum omnia codicibus vindicentur, non dubito, quin etiam de Fin. 2, 12, 38. scribendum sit: *quod eo liquidius faciet, si perspexerit, rerum inter eas verborumve sit controversia.*

Liv. 5, 28, 5. *adeo ut in incerto fuerit, — vicissent victine essent.* 2, 40, 13. *hinc ex certamine, Volsci Aequine imperatorem coniuncto exercitui darent, seditio, deinde atrox proelium ortum.* 1, 46, 3. 2, 40, 5. sed etiam in his non omnes libri consentiunt.

Horat. Sat. 1, 2, 63. *quid interest in matrona, ancilla peccesne togata.* Quo loco defendas poetae licentiam in 1, 8, 2. *incertus, scamnum faceretne Priapum.* Cf. praeter Heindorfium Krügeri librum de Attractione p. 66. 1, 2, 70. *tuo vitio rerumne labores nil referre putas?*

III. Antea demonstravimus, quomodo ex adverbio *ne* facta sit coniunctio. Eadem ratione etiam dubitativum *ne*, quod encliticum erat, in coniungendis enuntiationibus adhibebatur, ut dubiam notionem exprimeret. Tum maiori cum vi etiam longam recepit syllabam.

1. *Videre*, pro *cavere, curare* dictum, quomodo cum *ne* componatur, exposui p. 41. Sed diversus est usus, quo iisdem verbis aliquis dicitur de aliqua re dubitare atque sciscitari, praesertim ut opinionem de contrario occupatam confirmet. Sic fit, ut *vide ne* idem fere exprimat, quod *vereor ne.* Quare non modo librarii, sed etiam Lambinus aliique critici verba *videndum est* ubique mutarunt in *verendum est.* Alii permulti grammatici ipsum usum observarunt, pauci tamen de ratione huius dictionis quaesiverunt. Ex illis nominandi sunt Schottus Nod. Cic. 2, 8. Manutius ad

ic. Epist. ad Fam. 16, 26. Ernestius ad Cic. Epist. ad Att. 3, 6. Vorstius de Latin. merito susp. p. 242. Cortius ad ic. Epist. fam. 14, 14, 2. Santenius ad Terent. Maur. . 263. illud *ne* subtilius quam verius explicuit verbis *ix est ut non.* Sed usu bene perspecto Orellius ad Cic. usc. p. 383. in verbis *vide ne* urbanam quamdam moestiam cognovit, qua Latini, sicuti in *haud scio*, suam ententiam cohibere et id quod placitum esset, leniter ffari consueverint. Prae ceteris vero eam sententiam, uam quasi absurdam ab omnibus reiici video, probanam et restituendam puto. Guilielmus enim, doctus le comicorum interpres, recte affirmavit, *ne* esse interrogativum antiquo more transpositum. Atque re vea *ne* dubitativum, quod in interrogationibus adverbium nclíticum est factum, in coniungendis sententiis, quae ubitationem exprimunt, etiam coniunctionis praestat fficium. Quod Cato de Re r. 1, 4. dixit: *videto, vasa orcula et dolia multane sient*, dici etiam poterat *videto, ne multa sint.* Nam *ne*, quod alias reddi debet er *daſs nicht*, significat etiam *ob nicht.* Latini *vide e* duplici modo loquebantur, altero curandi et cavendi, ltero dubitandi et sciscitandi. Sed negationis vis non lia est, quam quae in interrogationibus dubiam rem ndicat: unde fit, ut nos reddendo eam omittamus atque dicamus *ob.* Et quum *vide ut* non diceretur, nisi n adhortatione et de re curanda, ubi in illa dubia dictione aliquid erat negandum, factum est *vide me non.* Hac vero, quam exposui, ratione per *ne* coniunguntur erba quaestionis, experientiae, dubitationis, scientiae.

Liv. 40, 49, 6. *primum quaesivit ab eo, ne sibi liceret ac suis vivere.* Vbi omnes criticorum suspiciones fuerunt inanes, nec quidquam obstat, quo minus Thurrus ita ex Graccho quaerat. Quintil. 11, 2, 35. *in experiendo teneasne et maior intentio est et nihil supervacui temporis perit.* Columell. 8, 5, 17. *singuli tentandi, ne quid hesterni habeant in gutture.*

Curt. 7, 11, 21. *sed ne falleretur acies, dubitare cogebat varietas coeli.*

Plaut. Most. 3, 2, 162. *videam ne canis.* intelligo *adsit.* Cato de Re r. 1, 5. *videto, quam minimi instrumenti sumptuosusque ager ne siet.* Cic. p. Cluent. 35, 97. *iam ista divinatio est: qua si uti licet, vide, ne mea coniectura multo sit verior.* ad Fam. 14, 14, 2. *reliquum est, quod ipsae optime considerabitis, vestri similes feminae sintne Romae. Si enim non sunt, viden-*

dum est, ut honeste vos esse possitis. 4, 9, 13. *denique si fuit magni animi, non isse supplicem victori, vide, ne superbi sit, adspernari eiusdem liberalitatem.* Tusc. 5, 15, 45. *videamus, ne, ut aeservus ex sui generis gravis, sic beata vita ex sui similibus partibus effici debeat.* Liv. 35, 6, 4. *etiam atque etiam viderent, ne magis e re publica esset interregnum iniri, quam ab se in eo statu relinqui provinciam.* Cf. Heusinger. ad Cic. Off. 1, 9.

Plaut. Capt. 1, 2, 24. *visam, ne nocte hac quippiam turbaverint.* Aul. Prol. 39. *credo, aurum inspicere volt, ne surreptum siet.* Varro de Re r. 2, 9, 16. *quum circumspiceret Atticus, ne quid praeterisset* etc.

Cic. ad Fam. 14, 18, 4. *vos videte, quid aliae faciant isto loco feminae, et ne, quum velitis exire, non liceat.* ad Att. 12, 18. *tibi ad me venire ut ostendis, vide, ne non sit facile: est enim longum iter.* Paullus in Digest. 45, 1, 4, 1. *sed videamus, ne non idem hic sit, sed magis idem, quod in illa stipulatione, Titium heredemque eius ratum habiturum.*

2. Hic modus transfertur ad verba nesciendi, ubi nos Germani dicimus *ob.* De *ne* post *haud scio* et *nescio* iam Tom. 1. p. 313. dictum est.

Plaut. Pseud. 1, 2, 71. *nimis sum stultus, nimium fui indoctus, ne illi audeant id facere.*

IV. Superest, ut de externa forma particulae exponamus. Sosip. Charisius p. 202. *ne acuto accentu imperativa, ut ne fac. Quotiens vero gravi accentu pro eo, quod est apud Graecos ἵνα μή, accipitur, optativa recipit, ut apud Horatium ne facias quod Vmidius. Nonnumquam autem, etiamsi acuto accentu efferatur, optativa quoque recipit, ut ne facias, ne scribas: sed interest inter hoc et illud, quod diximus, ne fac, quod hoc imperamus, superius suademus.* Eadem Diomedes p. 388. Ex his colligimus, loquentes negationis vim vel maiorem vel minorem accentu et vocis intentione designasse. Syllaba tamen semper pronuntiabatur longa. Enclitica vero tam brevis erat, ut adeo omitteret vocalem, non modo ad tollendum hiatum, si quod nomen sequeretur a vocali incipiens, sed etiam ante consonantem. Grammatici veteres docuerunt, apponi debere apostrophum. Diomedes p. 430. Priscianus p. 1287. Donatus p. 1742. Max. Victor. p. 1944. Nec tamen exposuerunt, utrum ea tantum ante consonantem, an ubique esset ponenda.

Nec in libris scriptis apparet apostrophi signum (vide Wagner. ad Virgil. Aen. 6, 780.): quo veteres scriptores non videntur usi esse. Comici fere ubique ita loquuti sunt, et poetae reliqui saepe etiam: nec dubitari potest, quin prosaici scriptores in quibusdam allocutionis formulis etiam hunc vulgarem usum admiserint. Sed cum comicis etiam alii poetae in verborum formis, quae literam *s* habent, ipsam hanc eliserunt, adeoque vocalem longam corripuerunt. Vide Servium ad Virgil. Aen. 6, 780. Formulae erant *vin*, de quo p. 82. *soin*, *sin*, de quo Manut. ad Cic. Epist. 9, 21. *viden*, *iuben*. Nemo vero adstipulatus est Heynio, qui opinabatur, illud esse natum esse ex *an*.

Plaut. Asin. 2, 4, 18. *iussin*, *scelestе?* Trin. 1, 2, 87. *emistin de adolescente has aedes?*

Terent. Eun. 3, 5, 25. *pro eunuchon?* Andr. 3, 2, 17. *credon tibi hoc nunc?*

Terent. Eun. 4, 4, 7. *haben hominem?* 5, 2, 22. *abin hinc?* Plaut. Truc. 2, 8, 1. *datin solcas?* Ante consonas saepe *egone?* vide p. 84.

Virgil. Aen. 10, 668. *tanton me crimine dignum duxisti?* 8, 319. *Pyrrhin connubia servas?* Persius 1, 2. *min tu istud ais?* 1, 22. *tun*, *vetule*, *auriculis alienis colligis escas?* Horat. Sat. 1, 20, 78. *mene moveat cimex Pantilius?*

Horat. Sat. 1, 9, 69. *vin tu?* Pers. 6, 63. Plaut. Poen. 5, 2, 155. *vin eam videre?* Terent. Ad. 4, 2, 42. *scin Cratini huius ditis aedes?* Plaut. Aul. 3, 62. *ain? audivisti?* Terent. Eun. 2, 2, 10. *viden me?* Virgil. Aen. 6, 780. *viden ut* etc.?

Livium *satin* pro *satisne* saepe dixisse exemplis monstrat Drakenb. ad 1, 39, 3. An vero etiam *viden* scripserit, ob librorum discrepantium dubium est. De *ain* apud Livium quidem ambigua est quaestio: vide criticos ad 10, 25, 6. sed Cic. de Leg. 3, 6, 14. *ain tandem?*

NEC. NEQVE.

Etiam in lingua latina inveniuntur vocabula, quae diversae originis vel ob similitudinem formae, vel ob significationis cognationem non modo usu, sed etiam praeceptis grammaticorum confusa sunt. Cuius generis est *nec*, quod ex *neque* factum dicunt abrupta syllaba, ut *ac* ex *atque*. Neque desunt dictiones, in quibus

ipsi Latini *nec* pro *neque* accipiebant, eique vim, quae particulae *que* propria est, tribuebant. Quare nos oportebit et usum ab origine distinguere et ea observare, in quibus primaria notio non exstincta, sed obscurata esse videatur.

Ne, quod, ut demonstravimus, maiori cum vi negat, et idem est quod μή, assumsit litteram *c* non modo ad corroborandam vocem, aut ad evitandum hiatum, sed cum significationis incremento. Est enim illud demonstrativum *ce*, quod etiam in *illic*, *sic*, *tunc*, *nunc* apparet: neque potest graecum οὐκ comparari, quod in οὐ amittit litteram primitivam, veluti *ex* in *e*, neque μηκέτι, quod ex verbis μὴ οὐκέτι contractis natum esse non sine veritatis specie opinatur Buttmannus. Etenim ea, quae cum aliis grammaticis etiam Hartungius p. 90. Tom. 2. ad explicandam litteram *c* affert, vocabula *sicubi*, *alicubi*, alieni sunt generis: illud ex *si quo ubi*, hoc ex *aliquo ubi* factum. Sed Latini gradationem statuerunt in negationibus multiplicem. Nam *ne* gravior est quam *non*, *nec* etiam gravior quam *ne*, gravissima *ne — quidem*, *nequaquam*. Atque eadem ratione, qua *nec* formatur, demonstrativam particulam Graeci adhibere solebant ad intendendam negationem: dicebant enim οὐδέ, in quo δέ eiusdem est originis, cui germanica vocabula *da*, *der*, aliaque debentur: nec temere verba *nec opinans* comparata sunt cum οὐδ' οἰόμενος apud Xenophontem Mem. Socr. 3, 5, 24.: nec frustra disceptabimus, utrum apud Catullum scribendum sit *nec-funera* an *ne-funera*: utrumque bene se habet: sed iusta de caussa Schneidero et Doederlino assentiemur, qui *nego* et *neco* ob unam origine vocabuli *nec* derivarunt.

Aliud nomen est *neque* ex *ne* et *que* factum. *Que* autem cum *quis* cognatum, non modo copulat, sed etiam per eam, quae ei innata est, relativam naturam aequationi inservit, uti vidimus in *itaque*. Quare *neque* significat modo *et ne* sive *et non*, modo *etiam non*.

Habemus igitur duas formas, alteram demonstrativam *nec*, alteram relativam *neque*, quae quamquam in multis propriam sibi vindicant significationem, tamen non modo propter formae similitudinem, sed ob ipsam cognationem facile poterant inter se commutari,

et saepe a scriptoribus etiam commutata sunt. Quare grammatici plurimi tantum ad formam respexerunt atque docuerunt, ante vocalem *neque*, ante consonantem *nec* poni: alii vero magis caute, *nec* non poni ante vocalem. Ita Hermann. in praef. ad Plauti Trinum. p. 14. repugnante Hennickio in Ephemerid. Ienens. 1805. T. 3. p. 579. Obbarius in Iahnii Annal. Supplem. T. 1. p. 402. Alii poetarum interpretes in varietate formarum elegantiam quamdam cognovisse sibi visi sunt. Cf. Bachius ad Eleg. rom. p. 94. Post Lachmannum, qui dixit de hac re ad Propert. 5, 5. 50. Wagnerus in Quaest. Virgil. 32. p. 525. magna cum diligentia et ingenii sagacitate usum Virgilii et Ciceronis in libris rei publicae investigavit atque praecepta confecit haec: *nec* fortius et gravius esse, *neque* mollius et lenius: *neque* similius esse germanico *und nicht*, *auch nicht*, *nec* magis respondere vocabulo *noch:* et quum sonus particulae durior sequente vocali gravius ad aures accideret, praelatam esse ante vocalem molliorem formam *neque*, quae ante consonam posita etiam orationem redderet leniorem: saepe tamen, ubi res ferret, aut soni suavioris causa eam formam admissam esse, quae orationi non conveniret, aut sententiae gratia, quae numerorum elegantiae non plane congrueret: denique exponit apud Ciceronem illam rationem vocalium et consonarum parum aut nihil valere, sed omne discrimen in vi ac significatione positum esse: in geminanda particula maiorem vim exprimi per *nec*, quam per *neque*, cui in altera parte saepissime opponatur *nec:* hinc *nec — nec* respondere graecis οὔτε — οὔτε: contra ubi *non* aut alia lenior negatio praecedat, semper poni *neque* vocali sequente, in graviori argumento etiam ante vocalem *nec:* ubi vero *nec* in enuntiati principio collocatum adiungendi vim habeat, ibi pro altero *nec* scribi etiam *neque*. In his admodum subtiliter disputatis duae sunt res, quae me offendunt. Primum enim gravior illa et haec lenior vis non ex natura particulae deducitur, nec ex sententiarum ratione colligitur, sed, quum adsint particulae, sententiis attribuitur: quare omnia posita sunt in praesumpta opinione, per *nec* graviorem exprimi negationem, quae ipsa erat constituenda argumentis. Deinde Wagnerus, ut demonstraret graviorem illam vim, attulit exempla, in quibus per *nec — sed* res opponuntur. At

vero tantum abest, ut vis negationis hac oppositione augeatur, ut saepe adeo minuatur, atque *nec* accipi possit pro *nicht etwa* vel *auch nicht*. Cic. ad Fam. 9, 24, 9. *nec id ad voluptatem refero, sed ad communitatem vitae atque victus*. Manet tamen in iis ipsis oppositionis vis per *nec* expressa.

Nos tenemus unum hoc, quod in ipsa particularum natura situm est, *nec* esse demonstrativi generis, *neque* relativi. Inde vero efficitur, ut *nec* ad ea, quae sequuntur, referatur, *neque* ad ea, quae antecedunt, atque ita quidem, ut in *neque* vis copulandi, in *nec* ipsa negatio plus valeat. Et quum in quacumque negatione id maxime spectari possit, quod contrarium est, in *nec* habemus, quo oppositionem distinctius significemus. Saepe tamen per *nec* continuatur oratio ita, ut officio particulae *neque* fungatur: et quum utrumque genus illud etiam in aliis nominibus commutetur, fieri poterat, ut relativa forma pro demonstrativa poneretur, quemadmodum *qui* pro *hic*, *quamquam* pro *tamen* dicuntur. Atque non pauca sunt, quae hac ratione explicari possunt in usu harum particularum. Intelligitur enim, quapropter maiorem vim exprimat *nec*, quod signum in se habet demonstrationis, et cur *neque* non ponatur pro *non* aut pro *ne — quidem*, et quomodo dicatur *nec non*, *nec minus*, et qua de caussa *neque* non coniungatur cum imperativo aut coniunctivo in iussis. Intelligitur in oppositis, veluti in *nec — sed*, *nec — tamen*, spectari ipsam rerum oppositionem, sed ubi *neque* scribitur, cum antecedentibus ea, quae dicuntur, necti. A poetis *nec* post primum vocabulum collocatur, numquam *neque*, et *nec* in compositis verbis, ubi copula requiritur, non mutatur in *neque*: nam non dicitur *neque opina*, sed *necopinaque* (cf. Zinserling. Crit. iuven. p. 75.). Intelligitur, cur scriptores ibi, ubi negatio cum aliqua vi cuidam vocabulo additur, ut bene observavit Wagnerus, *nec* ponere soleant. Nimirum omnibus his convenit demonstrativa particula. Relativa autem forma, ab initio sententiae collocata, eo differt, quod ex antecedentibus pendet et copulandi vim in se habet: ubi duplex in media oratione ponitur, ratio non alia est quam in *qua — qua*, *et — et*. *Nec vero*, quod per se dicitur, fit *neque vero*, ubi sententia cum antecedente oratione nectitur et sensus est *et vero non*. Haec

omnia a scriptoribus, qui maiorem curam orationi adhibebant, prudenter erant perspecta: qui autem negligentius loquebantur, vulgarem usum diversa miscentem sequuti sunt. Recentior aetas denique omne discrimen horum verborum sustulit. Ceterum poetas etiam in his particulis numeros et sonorum concentum maxime curasse nemo negabit. Quare haud male Cortius ad Lucan. 1, 228. observavit, in duobus pedibus hexametri primis, si liceat, unum modo dactylum poni. Wagnerus autem demonstrat in thesi primae sedis tantum non ubique inveniri *neque*, in tertia sede *nec*, nisi vocalis sequatur, in quarta sede saepius *nec* quam *neque*: praeterea *neque* post se habere nomen a vocali incipiens, sed *nec* ante vocalem poni ob gravitatem sententiae.

Herzogius ad Caes. Bell. civ. 1, 11. 1, 50. 2, 41. haec meis verbis prorsus contraria praecipit: *neque* esse disiunctivum et respondere graeco *οὐδὲ* et referri ad aliquid oppositum: *nec* esse coniunctivum, quo aliquid addatur atque aequiparetur. Quae omnia inter se conciliari vix possunt. Vnde enim in *nec* coniunctiva vis, quae in *neque* ab origine constat? quo modo comparetur *nec* cum *οὐδὲ*, quum satis demonstratum sit τε et *que* cognata esse? Miror etiam Obbarium in Iahnii Annal. Supplem. T. 1. p. 463. dubitare, an *οὐδὲ* et *neque* fortiora verba, *οὔτε* et *nec* leniora sint.

Ne quid praetereamus, Grotefendus in Gramm. 146. *nec* ex contracto vocabulo *neque* eo modo ortum esse existimavit, quo *nunc*, *tunc* pro *numque*, *tunque* diceretur. Heinrichius in Cic. Orat. part. inedit. p. 111. „sic (quoniam *que* pronuntiabatur ut *ce*. i. e. *ke*) sequitur, perparum differre inter *neque*, si recte pronuntiatur, et *nec*: immo certe nihil, si ante vocalem eliditur *e*, ut vanescat prope regula, qua *nec* ante vocalem numquam positum volunt, et quaedam etiam rursus sint abrogandae legum illarum, quas nuper scripsit Carol. Geloander ad Propertium p. 365. Mihi omnino non quaerendum videtur, ante vocalem quid poni oporteat: de cetero autem unice audiendus Bentleius ad Horat. 3, 11, 43. Ne offendor quidem, quum per codices in eodem scriptore lego *neque enim* et *nec enim*, ut in Iuvenale 1, 89. et 11, 80.“ Goerenzius ad Cic. de Fin. p. 534. regulam nescio cuius auctoris commemorat, qua *nec* ante vocalem poni debere olim decretum sit. Contrariam sententiam defendit Eckstеinius ad Taciti Dial. 31. p. 350. Bentleius ad Horatii carm. modo dictum: „illud animadverte varietatis hic gratiam quaesivisse nostrum, et quoties liber erat

a metri necessitate, *nec — neque*, vel *neque — nec*, non bis eamdem particulam *nec — nec* aut *neque — neque* posuisse. Lachmannus ad Propert. p. 365. monet Virgilium et Propertium semper ante vocalem posuisse *neque*, praeter eos locos, in quibus leguntur verba *equi*, *aquosus*, *exanimes*, *homos*: tamen has regulas non applicari posse poetis Augusto recentioribus.

Librarii non minus quam ii, qui editiones curarunt, mutandi cupiditate vel negligentia omnem hanc quaestionem turbaverunt. Pauci sunt libri, in quibus non variae scripturae certum iudicium tollunt, nec magnus est numerus earum editionum, in quibus etiam his verbis maiorem operam commodatam videmus. Wagnerus observavit a scribis saepius *neque* in *nec*, quam *nec* in *neque* mutatum esse, quum brevior forma festinationi scribendi magis conveniret. Ego potius causam quaero in commutato compendio, quo exprimi solebat *neque*. Maius ad Cic. de Rep. 3, 33. „ambiguum est in codice, utrum sit *nec* an *neque*.“

Iis, qui hanc quaestionem ad sonorum suavitatem revocare solent, cavendum est, ne ea sibi displiceant, quibus veteres ob similitudinem assonantium litterarum delectati sunt. Ita dixit Virgil. Aen. 9, 150. *nec equi*. 12, 352. *nec equis*.

Graeci, etiamsi negationis duplicem formam exprimebant, aliam consequuti sunt rationem, neque οὐδὲ et οὔτε in multis comparari possunt cum latinis vocabulis. Nam οὔτε ab οὐδὲ differt notione aequationis, quae in τε inest, et οὐδὲ negationem vel alicui rei opponit vel disiunctam coniungit, ut modo sit *aber nicht*, modo *und nicht*. Illud οὔτε autem significat *atque non*, ideoque in disiunctione duarum rerum comparandarum ponitur οὔτε — οὔτε, quasi dicas *ut hoc non — ita illud non*, hoc est *weder — noch*. Si ad originem particularum, non ad usum respicis, comparabis οὐ-δὲ cum *ne-c*, οὔ-τε cum *ne-que*.

1. *Nec* gravioris erat negationis vocabulum et usurpabatur pro *ne*, quod cum maiori vi pro *non* poni solebat. Itaque apud comicos aliosque poetas etiam medium in oratione locum obtinet, et cum singulis nominibus coniungitur, ut μή. Reliqui scriptores an certas quasdam formulas excesserint, incertum est. Sic vero *nec recte* dicebatur pro *male*, *nec opinans*, *nec opinus*. Gernhardus ad Cic. de Sen. 23, 85. quum contendit Ciceronem *nec* pro *non* numquam posuisse ante

onsonantem litteram, nescio quid statuat factum esse nte vocalem. Certe non posuit ille *neque*, quod ad unc usum non adhibitum video, nisi a recentioribus criptoribus.

Festus. *Nec legens dictus est, non legens, neque dilectum habens, quid facere debeat, omisso ratione officii sui. Nec coniunctionem grammatici fere dicunt esse disiunctivam, ut nec legit, nec scribit: quum si diligentius inspiciatur, ut fecit Sinnius Capito, intelligi possit eam positam esse ab antiquis pro non, ut et in XII est: ast ei custos nec escit: item: si adorat furto, quod nec manifestum erit, et apud Plautum in Fasmate, nec recte si illi dixeris, et Turpilium in Demetrio, nec recte dici mihi, quod iam dudum audio.* Virgil. Ecl. 9, 6. *hos illi, quod nec vortat bene, mittimus haedos.* Cicero in legibus antiquum sermonem imitantibus de Leg. 3, 4, 11. *senatori, qui nec aderit, aut caussa aut culpa esto.* 3, 3, 6. *magistratus nec obedientem et noxium civem multa — coercento.* Ciris 238. *quod nec sinit Adrastea.* quae verba non languent, nec absurda sunt, modo ne accipias *nec* pro *ne quidem.* Val. Flacc. 8, 225. *incipit idaliae numen nec spernere divae.*

Plaut. Most. 4, 4, 83. *Chrysalus mihi usque quaque loquitur nec recte, pater.* ubi in cod. palatin. adscriptum est *non.* Pseud. 4, 6, 23. *nam quanti refert te nec recte dicere.* Most. 1, 3, 83. Asin. 1, 3, 3. *nec recte quae tu in nos dicis.* Poen. 3, 1, 13. Liv. 1, 25, 10. *prius itaque, quam alter, qui nec procul aberat, consequi posset, et alterum Curiatium conficit.*

Terent. Heaut. 1, 2, 12. *ut hanc laetitiam nec opinanti primum obiicerem si domi.* Cic. de Nat. d. 1, 3, 6. *desertae disciplinae — patrocinium nec opinatum a nobis esse susceptum.* ad Fam. 15, 4, 10. *praesentibus insidiis nec opinantem liberavi.* Tusc. 3, 22, 52. *qui tum aegritudinem censent exsistere, si nec opinato quid evenerit.* Liv. 4, 27, 8. ubi permulta exempla collegit Drakenborchius. Ovid. Met. 1, 224. *nocte gravem somno nec opina perdere morte me parat.*

Iurisconsulti *res nec mancipi* Gaii Inst. 2, 18. Vlpian. Fragm. 19, 8. *nec manifestum furtum* Gaii Inst. 3, 183.

Ciris 269. *cui Parcae tribuere nec ullo vulnere laedi.* i. e. *nullo.*

Hirtius, sive qui scripsit Bellum afric. et alexandr., si integri sunt codices, mutavit propriam formam. Bell. afr. 66. *equitibus praemissis, neque opinantes insidiatores subito — levi armatura concidit.* Bell. alex. 75. 63.

In iis, quae Gernhardus affert, nonnulla sunt alieni generis: nam apud Liv. 1, 23, 2. *nec* post se habet *et*: apud Cic. de Leg. 1, 21, 56. adiicitur distinctius nomen: *at ego hac declinabam, nec invitus*: ubi etiam Goerenzius *nec invitus* cum *nec opinatus* comparavit. Neque ea, quae Drakenborchius pro scriptura *nec sustinentes* apud Livium dicit, ullo sunt argumento, nec coniectura, a Goerenzio in Cic. de Fin. 5, 10, 29. facta, erat ob consonantem reprehendenda. Apud Vellei. Pat. 2, 57. interpungenda sunt verba ita: *et libelli coniurationem nuntiantes dati, neque protinus ab eo lecti erant.* Atque ita liber Amerbach. Sed Cic. p. Sull. 10, 31. *quod quum is tribunus plebis facit, qui unus videtur ex illis ad lugendos coniuratos relictus, nec mirum est.* Garatonius haec defendit. Orellius ex scholiis ambrosian. recepit *nemini mirum est*: quod magis speciem interpolationis quam perspicuitatis prae se fert.

2. In coniungenda negativa sententia Latini negationem, quae totam enuntiationem moderatur, ab initio ponunt, eaque cum copulandi particula commissa, pro *et non* dicunt *neque* et *nec*, et illud quidem cum distinctiori nectendi vi quam hoc, quod ibi maxime locum habet, ubi negatio ad aliquod vocabulum sententiae sequentis relatum insigniter exprimitur, aut diversa opponendo coniunguntur. Poetae saepe *nec* cum tam levi vi nectendi ponunt, ut accipi possit pro *non*.

De usu verborum *et non* dictum est Tom. 2. p. 497. et 534. Zinserlingius in Critic. iuven. p. 77. „initio, inquit, haec particula et copulat et negat: post negat tantum. Tamen a poetis etiam post primum verbum ponitur non diverso sensu. Vid. Virgil. Ecl. 4, 63. Aen. 4, 365.“

Cic. de Re p. 1, 41. *denique ne reges quidem appellabant, sed patriae custodes, sed patres et deos. Nec sine caussa.* Cic. de Leg. 2, 10, 26. *patrum delubra esse in urbibus censeo: nec sequor magos Persarum.* Brut. 74, 258. *adhibenda tamquam obrussa ratio, quae mutari non potest, nec utendum pravissima consuetudinis regula.*

Catull. 30, 4. *nec facta impia fallacum hominum coelicolis placent.* Non possunt haec explicari *et non — placent*, neque cum antecedentibus cohaerent. Gratii Cyn. 507. *nec saevos miratur equos terrena Syene.*

3. Diximus Latinos dicere *et non*, ubi negatio ad unum verbum pertineat, aut ubi negationi singularis vis inhaereat. Iam vero notanda est ea ratio, qua *nec* et

arius *neque* ita ponuntur, ut negatio a copulativa, quae ubest, particula cogitatione seiungi et ad nomen aliquod ingulare referri debeat, non ad verbum: de qua re dis- eruerunt Gronov. et Drakenborch. ad Liv. 32, 10, 6. ta fit in verbis, quibus innata negatio detrahitur, atque aepe dicitur *nec ullus* pro *et nullus*, *nec quisquam* pro *et nemo*. Qua notionis separatione augescit gravitas. Sed etiam alia nomina reiiciunt negationem sibi pro- priam, etiamsi ea universam sententiam non regit. Ta- nen hic usus poetarum apud prosaicos scriptores vetu- tiores pauca habet exempla. Nunc quaeritur, quo mo- lo haec cum illis antea dictis conspirent. In *et non* traque particula seorsum obtinet plenam vim suam: ubi ec pro *et non* dicitur, attractae et coalescentis nega- ionis potestas non minuitur, sed nomen, cui addenda st negatio, simul attrahitur et grammatico vinculo ectitur.

Iustin. 11, 9, 5. *Macedonas autem nunc Europae victae ad- monet, nunc Asiae expetitae: nec inventas illis toto orbe pares vires gloriatur.* ubi Beneckius.

Ovid. Her. 12, 83. *et vidi et perii, nec notis ignibus arsi.* Art. am. 3, 77. *anguibus exuitur tenui cum pelle vetustas, nec faciunt cervos cornua iacta senes.* i. e. faciunt non senes. Columell. de Re r. 2, 10, 34. *cruum autem laetatur loco macro nec humido.* 5, 7, 1. *id desiderat arborem humilem, nec fron- dosam.*

Liv. 7, 9, 1. *insequente anno quum C. Sulpicius et Licinius Calvus consules in Hernicos exercitum duxissent, neque inventis in agro hostibus, Ferentinum urbem eorum vi cepissent.* i. e. et non inventis hostibus. Nisi participium esset pro verbo recto positum, Livius non scripsisset *neque*. Erravit autem Bur- mannus, quum huius generis locum Gratii Cyneg. 507. esse existimabat. Petron. 122, 131. *nec vaga passim flumina per no- tas ibant morientia ripas.* Gronovius bene perspexit usum verbi *mori*, sed coniunxit *et non morientia*. Sententia vero est: et flumina non ibant per notas ripas morientia. i. e. ut morerentur, ut ad exitum properarent.

Liv. 38, 25, 3. *nec ullo Gallorum ibi viso, regressus in castra esset.* 32, 10, 6. *nec Philippum ab ullis bello lacessitum, ipsum priorem vim omnibus fecisse.* Tacit. Agr. 16. *nec ullum in bar- baris saevitiae genus omisit ira et victoria.* Vt discrimen sentias, confer verba paullo post dicta: *Trebellius sequior et nullis ca- strorum experimentis, comitate quadam curandi provinciam tenuit.*

c. 40. *exceptusque brevi oculo et nullo sermone.* Ann. 2, 25. *invictos et nullis casibus superabiles Romanos praedicabant.*

Curt. 4, 2, 8. *nec accipiendo operi — quidquam magis quam ille ventus obstabat.*

4. In usu enim latinae linguae illud proprium constat, ut in conformanda oratione atque in coniungendis sententiis negatio, quae ad verbum vel ad aliud nomen pertinet, ab initio enuntiationis ponatur, et *nec* vel *neque* scribatur, ubi dicendum est *et — non.* Cf. Doctrina artis lat. scrib. p. 295. Hoc saepe fieri videtur eam ob caussam, ut qui audit statim animadvertat negativam sequi sententiam: saepe etiam, ut transitus fiat orationis, ubi in aliis linguis sententiae nullo vinculo copulantur. Terent. Phorm. 1, 2, 64. *neque eum aequom facere ait.* quod est: et ait eum non facere aequum. In coniungendis sententiis relativis, quarum altera negationem in se habet, non dicitur *et qui non* sive *quique non*, sed *neque is.* Interdum haec est caussa, quapropter *nec — ullum* et alia huius generis dicuntur. Atque hinc natae sunt multae formae, in quibus non mutatur significatio particulae, sed ratio valet, qua cum aliis particulis consocietur negativa: veluti notandus videtur ille usus, quo ad reiiciendam argumentationem praemisso *nec* interponitur conditionalis sententia et caussa adiicitur: unde exsistit compositio particularum *nec — si — idcirco*, sive *ideo*, sive *propterea.*

Vulgaris est usus, quo negatio, quae inest, ad proximum nomen, non ad verbum pertinet. Ita ex *non dubie* fit *nec dubie.* Liv. 2, 23, 14. *nec dubie ludibrio esse miserias suas.* Quintil. 2, 14, 2. *nec dubie apud Graecos quoque duplicem intellectum habet.*

Cic. de Fin. 2, 2, 5. *nam hunc ipsum sive finem, sive extremum, sive ultimum definiebas, id esse, quo omnia, quae recte fierent, referrentur, neque id ipsum usquam referretur.*

Liv. 32, 10, 6. *cui enim non apparere, ab eo, qui prior arma intulisset, iniuriam ortam? nec Philippum ab ullis bello lacessitum, ipsum priorem vim omnibus fecisse.* ubi Gronov.

Cic. de Nat. d. 3, 28, 70. *nec, si is, qui accepit, bene utitur, idcirco is, qui dedit, amice dedit.* de Off. 2, 22, 79. *nec, si plures sunt ii, quibus improbe datum est, quam illi, quibus iniuste ademptum, idcirco plus etiam valent.* de Orat. 1, 26, 118. 2, 9,

38. Cic. ad Att. 8, 11. epist. ad Magnum. Varro de Ling. lat. 9, 3.

Varro de Re r. 1, 18, 3. *nec si bis tanto ampliorem fundum, aut eo plus colas, ideo duo villici aut tres habendi fuere.* Tacit. Annal. 13, 21. Quintil. 1, 1, 21. *nec si quid discere satis non est, ideo nec necesse est.*

Cic. de Orat. 1, 50, 216. *nec, si P. Crassus idem fuit eloquens et iuris peritus, ob eam caussam inest in facultate dicendi iuris civilis scientia.*

5. Formula est usitata, qua dicitur *nec idcirco minus, nec eo minus, nec eo secius* pro *et nihilominus,* et *eque eo magis* pro *et nihilominus non.*

Cic. de Orat. 2, 35, 151. *nam orationis quidem copia videmus, ut abundent philosophi, qui — nulla dant praecepta dicendi, nec idcirco minus, quaecumque res proposita est, suscipiunt, de qua copiose et abundanter loquantur.* Sueton. Oth. 4. *quoties coena principem acciperet, aureos excubanti cohorti viritim dividebat: nec eo minus alium alia via militem demerebatur.* Vespas. 24. Liv. 41, 8, 8. *neque eo minus aut hos aut illos in delectum militum dare.* Cornel. Att. 2, 2. *neque eo secius adolescentem Marium, hostem iudicatum, iuvit opibus suis.*

Cornel. Eum. 4, 2. *ab hoc aliquot plagis Eumenes vulneratur: neque eo magis ex proelio excessit, sed acrius hostes institit.* Pausan. 3, 5. Att. 8, 5.

6. De verbis *nec minus* vide Tom. 3. p. 624. Hic ddendum est, formulam hanc in transitione saepe surpari etiam a poetis. Vide Wagnerum ad Virgil. cl. 1, 57. p. 72. qui multa affert exempla verborum *ec minus* et *nec minus interea.* Recentioris aevi criptores *nec minus* quasi unum nomen pro *et* dixerunt.

Columell. 7, 12, 9. *quoniam et ad rixam, et ad pugnam, nec minus ad cursum comparatur.* 3, 7, 2. *proposuimus docere vineas eiusmodi conserere, quae nec minus uberes fructus praedictis generibus afferant, et sint pretiosi saporis.*

Sallust. Iug. 98, 4. *ipse paullatim dispersos milites, neque minus hostibus conturbatis, in unum contrahit.*

7. In recta rerum vel verborum oppositione, in qua er negativam enuntiationem notio ea, quae antecedit, on modo ex contraria notione definitur, sed orationi umen et vis affertur, Latini abstinent a copula, et di-

cunt *non*. Vbi vero *neque* ponitur, non est haec directa oppositio et intercedente copula etiam oratio minus gravis. Tamen inveniuntur loci, in quibus quum utraque pars sententiae ad unum verbum referatur, etiam *nec* pro *non* positum videtur: per *neque* vim orationis infringi et elegantia destitui nemo negabit.

Cic. p. Arch. 1, 1, 2. *ac ne quis a nobis hoc ita dici forte miretur, quod alia quaedam in hoc facultas sit ingenii, neque haec dicendi ratio aut disciplina, ne nos quidem huicce uni studio penitus umquam dediti fuimus.* Plurimis interpretibus id suspectum erat: alii mutarunt, alii inconsiderate defenderunt. Quae Matthiae confert exempla de Orat. 2, 84, 146. et 3, 31, 123., in se habent quamdam deductionem, nec illum usum comprobant. Si adesset alterum verbum, *neque* accipi posset pro *neque tamen*. Sallust. Cat. 24, 3. *ubi aetas tantummodo quaestui, neque luxuriae modum fecerat.*

Quintil. 10, 2, 8. *ac si omnia percenseas, nulla sit ars, qualis inventa est: nec intra initium stetit, nisi forte nostra potissimum tempora damnamus huius infelicitatis, ut nunc demum nihil crescat.* Ita est interpungendum: *nec* significat *und wirklich nicht.*

8. Demonstrandi, quae in *nec* inest, potestas manifesto apparet in iis locis, in quibus oratio ad aliud quid procedit, quod praeterea sit concedendum. Conf. n. 10.

Quintil. 5. prooem. 2. *plures vero* (fuerunt), *qui nec ab illis sine dubio partibus rationem orandi submoverent, hoc tamen proprium atque praecipuum crederent opus sua confirmare et quae ex adverso proponerentur, refutare. Sine dubio* idem est quod *quidem.* Redde igitur *welche keineswegs auf diesen Puncten zwar die Beredsamkeit ausschliefsen.*

9. Negativa sententia adiicitur, ut ea, quae ante dicta sunt, explicentur, quasi dicatur *id est non, nam non*, vel ut ex adverso definiantur aut restringantur, ubi cogitamus *et quidem non.* In illo usu plerumque dicitur *neque*, in hoc *nec.*

Cic. de Leg. 1, 10, 28. *nihil est profecto praestabilius, quam plane intelligi, nos ad iustitiam esse natos, neque opinione sed natura constitutum esse ius.* Sallust. Iug. 112, 3. *quum talem virum in potestatem habuisset, tum fore, uti iussu senatus atque populi romani foedus fieret: neque hominem nobilem non sua*

ignavia, sed ob rem publicam in hostium potestate relictum iri. i. e. non enim.

Cic. ad Att. 3, 17. *de Quinto fratre nuntii nobis tristes, nec varii venerant.* p. Quint. 4, 15. *quo mortuo, nec ita multo post in Galliam proficiscitur Quintius.* Brut. 76, 265. *erant in eo plurimae litterae, nec eae vulgares, sed interiores quaedam.* Liv. 38, 21, 6. *saxis, nec modicis, ut quae non praeparassent — utebantur.* ubi Crevierus abstinere debebat a correctione.

10. Eiusdem generis sunt eae sententiae, quibus additur id, quod ad declarandam rem accedit, aut quod praeter ante dictum in considerationem venit. Nos dicimus *und auch nicht.* Cf. Markland. ad Statii Silv. 3, 2, 193. Idque ibi saepe fit, ubi sequitur affirmatio per *sed* apposita. Cornelius, sive qui scripsit vitas excellentium virorum, cum recentioribus scriptoribus dixit *neque*, alii elegantiores *nec.*

Cic. Acad. 2, 26, 85. *Stoicum est quidem nec admodum credibile, nullum esse pilum omnibus rebus talem, qualis sit pilus alius, nullum granum.* Si *nec* esset *sed non*, Cicero non addidisset *haec refelli possunt, sed pugnare nolo.*

Valer. Flacc. 4, 299. *hos inter Pollux subit, et trucis ultro advolat ora viri: nec spes effecta, sed ambae in pectus cecidere manus.*

Cornel. Ages. 1, 4. *is de honore regni cum Agesilao suo patruo contendit, neque id, quod petivit, consequutus est.* Cat. 2, 2. *neque hoc per senatum efficere potuit.* Chabr. 3, 1. Pelop. 1, 3. Quintil. 11, 1, 72. *praeterea caussa sit nobis iusta sic dicendi: neque id moderate tantum faciamus, sed etiam necessario.* 7, 2, 55.

11. Inest in sententia conclusio. Tum per *neque* et per gravius *nec* additur id, quod ex antecedentibus colligitur, ubi Germani dicunt *und so nicht.*

Cic. de Fin. 4, 15, 42. *isti quum ex appetitione rerum virtutis pulchritudinem adspexissent, omnia, quae praeter virtutem ipsam viderant, abiecerunt, obliti naturam omnem appetendarum rerum ita late patere, ut a principiis permanaret ad fines: neque intelligunt se rerum illarum pulchrarum atque admirabilium fundamenta subducere.* Davisius in temporis mutatione haerens coniecit *intelligentes*, Rathius suo exemplo, quod apud me, adscripsit *intellexerunt.* Est vero conclusio, *atque (et ita) non.*

Plin. Pan. 27, 2. *atque adeo nihil largiatur princeps, dum ni-*

hil auferat, non alat, dum non occidat: nec deerunt, qui filios concupiscant.

12. Sed sententia potest etiam contraria obiici ita, ut *nec* ponatur pro *tamen non*. Apud scriptores, qui proprietatem verborum curant, ubi *neque* dicitur, aut intelligi debet *et non* (vide Cic. de Leg. 2, 12, 30.), aut additur aliquid diversum vel ex altera parte accedens. Nos dicimus *und dagegen*. Quae Ochsnerus in Eclog. p. 58. affert, non aliter sunt explicanda. Certe per *que* et *neque* transitus significatur, etiam ad diversam rem. *Nec* igitur diversam rem monstrat, *neque* eam confert et aequat. Atque in eo arctiori nexu sententiarum ponitur *neque*, ubi nos dicimus *ohne*, *ohne daſs*. Universum hunc usum observarunt Heusingerus ad Cornel. Ages. 1, 4. et ad Cic. Off. 3, 2, 8. aliique.

Cic. ad Fam. 9, 2, 2. *conscripsi epistolam noctu: nec ille ad me rediit.* de Orat. 2, 68, 277. *quum Q. Opimius consularis, qui adolescentulus male audisset, festivo homini Egitio, qui videretur mollior, nec esset, dixisset* etc. de Div. 2, 17, 40. *eos habere putat eadem membra, quae nos, nec usum ullum habere membrorum.* de Off. 3, 2, 7. Tusc. 2, 25, 60. Liv. 4, 30, 1. *agitatum in urbe ab tribunis plebis, ut tribuni militum consulari potestate crearentur: nec obtineri potuit.* 8, 4, 9. *exercitus nos parare adversus Samnites foederatos suos audierunt, nec moverunt se ab urbe.* Horat. Art. poet. 234. *non ego inornata et dominantia nomina solum verbaque, Pisones, satyrorum scriptor amabo: nec sic enitar tragico differre colori, ut nihil intersit, Davusne loquatur — an Silenus.* Alia exempla vide in Actis Monacens. I. p. 547.

Ovid. Her. 2, 79. *illa, nec invideo, fruitur meliore marito.*

Caes. Bell. civ. 2, 17. *haec omnibus ferebat sermonibus, neque se in ullam partem movebat.* Explicant *neque tamen.* Sed in sermonibus antea dictis etiam ambigebat Varro: quare est: et ita non movebat. 1, 11. *polliceri se in provinciam iturum, neque ante quem diem iturus sit definire.* Nos dicimus *ohne zu bestimmen*, Latinorum *neque* est *und dabei nicht.* Bell. gall. 5, 6. *quod dictum Aedui graviter ferebant, neque recusandi aut deprecandi caussa legatos ad Caesarem mittere audebant.* i. e. *ohne zu wagen.* 4, 26. *nostri — in hostes impetum fecerunt, atque eos in fugam dederunt, neque longius prosequi potuerunt.* i. e. *ohne sie weiter verfolgen zu können.* 7, 45. *haec procul ex oppido videbantur, ut erat a Gergovia despectus in castra, neque*

tanto spatio, certi quid esset, explorari poterat. i. e. *ohne daß — erkannt werden konnte.*

Sunt scriptores, qui neque, ut videtur, ob vocalem, quae sequitur, ponere solebant, etiam ubi gravior erat rerum oppositio: in quibus est auctor ille de vita excell. imperat. Vide exempla a Bremio ad Ages. 1, 4. collecta.

13. *Nec* pro *necdum* dici critici demonstrant exemplo Virgilii Aen. 11, 881. *quae* (verba) *tuto tibi magna volant, dum distinet hostem agger moerorum, nec inundant sanguine fossae.* At praemisso *dum* non opus est intelligamus in altera parte enuntiationis *necdum*. Satis est simplex negatio.

14. Adscendit oratio per *nec* ad id, quod gravius aut maius est, ubi nos ambiguo verbo dicimus *auch nicht*.

Cic. Acad. 2, 41, 136. *sapiensne non timeat? nec si patria deleatur? non doleat, nec si delcta sit.* ubi Goerenzius.

15. Gravior quum inesset in *nec* potestas eaque differret ab altera forma *neque*, fieri poterat, ut *nec* pro *ne — quidem* poni videretur. Id quum Burmannus ad Sueton. Aug. 35. Cortius ad Sallust. Iug. 31, 3. Oudendorpius ad Caes. Bell. civ. 3, 28. Bremius ad Cic. de Fin. 1, 11. observassent, pertinaciter negavit Wolfius et, qui eum sequebantur, alii. De usu scriptorum posterioris aetatis nulla est dubitatio, quamquam apud eos quoque caveamus necesse est, ne exempla aut falsa aut alio modo explicanda huc conferamus. Nam ii loci, in quibus *nec* ab initio sententiae positum fortius negat quam *neque*, non ad hanc caussam attinent, veluti Quintil. 4, 2, 93. *nec hoc enim est, qui neget.* Tamen negari non poterit, aliquando illum usum in latina lingua fuisse, sed referri debere ad singulare scriptorum arbitrium ac consuetudinem. Cicero et Caesar num ita loquuti sint, dubitari licebit, non negari. Zumptius ad Verrin. 5, 5, 11. certe in orationibus Ciceronem non ita loquutum esse monuit. Neque ego in iis ullum exemplum inveni praeter locum Catilinariae secundae, de qua ipsa multum ambigitur, admodum incertum. Etiam apud comicos antiquiores frustra quaeres exempla. Livius in uno tantum loco, sed non testato, ita dixisse videtur; neque apud poetas obvia sunt ante Martialem, quae

valuit, ut librarii ex communi consuetudine etiam antiquos libros corrigerent. Ita factum est in Cic. de Sen. 11, 35.

Cic. de Fin. 1, 7, 23. *ita prorsus existimo, neque eum Torquatum — torquem illum hosti detraxisse* etc. In hoc loco Goerenzius *neque* pro *ne — quidem* accepit. Sed vide infra II. n. 16. Orat. agr. 3, 2, 4. *caput est legis XL, de quo ego consulto, Quirites, neque apud vos ante feci mentionem*, ne etc. h. e. de quo consulto non mentionem feci, neque apud vos ante.

16. I. F. Gronovius negasse videtur *nec* recte dici post *ne — quidem* antecedens, eiusque significationem excipere: nam ad verba Livii 40, 25, 6. *summa vi totum diem oppugnarunt, ita ut ne efferendi quidem signa Romanis spatium, nec ad explicandam aciem locus esset.* notavit haec: scribe *nedum ad explicandum*, aut deleto *quidem*, *ita ut nec* etc. Sed Drakenborchius affert aliud exemplum 1, 8, 4. *ut ne morte quidem Aeneae, nec deinde inter muliebrem tutelam rudimentumque primum puerilis regni movere arma ausi sint.*

Florus 4, 2, 4. *adeo ut non recte tantum civile dicatur, ac ne sociale quidem, sed nec externum.*

17. Ab illis, in quibus *ne quidem* intelligimus, aliquantum distant ea, in quibus *nec*, ad aliud quid, quod accedit, relatum, pro *et non* sive *etiam non* accipi debet. Nam quod Quintilianus dicit 9, 2, 67. *quod in foro non expedit, illic nec liceat*, nemo id reddet per *nicht einmal*, sed per *auch nicht*. Cf. Walther. ad Tacit. Ann. 1, 32. Hic vero usus ad recentiora tempora maxime attinet: sed prae ceteris Quintilianus hac dictione saepissime utitur, et duplici quidem modo: nam aut loquitur ita in comparatione duarum rerum sive praecedente negatione, sive alia ratione, aut componit particulas *sed nec*, *tamen nec*, *alioqui nec*. Atque ita etiam alii. *Nam nec* dixisse ille videtur pro *nec* sive *neque enim*: fortasse etiam alii.

Cic. de Fin. 1, 11, 39. *nam si ea sola voluptas esset, quae quasi titillaret sensus, ut ita dicam, et ad eos cum suavitate afflueret et illaberetur, nec manus esse contenta posset ulla vacuitate doloris sine iucundo motu voluptatis.* Ne cum Davisio ex corruptis verborum fragmentis, quae in duobus codd. leguntur, restituamus *nec ulla pars vac. dol.* impedit et illud, quod

Ernestius vidit, addi debere *corporis* et quod aliarum partium mentio absona hic est. Topic. 4, 23. *ut, si in urbe fines non reguntur, nec aqua in urbe arceatur.*

Quintil. 1, 1, 21. *nec si quid discere satis non est, ideo nec necesse est.* 2, 17, 35. *nam ut candido candidius et dulci dulcius non est adversum, ita nec probabili probabilius.* 2, 13, 7. 5, 10, 119. *alioqui nec.* Tacit. Ann. 2, 82. *et quamquam neque insignibus lugentium abstinerent, altius animis maerebant.* Vide an Tacitus scripserit *nec insignibus l. a.*

Quintil. 12, 3, 6. *quum praesertim hoc, quod est maxime necessarium, nec tam sit arduum, quam procul intuentibus fortasse videatur.* 11, 3, 2. *quare neque probatio ulla — tam firma est, ut* etc. Sed scribendum videtur *nec.*

Quintil. 5, 10, 86. *nam nec hic aliud tractatur, quam quid ex quoque eveniat.* 12, 1, 23. Sed 6, 1, 53. *in aliis autem partibus tractandus affectus erit, ut quisque nascetur: nam neque exponi sine hoc res atroces et miserabiles debent: quum de qualitate alicuius rei quaestio est, probationibus uniuscuiusque rei recte subiungitur.* Bene sensisse videtur Spaldingius, quo defectu hic locus laboraret. Scripsisset auctor *nam nec*, et tamen reliqua non bene cohaererent. Quare admodum probabile videtur excidisse ante *quum* voculam *et*, quae etiam restituenda est 12, 2, 17. pro *sed.* Quae Zumptius contra affert, alieni sunt generis. 9, 4, 17. *nam neque illud in Lysia dicendi textum tenue atque rarum laetioribus numeris corrumpendum erat.* Quibus fortasse illa defendes Cic. de Fin. 2, 22, 71. *nam nec vir bonus ac iustus haberi debet, qui, ne malum habeat, abstinet se ab iniuria.*

Cic. ad Fam. 1, 8, 7. *ea* (libertas) *sublata tota: sed nec mihi magis quam omnibus.* Quintil. 3, 6, 76. *non nego: sed nec res haec statum facit.* 1, 5, 18. Plin. Hist. n. 17, 4, 3. vd. n. 15. Quintil. 3, 9, 5. *tamen nec iis assentior, qui* etc. 2, 13, 7. *non negabo autem sic utile esse plerumque, alioqui nec scriberem.* 5, 10, 119. 10, 3, 7.

Tacit. Ann. 3, 29. *sed neque tum fuisse dubitaverim, qui eiusmodi preces occulti illuderent.* 4, 34. *sed neque haec in principem aut principis parentem.*

18. Notum est *nec* cum negativis nominibus coniungi, ut vel maior vel minor affirmationis vis exsistat: quemadmodum *nec nullum* aut modeste exprimit notionem maximi aut ipsum magnum significat. Saepe tamen *nec* negationem addit toti sententiae, ut id, quod non esse putatur, certe non deesse dicatur.

Virgil. Georg. 1, 82. *sic quoque mutatis requiescunt foetibus arva, nec nulla interea est inaratae gratia terrae.* h. e. duplex est emolumentum: requiescunt enim per mutationem frugum arva, et gratia terrae, quae nulla est, si non aratur, est aliqua. Ita recte Vossius.

19. Sed quod Graeci saepius fecerunt, Latini etiam videntur interdum duplicem negationem per *nec* posuisse ad augendam negandi vim. Id quum Donatus, Nonius Marcellus, Priscianus notavissent, critici huic usui libertatem vindicarunt, quae veteribus ipsis erat incognita. Vide quae disputaverunt Vossius de Construct. 61. p. 564. Drakenb. ad Liv. 42, 13, 1. Oudendorp. ad Lucan. 1, 642. Duker. ad Flor. 3, 17, 9. Ruhnken. ad Terent. Andr. 1, 2, 34. Bremius ad Cornel. Att. 11, 5. Primum ea exempla sunt removenda, in quibus nomini negativo submittitur disiunctio. Vide II. n. 8. Deinde poetis, praesertim comoediarum scriptoribus copia verborum abundare facile conceditur. Quae restant apud prosaicos, pauca sunt et dubia.

Plaut. Epid. 4, 1, 6. *neque ea nunc ubi sit, nescio.* Bacch. 4, 9, 114. *neque ego haud committam, ut — fecisse dicas de meamet sententia.* Terent. Andr. 1, 2, 34. *neque tu haud dices tibi non praedictum.* Plaut. Epid. 5, 1. 57. *neque ille haud obiiciet mihi.* At male legitur in Gellii Noct. Att. 17, 21, 35. *neque haud longe post Aristoteles philosophus et post aliquanto Demosthenes vita functi sunt.* Correxerunt critici *neque ita longe.* Apud Propertium 2, 30, 4. mutatur verborum constructio interposito vocabulo *vel.*

Terent. Eun. 5, 8, 47. *magis opportunus, nec magis ex usu tuo nemo est.* Plaut. Curc. 4, 5, 23. *ut ego tua magnifica verba, neque istas tuas magnas minas non pluris facio, quam ancillam meam, quae latrinam lavat.*

Cornel. Att. 11, 5. *quod neque laedebat quemquam, neque si quam iniuriam acceperat, non malebat ulcisci quam oblivisci.* Bremius cum aliis eiecit *non.* Caes. Bell. civ. 2, 17. *neque se in nullam partem movebat.* Hoc in codice quodam inventum probavit Oudendorpius: nemo tamen alius. Liv. 43, 13, 1. *non sum nescius, ab eadem neglegentia, qua nihil deos portendere vulgo nunc credant, neque nuntiari admodum nulla prodigia in publicum neque in annales referri.* Gronovius emendavit *ulla.* Quae Dukerus et Drakenborchius comparant, aut recentiorum sunt auctorum, aut diversi generis. Fortasse tamen illud *admodum nulla* ex formula vulgari servandum est.

20. Ex quo Thomasius in Tursellini libro monuit *nec non* a latinitatis auctoribus ita dictum esse, ut *non* referretur ad verbum aliudve nomen, neque elegantiam, quae nulla esset, quaerendam esse in duplicata negatione, alii multi exstiterunt, qui docerent, Ciceronem aliosque scriptores bonos omnino abstinuisse ab hac dictione. Atque Ciceroni non placuisse videtur haec forma, qua duplex negatio pro *et* poneretur, sed *nec non* dixit uno pluribusve vocabulis interpositis, ut negatio facilius posset ad verbum primarium referri, quocum compositum maiorem exhiberet affirmationem. Idque nonnullis in locis artificio quodam est consequutus: velut de Orat. 1, 14, 62. *nec, si huic M. Antonio pro Hermodoro fuisset de navalium opere dicendum, non, quum ab illo caussam didicisset, ipse ornate de alieno artificio copioseque dixisset.* Vbi igitur *neque* attingere videtur *non*, hoc maiori eum vi pertinet ad verum. Sed tantum abfuit, ut Ciceroni incognitus esset ille usus, ut consilio ab eo repudiatus videretur. Nam dixit *neque non tamen.* Sed idoneum auctorem grammatici afferunt Varronem, qui saepius *nec non* pro *et* surpaverit. Ille enim in libris de Re rustica nihil frequentius scripsit: in libris de Lingua latina numquam: unde suspicio suboritur de diversa illorum librorum origine. Poetae igitur temporis augustei sunt, quorum in carminibus certa huius dictionis apparent documenta, eosque imitati sunt posterioris aetatis scriptores. Iidem addiderunt adeo *etiam*, *et*, ut esset *nec non etiam*, *nec non et.*

Cic. p. Rosc. Am. 15, 45. *neque haec tu non intelligis.* p. Mil. 32, 86. *nec vero non eadem ira deorum hanc eius satellitibus iniecit amentiam, ut etc.* de Div. 2, 33, 71. *nec vero non omni supplicio digni P. Claudius L. Iunius consules.* Tusc. 4, 2, 4. in Catil. 4, 2, 3. *nec tamen ego sum ille ferreus, qui fratris carissimi — moerore non movear —: neque meam mentem non domum saepe revocat exanimata uxor.* Tusc. 2, 1, 1. Aliquantum differunt haec: de Fin. 2, 5, 15. *Epicurus autem — nec non vult, si possit, plane et aperte loqui, nec de re obscura.* ubi mirabilis exstat Goerenzii nota. Brutus ad Cic. Epist. 11, 20, 4. *neque tamen non te cautum esse volo.*

Ovid. Trist. 4, 10, 5. *editus hic ego sum, nec non, ut tempora noris, quum cecidit fato consul uterque pari.* Her. 4, 69. *tuno mihi praecipue, nec non tamen ante, placebas.* Met. 7, 317. *mi-*

nuuntur corporis artus cornuaque exuitur, nec non cum cornibus annos. Virgil. Aen. 9, 169. *armis alta tenent, nec non trepidi formidine portas explorant.* 10, 27.

Cic. Parad. 1, 1, 8. *nec non saepe laudabo sapientem illum Biantem.* Alii libri *neque non.*

Varro de Re r. 3, 2, 14. *nam ibi vidi greges magnos anserum, gallinarum, columbarum, gruum, pavonum, nec non glirium, piscium.* 3, 7, 10. *parentes eorum Romae, si sunt formosi, — paria singula vulgo veneunt ducenis numis, nec non eximia singulis millibus numum.* 2, 9, 10. 2, 11, 11. *neque non quaedam nationes harum pellibus sunt vestitae.* 1, 4, 2. 1, 8, 5. et in multis aliis locis. Vellei. Pat. 2, 95, 2. *multis urbium et castellorum oppugnationibus, nec non directa quoque acie feliciter functi.* ubi Ruhnken. Columell. 3, 2, 8. *duas germanas cognovimus, quarum minor ocius et melius deflorescit, habilis arbori nec non iugo.* Pallad. 11, 11, 4. *item betam locis siccioribus, nec non amoraceam seremus.* Priscian. p. 948. *nec non similiter illicce.*

Virgil. Ge. 2, 413. *nec non etiam aspera rusci vimina per silvam et ripis fluvialis arundo caeditur.* Varro de Re r. 1, 1, 6. *nec non etiam precor Lympham ac Bonum Eventum.* 2, 1, 22. *fere morborum caussae erunt, quod laborant propter aestus aut propter frigora, nec non etiam propter nimium laborem.* Sueton. de Gramm. 23. Priscian. p. 1037. *nec non etiam dictio tam in compositione quam in appositione.* Aurel. Vict. Orig. gent. rom. 8. ubi Arntzenius affert Capitol. in Pertin. 5. et Spartian. in Sev. 9.

Virgil. Ge. 2, 53. *nec non et sterilis — hoc faciet.* Aen. 1, 752. 8, 461. 9, 310. Sil. Ital. 2, 432. Iuvenal. 10, 51. Plin. Hist. nat. 7, 53, 54. *nec non et proximo anno dum consulari viro in aurem dicit, eques romanus.* 10, 43, 60. 13, 22, 38. *intus granum quadrangula figura, spissum, letale animalibus, nec non et in folio eadem vis.* 15, 22, 24. Sueton. Tit. 5. *suppliciter nec non et minaciter efflagitantes.* Vespas. 8. Iustin. 6, 3, 2. *nec non et Conon tunc primum cum hostium exercitu concursurus magna cura ordinat suos.* 4, 1, 3. Columell. 8, 15, 6. Vid. Bünemann. ad Lactant. Epit. 63. Arntzen. ad Aurel. Vict. p. 18.

Virgil. Aen. 12, 23. *nec non aurumque animusque Latino est.*

Plin. Hist. n. 19, 8, 41. *nec non olus quoque silvestre est trium foliorum.* Quintil. 3, 7, 18. *afferunt laudem liberi parentibus, — artes inventoribus, nec non instituta quoque auctoribus.*

21. Componuntur verba *nec non tamen:* nec tanum a poetis: sed ab ipso Cicerone dicebatur *neque non amen*, ut esset *et tamen.*

Ovid. Her. 4, 69. *tunc miki praecipue, neé non tamen ante, placebas.* Cic. ad Fam. 8, 12, 6. *neque enim tristius dicere quidquam debeo ea de re, quam tu ipsè ominibus optimis prosequeris: neque non me tamen mordet aliquid.* Cael. ad Cic. in Epist. ad Att. 10, 9. *neque id quid esset, perscripsisti, neque non tamen, quale esset, quod cogitares, aperuisti.* i. e. et tamen, cuius generis *sit* id, quod cogites, cognosci potest.

22. Quando ei sententiae, qua quid negatur, alia opponitur, particulae adversativae intercedunt, imprimis *ed.* Sententia saepe est, quae etiam per *nec tam — quam* xprimi possit. Cicero aliique boni scriptores plerumque *nec* ponunt in sententia ita adiungenda propter illud, quod sequitur *sed:* recentiores autem etiam in media oratione *neque*, ut significare videatur *non quidem.*

Cic. ad Fam. 9, 24, 9. *nihil ad beate vivendum accommodatius: nec id ad voluptatem refero, sed ad communitatem vitae atque victus.* ad Att. 10, 4. *alter ardet furore et scelere, nec remittit aliquid, sed in dies ingravescit.* de Rep. 1, 25. *non est enim singulare, nec solivagum genus hoc, sed ita generatum, ut* etc. ad Fam. 1, 9, 29. *postea quum tu Hispaniam citeriorem cum imperio obtineres, neque res publica consules haberet, sed mercatores provinciarum* etc. Caes. Bell. civ. 3, 28. *at veteranae legionis milites — neque ex pristina virtute remittendum aliquid putaverunt, sed — gubernatorem in terram navem eiicere cogunt.* Ante Oudendorpium legebatur *non:* et suspicor in codd. exstare *nec.* Curt. 4, 8, 19. *quippe domestico bello Poenos impediri, nec de imperio, sed pro salute dimicare nuntiabant.* 6, 2, 18.

Columell. 12, 54, (56,) 2. *et postea in quadratam cistam vimineam, quae neque spisse, solide tamen et crassis viminibus contexta sit, rapa componito.*

Alia est ratio, ubi disiunctio praecedit. Cic. in Cat. 2, 13, 29. *quae quidem ego neque mea prudentia, neque humanis consiliis fretus polliceor vobis, Quirites: sed multis et non dubiis deorum immortalium significationibus.*

23. *Nec vero* quid significet per se patet, quum *ero* comprobationem veritatis vel affirmationem adiiciat ententiae, et negatio in hac sententia asseveranda gra-

vior esse debeat. Vnum tamen hoc considerari debet, num etiam *neque vero* eodem prorsus sensu usurpetur. In libris scriptis frustra quaeramus certa testimonia: nam et scribae et grammatici formas ex arbitrio suo mutare solebant. Ita factum est, ut *neque vero* saepe nunc legatur in libris Ciceronis de Oratore, nusquam in Bruto et in Oratore, et ut Goerenzius ad Acad. 2, 7, 19. refert, quindecim in locis orationum: nec sana ratione opinari possumus, in aliis libris Ciceronem hanc, in aliis illam formam adhibuisse. Illud tamen est certum *neque vero* semper habere vim continuandi, et esse *und wirklich nicht*, sicuti in affirmativa sententia dicitur *et vero: nec vero* ibi maxime collocatur, ubi in sententia inest oppositum. Cic. de Off. 1, 8, 25. *delectant etiam magnifici apparatus vitaeque cultus cum elegantia et copia, quibus rebus effectum est, ut infinita pecuniae cupiditas esset. Nec vero rei familiaris amplificatio, nemini nocens, vituperanda: sed fugienda semper iniuria est.*

Cic. de Nat. d. 2, 64, 162. *nec vero supra terram, sed etiam in intimis eius tenebris plurimarum rerum latet utilitas.* 2, 29, 74. Davisius ad Cic. de Nat. d. 2, 64. comparat graeca *οὐ — ἀλλὰ καί*, quasi *nec vero* dicatur pro *nec vero tantum.*

Cicero videtur quibusdam verbis alteram utram formam accommodasse. Dixit enim semper *nec vero nunc:* ad Att. 5, 3. 7, 13.: ante pronomina *neque vero:* veluti *neque vero illum* Philipp. 1, 4, 9. *neque vero mihi* de Orat. 1, 8, 30.

Quintil. 12, 7, 6. *non enim fortuna caussas vel iustas vel improbas facit. Neque vero pudor obstet, quo minus susceptam, quum melior videretur, litem, cognita inter disceptandum iniquitate, dimittat.* Nemo prudentior scripserit *nec vero.*

24. Ad orationis conformationem quod attinet, observandum est, verba *neque vero* in anteoccupatione usurpari.

Cic. de Orat. 1, 51, 219. *neque vero istis tragoediis tuis, quibus uti philosophi maxime solent, Crasse, perturbor.* 1, 53, 229. *neque vero hoc solum dixit, sed ipse sensit et fecit.*

25. De *neque autem* dixi Tom. 1. p. 585. de *neque etiam* Tom. 2. p. 552. Quae si Grysar reputasset, in libro Artis lat. scrib. p. 556. abstinuisset a refutatione.

26. In *neque enim* duae res sunt considerandae. uum triplex sit significatio particulae *enim*, quae vel m exponit, vel eam argumento comprobat, vel sen-ntiam asseverat, etiam *neque enim* triplicem habet sum. Exempla dedimus Tom. 2. p. 378. 389. Deinde ormam *nec enim* plurimi grammatici non recte distin-uunt: Spaldingius ubique restituit *neque enim* ob voca-m. Vid. ad Quintil. 4, 2, 93. 3, 11, 20. Ad 2, 5, 24. ppellat pleniorem formam. Wagnerus autem ratione on falsa, sed non satis explanata dixit *nec enim* for-us negare, *neque enim* poni in remissiore oratione. ed discrimen hoc est. Per *neque enim* transit oratio in lteram sententiam, quae ex altera priore ita nectitur, t ea vel explicetur vel comprobetur: in *nec enim* nexus on deest, sed sententia magis per se constat, et particu-ic maiorem in se habent vim demonstrandi. In iis, uae parenthetica interseruntur, dici solet *neque enim*. n *nec* vis negationis opponendo augetur: amplius etiam er solutam orationem in *non enim*. Vide NON.

Cic. de Amic. 16, 57. *harum trium sententiarum nulli prorsus assentior. Nec enim illa prima vera est* etc. In hac expositione non poterat dici *neque enim*. Item Cic. de Sen. 10, 32. *non curia vires meas desiderat, non rostra, non amici, non clientes, non hospites. Nec enim umquam sum assensus veteri illi laudatoque proverbio, quod monet mature fieri senem, si diu velis esse senex.* 3, 8. ubi fallitur Gernhardus. de Rep. 1, 24. *nec enim hoc suscepi, ut tamquam magister persequerer omnia.* ad Fam. 9, 21, 2. *quid tibi ego in epistolis videor? nonne plebeio sermone agere tecum? Nec enim semper eodem modo.* Per nec oppositio fit, quasi dicatur: etiamsi non semper eodem modo.

Ovid. Met. 2, 301. *dixerat haec Tellus: neque enim tolerare vaporem ulterius potuit, nec dicere plura: suumque rettulit os in se propioraque manibus antra.* Alii codd. *nec enim.* Est vero sententia per parenthesin illata, ideoque supersedere poterat Bothius coniectura: *neque iam.* Idem dicendum est de loco 9, 55. Cic. p. Planc. 15, 36. *in qua* (caussa) *tu nomine legis liciniae, quae est de sodalitiis, omnes ambitus leges complexus es: neque enim quidquam aliud in hac lege, nisi editicios iudices sequutus es.* Optime cod. ambros. *nec enim.*

Ovid. Met. 14, 25. *at Circe (neque enim flammis habet aptius ulla talibus ingenium)* etc. v. 246. *nate dea, (neque enim finito marte vocandus hostis es, Aenea) moneo, fuge litora Circes.*

Cortius ad Lucan. 7, 739. perpetuum appellat poetarum mo-

rem, etiam ad prosaicos traductum, quo *neque enim* dixissent. Sed quod affert exemplum Plinii, id significatione sua defenditur. Ille enim in Pan. 2, 2. *nihil, quale ante, dicamus: nihil enim, quale antea, patimur: nec eadem de principe palam, quae prius, praedicemus: neque enim eadem secreto, quae prius, loquimur.* Si scripseris *nec enim*, sententiarum rationes perturbabis.

27. *Nec tamen* et *neque tamen*, quae dicuntur in opponenda re, quae nihilominus valet, differunt eadem ratione. Nam per *neque* adhaeret sententia, quae per *nec* directe opponitur. Sed Kritzius ad Sallust. Cat. 57, 4. demonstrat, *neque tamen* frequenter transitioni inservire, si prior sententia ita comparata sit, ut concedendi particula suppressa sit. At nihil est suppressum, nec semper id praecedit, quod concedendum sit. *Tamen* enim significat *ex altera parte.*

Cicero de Off. 3, 10, 40. *incidunt multae saepe caussae, quae conturbent animos utilitatis caussa.* Iam illustrat rem exemplis Bruti et Romuli. Tum pergit: *Nec tamen nostrae nobis utilitates omittendae sunt aliisque tradendae, quum his ipsi egeamus.* In his non potuit dici *neque tamen.* de Nat. d. 3, 33, 82. *et praedones multi saepe poenas dant: nec tamen possumus dicere, non plures captivos acerbe quam praedones necatos.*

Cic. ad Fam. 5, 12, 7. *cerno iam animo, quanto omnia uberiora atque ornatiora futura sint. Neque tamen ignoro, quam impudenter faciam, qui primum tibi tantum oneris imponam.* i. e. *und doch weifs ich wohl, wie dreist ich handle.* Vide etiam 7, 1, 3.

Sallust. Cat. 57, 3. (Metellus) *castra propere movit ac sub ipsis radicibus montium consedit, qua illi descensus erat in Galliam properandi. Neque tamen Antonius procul aberat.* 19, 1. *Piso in citeriorem Hispaniam quaestor pro praetore missus est annitente Crasso, quod eum infestum inimicum Cn. Pompeio cognoverat. Neque tamen senatus provinciam invitus dederat; quippe foedum hominem a republica procul esse volebat.*

28. *Nec tamen* interdum ita legitur, ut maiorem vim particulis tribuere dubites. Sed potestas vocabuli *nec* non minuitur, etiamsi *tamen* non opponat aliam rem, sed antecedentem sententiam vel restringat vel extenuet.

Cic. de Leg. 2, 22, 57. *declarat enim Ennius de Africano: hic est ille situs. Vere: nam siti dicuntur ii, qui conditi sunt.*

Nec tamen eorum ante sepulcrum est, quam iusta facta et corpus ingestum est. Wagnerus haesit in verbis *nec tamen*, nec sine caussa. Sententia vero haec est: fit autem sepulcrum, quum iusta facta et corpus ingestum est. *Tamen* idem fere quod *autem*. Sed plena sententia haec esset: etiamsi exstruatur tumulus, tamen sepulcrum non ante dici potest, quam iusta facta sunt.

29. Recentioris aevi scriptores *sed neque*, *sed nec* icere solebant, ubi veteres aut *nec* aut *nec vero* usurabant. Reddi potest *doch auch nicht.*

Quintil. 12, 10, 66. *sed neque his tribus quasi formis inclusa eloquentia est.*

Quintil. 1, 5, 18. *sed nec in carmine vitia ducenda sunt.* 3, 6, 76. Instin. 3, 6, 5. *sed nec Lacedaemonii quievere.* 8, 3, 1. *sed nec Philippus melioris fidei adversus sbcios fuit.*

30. *Neque adeo.* Per haec verba oratio ita intenitur, ut sententia exsistat verborum *ne quidem.* Germani dicunt *auch nicht einmal.* In adscendente oraone componuntur *neque — neque adeo.*

Terent. Hec. 5, 4, 25. *neque opus est adeo muttito.* Plaut Merc. 2, 3, 60. *verum non ex usu nostro est, neque adeo placet.* Men. 2, 2, 22. *ego te non novi, neque novisse adeo volo.* Capt. 2, 2, 98. Mostell. Prol. 21.

Plaut. Pseud. 1, 4, 4. *quoi neque parata gutta certi consilii, neque adeo argenti.* Merc. 5, 2, 18. *neque miki ullo obsistet amnis, neque mons, neque adeo mare.* Capt. 3, 3, 4. Poen. 3, 3, 29.

Plaut. Poen. 4, 2, 37. SY. *Di omnes, deaeque ament.* MI. *Quemnam hominem?* SY. *Nec te, nec me, Milphio, neque herum adeo meum.*

31. Alia est significatio, qua *neque adeo* id fortius iegat ac removet, quod putamus ab aliis cogitari vel aistimari.

Plaut. Trin. 1, 2, 142. *emi egomet potius aedes, argentum dedi thesauri caussa, ut salvum amico traderem. Neque adeo hasce emi mihi, nec usurae meae: illi redemi rursum.* Rud. Prol. 36. *neque is adeo propter malitiam patria caret.* Epid. 2, 1, 8. Trin. 4, 2, 73. *neque adeo edepol flocci facio.* i. e. *auch achte ich ihn wahrhaftig gar nicht gering.*

32. Post *ne — quidem* additur *nec — adeo.* Vtrumque idem significare videtur.

Plaut. As. 4, 1, 17. *ne epistola quidem ulla sit in aedibus, nec cerata adeo tabula.*

33. De *nec ideo* vide Tom. 3. p. 183. ubi est addendum, vim, quae inesse videatur, adversativam per fortiorem particulam *nec* exprimi, atque in loco Celsi, quem attuli, *neque ideo* suspectam esse scripturam, sed a Lindenio emendatam. Antea legebatur *ac ideo neque* vel *ac neque ideo.* In *ac* latere videtur *nc* i. e. *nec*, et *neque* additum esse compendii explicandi caussa.

34. *Nec*, quod pro *non* ponitur, cum eo verborum coniunctivo, qui optativi officium praestat, componi et de rebus, quae ut non fiant in votis aut in opinione habemus, nemo umquam dubitavit. Ita Graeci οὐ etiam optativo apponunt. Quod Cicero p. Cluent. 57, 155. dixit: *a legibus non recedamus*, dici etiam poterat in continuata oratione *nec a legibus recedamus.* Sed permultum est inter viros doctos disputatum, num particulae *nec* et *neque* cum imperativo et coniunctivo, quo quid prohibeatur, componi possint. Atque erant, qui, *neque* et *nec* pro *et ne* accipientes, id quovis modo fieri demonstrarent. Vide Cortium ad Sallust. Iug. 14, 3. H. Vossium ad Tibull. 1, 2, 37. Alii vero, id omnino negantes, ubique reponendum censuerunt *neu.* Bentleius ad Horat. Art. poet. 185. Schellius ad Horat. Art. p. 191. Kritz. ad Sallust. l. l. Nos quidem ante omnia distinguere oportet usum meliorum scriptorum, qui antiquiores sunt, a recentioribus, qui omnia alia miscuerunt. Etiam poetae discesserunt haud raro a legitima regula, neque iis non concedenda erat haec libertas, vel ob metri necessitatem. Sed res ipsa ita se habet, distinctis formis *neque* et *nec.*

Neque numquam ponitur pro *et ne*, ideoque non componitur cum imperativo aut coniunctivo prohibitivo. Nam unus Virgilii locus Aen. 10, 32., ob ipsam hanc caussam suspectus, vix potest dubitationem afferre. Vbi vero praecedit *ut*, addi potest per *neque* et *nec* aliud quid sententiae, cuius utraque pars ex praecedente *ut* pendet. Id est factum a poetis et ab aliis recentioris aevi scriptoribus praemisso *ne*, sed raro: saepius in simplici

coniunctivo, non praefixa coniunctione. *Nec* a scriptoribus prosaicis non componitur cum imperativo, sed eo praemisso iungitur cum coniunctivo perfecti et praesentis, quo optativi modus exprimitur, atque ita quidem, ut non intelligamus *et ne*, sed adversativum *tamen* sive *sed*. Cic. ad Fam. 1, 9, 52. (19.) *recordare enim, quibus laudationem ex ultimis terris miseris: nec hoc timueris: nam a me ipso laudantur.* Poetae autem maiorem potestatem particulae *nec* in usum graviter dicendi converterunt, atque non modo antecedente alio imperativo vel coniunctivo saepe usurparunt, ut vehementiorem negationem adderent, sed interdum etiam pro *ne* posuerunt ita, ut sententia aut antecedentibus opponeretur, aut negatio acueretur. In media tamen enuntiatione non poterat collocari: quamquam nihil obstabat, quin eadem illa ratione duplex *nec — nec* collocaretur. Rara tamen sunt exempla. Librarii tantum aberat, ut usum Latinorum, quo post *ne* altera pars nulla interposita copula addi solebat, cognitum haberent, ut ubique *nec* pro *ne* substituerent, quo oratio concinnior fieret. Vide Cic. Brut. 76, 266. Atque ex his facile colligitur, quo modo *nec* et *neu* differant: tamen explanatius dicendum est in NEV.

Propert. 1, 9, 25. *nec te decipiat, quod sit satis illa parata.* Redde *auch mag es dich nicht täuschen.* Sicuti Persius 1, 5. *non, si quid turbida Roma elevet, accedas, examenque improbum in illa castiges trutina, nec te quaesiveris extra.* Tacit. Hist. 2, 76. *nec speciem adulantis expaveris.* Dial. de Orat. 13. Horat. Epist. 1, 1, 28.

Cic. in Verr. 3, 48, 115. *nunc ut hoc tempore ea, quae regie seu potius tyrannice statuit in aratores Apronius, praetermittam, neque eos appellem, a quibus omne frumentum eripuit.* Div. in Caec. 16, 52. *suadebit tibi, ut hinc discedas, neque mihi verbum ullum respondeas.* in Verr. 2, 17, 41. de Off. 2, 21, 73. *videndum erit —, ut suum quisque teneat, neque de bonis privatorum publice deminutio fiat.* Beierus temere scripsit *neve.*

Liv. 24, 3, 14. *persuadent, ut traduci se in Locros paterentur, nec ultima experiri vellent.* Horat. Sat. 2, 1, 43. *ut pereat positum robigine telum, nec quisquam noceat cupido mihi pacis.* Martial. 6, 25, 5. *cauta sit ut virtus, nec te temerarius ardor in medios enses — ferat.*

Coercenda igitur sunt ea, quae Kritzius scripsit ad Sallust. Cat. 34, 2. nec poterat scriptura quorumdam librorum in

Iug. 8, 2. vitiosa vocari: habent enim *monuit, uti — amicitiam populi romani coleret, nec quibus largiri insuesceret:* alii *neu*, quod aeque bonum.

Virgil. Aen. 11, 43. *invidit Fortuna mihi, ne regna videres nostra, neque ad sedes victor veherere paternas.* Bene Wagnerus perspexit per *neque* transire orationem ad id, quod ex priori sententia sequatur, nec disiunctas esse partes. Sed dubitavit de hac re Zumptius in Gramm. §. 535. et corrigenda esse existimavit haec Cornel. Nep. in Paus. 4, 6. *modo magis Pausanias perturbatus orare coepit, ne enuntiaret, nec se — proderet.* Certe antiquior scriptor, qualis Cornelius erat, non ita scripsit: incognitus istius vitae auctor censuram effugiet. Liv. 5, 3, 8. *sic vos interdicitis patribus commercio plebis, ne nos comitate ac munificentia provocemus plebem, nec plebs nobis dicto audiens atque obediens sit.* Cod. Veith. *ne plebs.* quod restituendum puto, collatis iis locis, quos Drakenborch. ad 34, 3, 4. affert. Aliter Tacitus Ann. 11, 18. *legiones — veterem ad morem reduxit, ne quis agmine decederet, nec pugnam niti iussus iniret.*

Liv. 21, 22, 9. *pergeret porro ire, nec ultra inquireret, sineretque fata in occulto esse.* Particula *que* monstrat rationem istius *nec.* Cic. de Rep. 1, 2. *teneamus eum cursum, qui semper fuit optimi cuiusque, neque ea signa audiamus, quae receptui canunt.* Tacit. Ann. 6, 12.

Praecedit imperativus in affirmativa sententia: Liv. 23, 3, 3. *clausos omnes in curiam accipite solos, inermes: nec quidquam raptim aut forte temere egeritis.* Sallust. Iug. 85, 47. *annitimini mecum et capessite rempublicam, neque quemquam ex calamitate aliorum — metus coperit.* Virgil. Eclog. 8, 101. Liv. 22, 10, 4. *profanum esto, neque scelus esto.* Tacit. Hist. 1, 84. *ceteri abolete memoriam foedissimae mortis: nec illas adversus senatum voces ullus umquam exercitus audiat.* Sed alii codd. *ne.* Horat. Carm. 3, 7, 29. *prima nocte domum claude, neque in vias sub cantu querulae despice tibiae.* Virgil. Aen. 12, 800. *desine iam tandem —, nec te tantus edat tacitam dolor.* Ovid. Her. 16, 11. *parce, precor, fasso, nec vultu cetera duro perlege.* 3, 137. *respice sollicitam Briseida, fortis Achille, nec miseram lenta ferreus ure mora.* 3, 87. *arma cape, Aeacide* etc. *Nec tibi turpe puta precibus succumbere nostris.* Art. am. 2, 755. Trist. 1, 1, 59. Met. 15, 175. Valer. Flacc. 8, 102. *cede deo inque aliis senium nunc digere lucis immemor, oro, mei: nec me tua sibila tolo exagitent infesta mari.*

Ovid. Met. 1, 461. *tu face nescio quos esto contentus amores ir-*

ritare tua, nec laudes assere nostras. cod. Bersm. *ne.* Her. 15, 53. *at vos erronem tellure remittite nostrum, — nec vos decipiant blandae mendacia linguae.* Tres codd. *neu*, unus *ne.* Virgil. Ge. 3, 96. *abde domo: nec turpi ignosce senectae.* Olim sine caussa negabam coniungi posse *nec ignosce:* nam tantum de sententia erat quaerendum: ea esse potest: ne indulge turpi senectae: nec tamen male dicitur: indulge senectae non turpi, quam officio eximas. Similiter Ovid. Met. 9, 791. *date munera templis, nec timida gaudete fide.*

Praecedit coniunctivus: Plin. Epist. 8, 24, 5. *absit superbia, asperitas: nec timueris contemtum.* Virgil. Aen. 11, 353. *unum adiicias: nec te ullius violentia vincat.* Eclog. 8, 89. *talis amor teneat, nec sit mihi cura mederi.* Horat. Epod. 15, 21. Tibull. 1, 7, 57. Valer. Flacc. 8, 395. ubi non opus est emendatione ab Heinsio facta. Martial. Spectac. 1, 2. Nec mutare debebat Gronovius in Senec. Thyest. 29. *longum nefas eat in nepotes: nec vacet cuiquam vetus odisse crimen,* scribens *neu vacet.* Conf. Terent. Eun. 1, 1, 31.

Nihil praecedit, ad quod imperativus respiciat: Virgil. Aen. 3, 394. *nec tu mensarum morsus horresce futuros.* Georg. 2, 96. *nec cellis ideo contende falernis.* Sed dubia est scriptura. Apud Horatium Sat. 1, 1, 94. et Art. poet. 185. bene restituit Bentleius *ne.* Sed Ovid. Met. 11, 286. *nec tempora perde precando.* Tibull. 1, 4, 21. *nec iurare time.* Ovid. Her. 16, 83. *nec te, Pari, vulnera tangant.* Schroderus correxit *ne*, reprehensus a Lennepio, qui alienissimum exemplum confert, sed adeo peior est opinio Loersii, qui *et*, quod insit in *nec*, cum verbo *ait* coniungi iubet. In duobus tantum codicibus quum exstet hic locus et in altero omissum sit *nec*, non dubito, quin Schroderus et ante eum vir doctus in Miscell. Observ. Vol. 7. p. 290. recte emendaverint.

In parenthesi: Virgil. Eclog. 10, 46. *tu procul a patria (nec sit mihi credere tantum) — frigora Rheni me sine sola vides.* Eclog. 9, 6. *quod nec vertat bene.* In Horatii Sat. 2, 4, 35. codices praebent *ne.*

Duplex *nec:* Martial. 5, 48, 7. *sed tu nec propera, brevibus nec crede capillis, tardaque pro tanto munere, barba, veni.* Quae tentare non debebam in carmine. Tibull. 1, 1, 37. *adsitis, divi, nec vos e paupere mensa dona, nec e puris spernite fictilibus.* Alii codd. *neu vos*, quod Broukhusius aliique receperunt: et defendi potest, etiam sequente *nec*, quod adhaeret, quum *neu* referatur ad praecedentem coniunctivum. Ovid. Rem. Am. 693. *nec caussas aperi quare divortia malis, nec dic quid doleas, clam tamen*

Catull. 58 [illegible]
Overhollam p. 21

usque dole. Henr. Vossius male composuit *nec — neu — neu* in Tibull. 1, 2, 37. Etiam Virgil. Ge. 3, 435. scribendum est *ne — neu.* Alia est ratio apud Ovidium Met. 3, 116. *ne cape, de populo, quem terra creaverat, unus exclamat, nec te civilibus insere bellis.* Vide in NEV. Horat. Art. p. 191. *ne deus intersit, nisi dignus vindice nodus inciderit: nec quartâ loqui persona laboret.* Ita est restituendum. Apud Ciceronem de Leg. 2, 24, 60. scribendum est, ut legitur in cod. paris. *ne sumptuosa respersio, ne longae coronae, ne acerrae, praetcreantur:* vulgo *nec acerrae.*

Virgil. Ge. 1, 36. *nam te nec sperant Tartara regem, nec tibi regnandi veniat tam dira cupido.* ubi vide Wagnerum.

Virgil. Aen. 10, 32. *luant peccata: neque illos iuveris auxilio.* Scribendum videtur *nec.*

Plin. Epist. 2, 2, 2. *non sum auditurus: non eram Romae, vel: occupatior eram. Illud enim nec dii sinant, ut, infirmior.* Miror, in his criticos non offendisse. Codex pragensis habet: *non sum auditurus: non enim Romae occupatior eram. ille em nec desinunt ut infirmior.* Scripsit Plinius: *non sum auditurus: non eram Romae, vel, occupatior eram. Illud enim nec di sinunt, ut infirmior.* i. e. ne dii quidem. Aliter Tacit. Ann. 1, 43. *neque enim dii sinant, ut* etc. Tacit. Dial. de Orat. 17. *nec dividatis saeculum et antiquos ac veteres vocetis oratores* etc. Acidalius bene perspexit caussam, quapropter scribendum esset *ne dividatis:* quod codices nunc firmant. Epigr. Anthol. 3, 199, 7. *vincula nec cures capitis discussa soluti.* Scribendum *ne cures.*

Tacit. Dial. de Orat. 32. *nec quisquam respondeat sufficere* etc. ubi *nec*, quod est *et non*, cum *quisquam* cohaeret.

35. Alia prorsus est ratio in *neque — nec* coniunctioni *ut* submittendis. Dicitur enim *ut neque — nec* pro *ut non — et ut non.*

Cic. Lael. 12, 40. *haec igitur lex in amicitia sanciatur, ut neque rogemus res turpis, nec faciamus rogati.*

36. Sed Goerenzius ut defenderet, quae apud Cic. Acad. 2, 32, 104. leguntur: *nec ut placeat, eum qui de omnibus rebus contineat se ab assentiendo, moveri tamen et agere aliquid, reliquit* etc. dixit *nec ut* positum esse pro *et ne.* Id vero abhorret et a ratione et ab usu. Post *nec* excidit verbum vel etiam plura verba, quibus restitui possit sententia.

II. 1. Iam de disiunctiva forma orationis. Praeterea quod cuique negativae sententiae alia negatio adiicitur per *nec* et *neque*, etiam uni verbo submitti possunt duo nomina per *non — nec* sive *neque*, *nihil — nec* s. *neque*. Sed *nec* ponitur, ubi res non minus valet atque fortius est neganda: ubi autem indicandum est, alteram rem accedere aut distinctiori definitioni inservire, dicitur *neque*, quod est *et nor*, *etiam non*.

Cic. ad Fam. 13, 69, 2. *haec ad te eo pluribus scripsi, ut intelligeres me non vulgare, nec ambitiose, sed ut pro homine intimo ac mihi pernecessario scribere.* de Rep. 2, 36. *quorum non similiter fides, nec iustitia laudata.*

Cic. de Rep. 1, 4. *quum mihi nihil improviso, nec gravius, quam exspectavissem, pro tantis meis factis evenisset.*

Cic. p. Mil. 11, 31. *certe optabilius Miloni fuit dare iugulum P. Clodio non semel ab illo, neque tum primum petitum, quam iugulari a vobis.* de Rep. 1, 26. *non perfectum illud quidem, neque mea sententia optimum.* p. Rosc. Am. 27, 75. *ut non omnem frugem, neque arborem in omni agro reperire possis, sic non omne facinus in omni vita nascitur.* 47, 137. de Amic. 13, 46. *praesidii adiumentique caussa, non benevolentiae, neque caritatis amicitias esse expetendas.*

Cic. de Rep. 1, 14. *nihil novi vobis afferam, neque quod a me sit cognitum aut inventum.*

Cic. de Off. 1, 11, 35. *parta autem victoria conservandi ii, qui non crudeles in bello, non immanes fuerunt.* Heusingerus affert tres codd. in quibus legitur *nec immanes*. Id Gernhardus perversum esse appellat. Sed sine iusta caussa.

Cic. de Orat. 3, 55, 210. *quamquam id quidem perspicuum est, non omni caussae, nec auditori neque personae neque tempori congruere orationis unum genus.* Ita bene composita videntur haec, ut ab altera parte caussa, ab altera auditor, persona, tempus collocentur, atque illi per *nec* opponantur, quae ipsa per *neque* disiunguntur.

2. Componuntur cum *nec* verba, quae alteram negationem in se habent, veluti *nescire*, *negare*, *nolle*, ita, ut in verborum istorum iterum ponendorum vicem succedat particula. Alii hoc in eum modum explicuerunt, ut dicerent, verbi alteram partem, repetita negatione, esse supplendam. Vd. Matthiae ad Cic. Epist. 178.

Cic. Tusc. 5, 40, 116. *Epicurei nostri graece fere nesciunt,*

nec Graeci latine. Vide Wopkenii Lect. Tull. p. 67. (48.) Davis. ad Cic. de Div. 2, 87.

Cic. de Fin. 1, 9, 30. *itaque negat opus esse ratione, neque disputatione, quamobrem voluptas expetenda, fugiendus dolor sit.* Acad. 2, 25, 79. *tu enim te negas infracto remo, neque columbae collo commoveri.* Vide Goerenz. ad h. l. et ad 2, 47, 145. et de Fin. 4, 9, 22. Cic. ad Fam. 12, 30, 4. *noli impudens esse, nec mihi molestiam exhibere.*

8. In negativa sententia, ubi disiunctio per *aut* exprimi potest, interdum *nec* ponitur, negatione duplicata. Ita praemisso nomine *nihil* pergit oratio per *neque* sive *nec*. Contra vero poetae omiserunt particulam, ubi *nec* vel *aut* ponendum erat.

Terent. Heaut. 1, 1, 11. *agrum in his regionibus meliorem neque preti maioris nemo habet.*

Brutus ad Cic. Epist. 11, 20, 5. *nihil enim tua vita potest esse iucundius, neque carius.* Cic. p. Rosc. Am. 26, 71. Liv. 2, 30, 5. *nihil ex ea familia triste, nec superbum timebat.* 5, 43, 2. Cic. ad Fam. 2, 13, 6. *nihil autem feci umquam, neque dixi, quod contra istius existimationem esse vellem.*

Horat. Sat. 1, 2, 84. *nec si quid honesti est, iactat habetque palam, quaerit quo turpia celet.* Schol. Cruq. *repeti debet negatio nec, ut sit, nec quaerit quo t. c.*

4. In adiiciendis negativis sententiis, quae plures sunt, *neque* et *nec* bis et ter et quater poni posse constat. Scriptores, qui diligentius scripserunt, videntur etiam diversitatem particularum servasse, ut *nec* acuto sono negationem fortiorem exprimeret. Certius vero id de usu in disiungendis notionibus affirmare licet. Disiunctionem enim Latini per *nec — nec* et *neque — neque* expresserunt. In ea aut duae res aequali ratione vel fortius vel lenius negantur: aut altera earum rerum ita negando excluditur, ut vis negationis vel augeatur vel minuatur. Quare dicitur *neque — neque*, in quibus oppositio non est tam gravis quam in *nec — nec*, *neque — nec*, *nec — neque*. Illud *neque — nec* ponitur, ubi per oppositionem adscendit oratio: veluti Cic. de Rep. 3. p. 383. ed. Moser. *quae* (lex) *tamen neque probos frustra iubet aut vetat, nec improbos iubendo aut vetando movet.* h. e. etiamsi non frustra iubet probos, tamen nullo modo movet improbos. Sed pergit Cicero: *huic legi nec obrogari fas est, neque derogari ex*

hac aliquid licet, neque tota abrogari potest. In his maximam vim habet obrogatio, qua contraria lex rogatur ideoque etiam maxime erat neganda: sed etiam non est fas derogare aliquid, neque abrogare totam, quae lata est, legem. Ochsnerus in Eclogis Cic. p. 168. animadvertit quidem inaequalem rationem, quae per composita *nec* et *neque* significatur, sed vehementer errat, quum dicit *nec* poni, ubi accedens res potius apponatur quam aequo loco opponatur: quamquam p. 216. ipse etiam opinionem, qua Bentleius ad Horat. Carm. 3, 11, 35. monstraverat, poetam, ubicumque fieri posset, varietatis caussa mutasse formas, nec bis posuisse *nec* aut *neque*, ad omnes scriptores retulit, et *nec* post *neque*, siculi *seu* post *sive*, ob varietatem dictum esse contendit. Idem fecerat Cortius ad Cic. Epist. fam. 10, 11, 10. Sed Lambinus in Ciceronis libris fere ubique aequalem formam restitui iussit: cui obloquutus est Garatonius in annotat. ad Orat. in Pison. 15. diversas formas compositas demonstrans. Bentleii inconstantiam castigavit Huschkius ad Tibull. 2, 4, 44. p. 355. Errant vero etiam alii omnes, qui non ea exempla secernunt, in quibus *neque* sive etiam *nec* coniungendae sententiae inservit: veluti apud Cic. ad Att. 2, 19. *nec quid faciam scio: neque tantum est in re, quantus est sermo.* Sed Zumptius in Grammat. §. 338. bene docuit, in coniungendis sententiis *neque* post *nec* raro poni secundo loco. Cuius rei caussa in eo cernitur, quod in oratione ad graviora adscendere magis solemus, quam descendere ad minora. Stürenburgius vero in notis ad Cic. p. Arch. germanice scriptis p. 26. audacius praecipit, in disiunctione per duplicem particulam significata numquam inesse aequalitatem rationis, sed rei, quae secundo loco nominetur, semper tribui maiorem potestatem. Quo praecepto simul statuitur, latinam linguam carere forma, qua aequalem disiunctionem exprimat, nec patet, quid fiat in tribus quatuorve rebus disiunctis, veluti apud Cic. de Off. 1, 2, 5. Itemque ille contendit, non recte duas sententias per *nec — neque* componi, quum in secunda sede, quae graviori rei assignanda sit, recipi non possit particula minoris potestatis. Rationem non addit, nec addi potest. Contraria ob metri rationem docuit Cortius ad Lucan. 1, 350. et non exposita caussa Orellius ad Cic. p. Sext. 45. p. 177.

Comparant grammatici graeca οὔτε, quod *nec* sit, et οὐδέ, quod per *neque* reddi debeat. Waltherus ad Tacit. Dialog. 29. *neque* et οὐδέ fortiora appellat. At οὐδέ numquam ponitur in disiunctione absoluta, sed ubi οὐδέ — οὐδέ legitur, alterum prius nectit sententiam cum superiori. Id enim verum constat, *neque*, quod adiungat vel coniungat sententiam, graeco οὐδέ exprimi: in disiunctione autem poni οὔτε — οὔτε. Dixi de hac re in Comment. 2. de particula τέ, neque alia docuit Frankius de Partic. negant. Comm. 2.

Non huc pertinent, in quibus *nec* et *neque* non habent vim disiunctivam, sive in quibus ex altera parte enuntiationis transitus fit in alteram. Cic. de Amic. 2, 8. *sed ego id respondeo, quod animadverti, te dolorem, quem acceperis — ferre moderate, nec potuisse non commoveri, nec fuisse id humanitatis tuae.* ad Att. 2, 19. *nec quid faciam scio: neque tantum est in re, quantus est sermo.* de Leg. 2, 12, 30. *nam sunt ad placandos deos alii constituti, qui sacris praesint solemnibus: ad interpretanda alii praedicta vatum, neque multorum, ne esset infinitum: neque ut ea ipsa, quae suscepta publice essent, quisquam extra collegium nosset.* Quintil. 10, 1, 101. *ac non historia cesserim Graecis, nec opponere Thucydidi Sallustium verear, neque indignetur sibi Herodotus aequari T. Livium.* Caes. B. gall. 3, 14. *intellexit frustra tantum laborem sumi, neque hostium fugam captis oppidis reprimi, neque his noceri posse.*

Aequalitatem rationis agnoscas in his: Coel. ad Cic. Epist. 8, 8, 9. *sic nunc neque absolutus neque damnatus Servilius de repetundis saucius Pilio tradetur.* de Rep. 1, 22. *sed neque his contentus sum, quae de ista consultatione scripta nobis summi ex Graecia sapientissimique homines reliquerunt, neque ea, quae mihi videntur, anteferre illis audeo.* de Re p. 1, 35. *ecce autem maxima voce clamat populus, neque se uni, neque paucis velle parere.* 2, 34. *quae neque Solonem fugerat, neque suorum libidines.* Caes. Bell. civ. 1, 100. *neque a proposito deterrebatur, neque — aut ignominia amissarum navium aut necessariarum rerum inopia ex portu insulaque expelli potuit.* Cic. de Off. 1, 2, 4. *nulla enim vitae pars neque publicis, neque privatis, neque forensibus, neque domesticis rebus, neque si tecum agas quid, neque si cum altero contrahas, vacare officio potest.* ad Fam. 5, 17, 4. *Publio tuo neque opera, neque consilio, neque labore, neque gratia, neque testimonio defui.*

Gravior est negatio, sed aequalis in utraque sententiae parte: Cic. de Sen. 3, 8. *nec hercule, inquit, si ego Seriphius essem, nobilis, nec tu, si Atheniensis esses, clarus umquam*

fuisses. Phil. 2, 8, 20. *tantum dicam breviter: neque illos* (versus), *neque ullas te omnino litteras nosse: me nec reipublicae, nec amicis umquam defuisse.* Graviorem negationem ipsa gravior res in altera sententiae parte requirit. de Re p. 1, 6. *quod nec didicerint, nec umquam scire curaverint.* 3, 11. *at nec inconstantiam virtus recipit, nec varietatem natura patitur.* Curt. 10, 7, 12. *nec velle, nec nolle quidquam diu poterant.* Quintil. 5, 7, 28. *eius rei sine dubio nec disciplina ulla in scholis, nec exercitatio traditur.* Spaldingius ex uno codice turic. recepit *neque — neque:* vereor ut recte. De usu Lucani vide Oudendorpium ad 10, 38.

Cic. de Re p. 1, 37. *dabo tibi testes nec nimis antiquos, nec ullo modo barbaros.* His verbis asseverat non esse testes antiquos: de quo Scipio cum Laelio sermonem conserunt: postea vero Scipio: *si enim et prudentes homines et non veteres reges habere voluerunt, utor neque perantiquis neque inhumanis ac feris testibus.* Qua in conclusione non maior est negationis vis, sed simpliciter nominantur genera hominum.

Cic. ad Fam. 15, 1, 13. *reliqui reges tyrannique neque opibus satis firmi nec voluntate sunt.* ad Att. 3, 30. *rogatio Sestii neque dignitatis habet satis, nec cautionis.* Lambinus scripsit *neque cautionis.* Sed acutiori forma particulae adscendit oratio. de Of. 3, 10, 41. *et tamen muri caussam opposuit, speciem honestatis neque probabilem, nec sane idoneam.* Bene se habet, quod in aliis codd. legitur, *nec probabilem*, sed si *sane* pro *satis* scribitur, necessarium est *nec sane.* de Fin. 1, 3, 7. *sed id neque feci adhuc, nec mihi tamen, ne faciam, interdictum puto.* Non scripsit *neque tamen.* ad Fam. 5, 17, 5. *quem* (casum) *neque vitare quisquam nostrum, nec praestare ullo pacto potest.* Etiam hic Lambinus male scripsit *neque — ullo pacto.* de Re p. 2, 22. *nunc rationem videtis talem, ut reliqua multo maior multitudo sex et nonaginta centuriarum neque excluderetur suffragiis, ne superbum esset, nec valeret nimis, ne esset periculosum.* de Amic. 12, 40. *haec igitur lex in amicitia sanciatur, ut neque rogemus res turpis, nec faciamus rogati.* 15, 52. *qui velit, ut neque diligat quemquam, nec ipse ab ullo diligatur, circumfluere omnibus copiis?* p. Mil. 28, 77. *quarum* (victoriarum) *nulla neque diuturnam attulit laetitiam, nec tantam.* de Off. 3, 27, 100. *ipse Karthaginem rediit: neque eum caritas patriae retinuit, nec suorum.* Plancus ad Cic. 10, 11, 10. *hoc tibi spondeo, mi Cicero, neque animum, nec diligentiam mihi defuturam.* i. e. multo minus diligentiam m. d. Optime perspexit rationem Gernhardus et in Cic. libro de Sen. 19, 70. restituit meliorem scripturam, quam Klotzius repudiavit. Item Goo-

renzius in Cic. de Fin. 4, 27, 73. Sallust. Cat. 31, 2. *neque loco, nec homini cuiquam satis credere: neque bellum gerere, neque pacem habere.* Hac forma imprimis usum fuisse Propertium notavit Huschkius ad 2, 4, 44. p. 355.

Cic. p. Arch. 11, 29. *certe si, — quibus regionibus vitae spatium circumscriptum est, eisdem omnes cogitationes terminaret suas, nec tantis se laboribus frangeret, neque tot curis vigiliisque angeretur, nec toties de vita ipsa dimicaret.* Haec codex erfurtensis, et si Cicero scripsit ita, orationis forma eadem usus est atque in particulis *nec — aut — nec:* nam verba *neque tot curis* annexa sunt antecedentibus.

Quod saepe dicitur *neque enim — nec*, fit ob nexum sententiae: nam *neque* copulativo officio fungitur. Cic. ad Fam. 8, 5, 6. ad Att. 2, 20.

Plaut. Pseud. 1, 1, 95. *cui nec paratus nummus argenti siet, neque cui libellae spes sit usquam gentium.* Terent. Ad. 1, 2, 61. *nec nil, neque omnia haec sunt, quae dicit.* Hec. 3, 5, 62. *quando nec gnatus neque hic mi quidquam obtemperant.* Adelph. 3, 4, 39. Cic. ad Att. 10, 13. *ego autem nec retentis iis confectam rem puto, neque amissis desperatam.* Lambinus, qui ubique aequalem formam restitui iubebat, etiam hoc loco scripsit *neque* pro *nec.* Orat. 4, 14. *nam nec latius neque copiosius de magnis variisque rebus sine philosophia potest quisquam dicere.* Ita meliores libri. de Fin. 2, 32, 105. *nec enim absolvi beata vita sapientis neque ad exitum perduci poterit, si prima quaeque bene ab eo consulta atque facta ipsius oblivione obruentur.* in Verr. 1, 27, 69. ubi vide Zumptium. 2, 37, 91. ad Att. 2, 19. Liv. 43, 9, 1. *nam nec hostes moverunt arma, neque consul in agrum eorum legiones induxit.* Lucret. 1, 62. *nec bene promeritis capitur neque tangitur ira.* Ita codices. Horat. Carm. 3, 11, 43. *nec te feriam, neque intra claustra tenebo.* Virgil. Aen. 2, 491. *instat vi patria Pyrrhus: nec claustra, neque ipsi custodes sufferre valent.* Horat. Epod. 12, 3. Lucan. 1, 350. Tacit. Germ. 9. Dialog. 29.

Tertio in loco, ubi adscendit oratio, recte ponitur *nec.* Cic. de Rep. 2, 26. *fit continuo tyrannus, quo neque taetrius, neque foedius, nec diis hominibusque invisius animal ullum cogitari potest.* Vbi descendit oratio, *neque.* Virgil. Ge. 2, 83. *praeterea genus haud unum nec fortibus ulmis, nec salici lotoque, neque idaeis cyparissis.* i. e. neque etiam i. cy.

5. Haud rara quaestio exoritur, utrum inter duas enuntiationis partes duplex particula ponenda sit, an praestet per unam tantum adiungere alteram partem.

ıtque duplex ponitur particula tum, quum necessi-
atis ratio inest in disiunctione et partes contrariae op-
ıonuntur. In quibusdam formulis semper duplica-
ur, veluti *nec iubeo nec veto.* Vbi *non* praecedit, re-
iqua per *neque* adiunguntur, neque disiunctio est, per
veder — noch reddenda: quem dicendi modum apud
allustium frequentissimum esse notavit Kritzius ad Ca-
il. 52, 6. Poetae in his commutandis sunt faciles. Pro-
ertius componere amat in duabus sententiae partibus
on — et *nec.* vd. Lachmann. p. 64. Apud Ciceronem
uod de Orat. 3, 30, 121. legitur: *non enim solum*
cuenda nobis neque procudenda lingua est, sed one-
andum complendumque pectus maximarum rerum —
arietate: adiunctum habet per *neque*, quod etiam per
tque exprimi poterat. Est enim *et non.* Cf. Ernestium
d h. l.

Horat. Art. poet. 409. *ego nec studium sine divite vena, nec rude quid possit video ingenium.* **Quidam codices Statii** *non studium:* **quod probari non potest. Est enim disiunctio absoluta.**

Plaut. Curc. 1, 2, 58. *neque veto neque iubeo.* **Truc. 2, 8, 11.** *quasi mihi dicat, nec te iubeo nec veto introire in aedis.*

Cic. de Re publ. 2, 36, 61. *quorum non similiter fides nec iustitia laudata.* **Sallust. Cat. 54, 6.** *non divitiis cum divite neque factione cum factioso certabat.* **Multa alia exempla affert Kritzius ad 52, 6.**

Caes. Bell. civ. 1, 76. *se exercitum ducesque non desertoros, neque proditoros, neque sibi separatim a reliquis consilium capturos.*

Florus 3, 18, 11. *nec Annibalis nec Pyrrhi fuit tanta vastatio.* **Sed Lucan. 1, 30.** *non tu, Pyrrhe ferox, nec tantis cladibus auctor Poenus erit.* **Apud Florum Freinshemius putabat rotundiorem orationem fieri verbis:** *non — non*, **quod magis poetam deceret.**

6. Iudicia, quae a logicis disiunctiva vocantur, quum iversas res ad unam notionem referant, tamen in ommuni linguae usu interdum fit, ut uno iudicio comrehendantur ea, quae non re, sed tantum verbis diersa videantur. In his enim aut aliquod discrimen teue inest, aut esse sumitur, quoniam diversa sunt vera, atque duplicata negatione magis tollitur res neanda. Inde vero orta est grammaticorum opinio, *neue — neque* non semper disiunctive poni, sed etiam

aequalia coniungere. Ita etiam Wagnerus ad Virgil Aen. 3, 585.

Cic. de Fin. 1, 16, 50. *sapientiam, temperantiam, fortitudinem copulatas esse docui cum voluptate, ut ab ea nullo modo nec divelli nec distrahi possint.* de Off. 3, 8, 36. *quibus nihil nec tetrius, nec foedius excogitari potest.* de Vniv. 3. (oratio) *quae neque redargui neque convinci potest.* Haec omnia inter se differunt aliquantum.

Cic. de Fin. 2, 15, 48. *ait, eos inani voce sonare, neque intelligere, neque videre, sub hac voce honestatis quae sit subiicienda sententia.* Goerenzius sine caussa dubitat de his verbis, in quibus nulla est disiunctio, et *intelligere* significat cogitationem agitare. de Leg. 1, 8, 24. *ipsisque in hominibus nulla gens est, neque tam immansueta, neque tam fera, quae non, etiamsi ignoret, qualem habere deum deceat, tamen habendum sciat.* Critici e Lactantii libro receperunt *mansueta*. Sed primum etiam apud Lactantium variant codices, quod non factum esset, nisi in Ciceronis loco ipse Lactantius legisset *immansueta:* deinde fera gens et immansueta non eadem: quamquam enim mansuetus fero opponitur (Cic. Phil. 3, 9, 23.), tamen ex fero fit mansuetus, ex immansueto humanus. Praeterea vide quae Ochsnerus in Eclog. p. 22. dixit. Caes. B. gall. 1, 43. *quum neque aditum neque caussam postulandi iustam haberet.* ubi Lippert.

Virgil. Ge. 4, 98. *quod nec concubitu indulgent, nec corpora segnes in venerem solvunt.* Aen. 3, 584. *nam neque erant astrorum ignes, nec lucidus aethra siderea polus.* Quae logica ratione ad unam notionem referuntur, poetae licet e diverso loco spectare atque ideo diversa pronuntiare.

7. Denique accedit hoc, quod Kritzius ad Sallust. Cat. 58, 1. bene observavit, sed non ad rationes reduxit, adiungi saepe disiunctionem ita, ut in priori *neque* simul insit copulativa vis pro *et neque* posita et per *und weder* reddenda. Ab his tamen differt ea forma, in qua *non* praemisso additur *neque*, quod bis terve poni potest.

Sallust. Cat. 11, 3. *avaritia semper infinita, insatiabilis est, neque copia neque inopia minuitur.* i. e. et neque copia neque inopia m. 58, 10. *eadem illa advorsa fient, neque locus neque amicus quisquam teget, quem arma non texerint.* 2, 3. Iug. 85, 23. *maiorum gloria posteris quasi lumen est, neque bona eorum, neque mala in occulto patitur.* Cat. 58, 1. *compertum*

enim habeo, milites, verba virtutem non addere, neque ex ignavo strenuum, neque fortem ex timido exercitum oratione imperatoris fieri. Non erat necessarium, quod Kritzio visum est, ut prima pars in disiunctionem reciperetur et scriberetur *verba neque virtutem addere neque* etc. sed *neque* idem est quod *et neque.*

Sallust. Iug. 61, 1. *Metellus postquam videt frustra inceptum, neque oppidum capi, neque Iugurtham nisi ex insidiis aut suo loco pugnam facere.* ubi illud *frustra* negationis instar est.

8. Sententiae disiunctivae possunt communi negationi submitti: quo fit, ut negatio praemittatur vel gratiatis vel perspicuitatis caussa. Pleonasmum alii appellant immerito. In hac vero oratione Wagnerus p. 585. n. 11. dicit necessario requiri *nec*, non *neque*. Nam Virgilium Ecl. 4, 53. scripsisse *non me carminibus vincet nec Thracius Orpheus, nec Linus.* Aen. 9, 428. *nihil iste nec ausus, nec potuit.* At necessitatem hanc non ad omnia exempla pertinere videmus, sed tantum ad ea, in quibus maior inest vis negationis. Vbi enim perspicuitatis ac distinctionis caussa disponitur sententia in singulas partes, recte etiam *neque — neque* post *non* aliudve negativum nomen ponitur, sicuti post non etiam *vel — vel* dicitur. Atque hoc non paucis exemplis comprobatur. Ceterum distinguamus ea exempla, in quibus duo praedicata componuntur, ab iis, in quibus praemisso nomine *nullus* sive *nemo* adiiciuntur, quae in eo continentur.

Exempla contulerunt Drakenborch. ad Liv. 3, 26, 5. 4, 7, 5. ad 4, 58, 5. ad 34, 1, 5. Heusinger. ad Cic. Off. 1, 20, 1. 1, 26, 10.

Cic. ad Att. 9, 12. *non medius fidius prae lacrimis possum reliqua nec cogitare nec scribere.* Liv. 1, 26, 12. *non tulit populus nec patris lacrimas nec ipsius parem in omni periculo animum.* 4, 58, 5. *fortissimi milites non tamen, nec vivi nec post mortem inulti fuere.*

Cic. p. Mur. 27. *ita sum animo affectus, ut non queam satis neque communem omnium nostrum conditionem, neque huius eventum fortunamque miserari.* ad Fam. 5, 17, 10. *nullo loco deero neque ad consolandum, neque ad levandam fortunam tuam.* Liv. 28, 32, 5. *non enim eos neque natos in eadem terra, nec ulla secum societate iunctos esse.* Videndum, an scripserit Livius *neque ulla.*

Cic. de Off. 3, 19, 76. *immo intelligat, nihil nec expedire, nec utile esse, quod sit iniustum.* de Rep. 1, 6. *nihil nec didicisse umquam nec docere.* de Off. 3, 8, 36. ad Fam. 13, 1, 14. Liv. 35, 10, 7. *nihil nec petierat a populo post triumphum, nec adeptus erat.* 37, 6, 7. *nihil enim nec legatione Atheniensium, nec placido Africani responso profectum videbant.* Cic. ad Fam. 2, 19, 2. *posteaquam mihi nihil neque a te ipso neque ab ullo alio de adventu tuo scriberetur* etc. 3, 7, 14. p. Rosc. Am. 28, 78.

Liv. 4, 7, 5. *praeterquam quod nullo nec exemplo nec iure fieret.* 6, 16, 3. *nullius nec oculi nec aures indignitatem ferebant.* 34, 1, 5. *matronae nulla nec auctoritate nec verecundia nec imperio virorum contineri limine poterant.* 38, 58, 11. Propert. 2, 19, (15,) 5. Nemesian. Ecl. 2, 46.

Cic. de Leg. 1, 8, 24. *ipsisque in hominibus nulla gens est neque tam mansueta neque tam fera, quae non, etiamsi ignoret qualem habere deum deceat, tamen habendum sciat.* vd. n. 6. de Div. 1, 1, 4. *gentem quidem nullam video neque tam humanam atque doctam, neque tam immanem tamque barbaram, quae non significari futura — censeat.* de Off. 1, 2, 4. Alia multa exempla collegit Beneckius ad Iustin. 25, 5, 3.

Terent. Eun. 1, 2, 67. *habeo hic neminem neque notum neque cognatum.* Cic. p. Rosc. Am. 8, 22. Liv. 38, 50, 11. Cic. ad Att. 8, 1. *quarum nemo nec stultior est quam L. Domitius, nec inconstantior quam App. Claudius.* de Off. 2, 5, 17. *neminem neque ducem belli nec principem domi magnas res et salutares sine hominum studiis gerere potuisse.* de Orat. 1, 29, 132. *ego enim neminem nec motu corporis, neque ipso habitu atque forma aptiorem, nec voce pleniorem aut suaviorem mihi videor audisse.* Alibi dicitur *nemo aut — aut.* Caes. B. civ. 3, 47. 3, 61.

Liv. 43, 13, 1. *non sum nescius, ab eadem negligentia, qua nihil deos portendere vulgo nunc credant, neque nuntiari admodum nulla prodigia in publicum, neque in annales referri.* Gronovius correxit *ulla:* quod ob ipsum vocabulum *admodum* non potest probari: collocatio verborum inveniet excusationem.

9. Potest in hac compositione alterum prius omitti: quemadmodum pro eo, quod Gronovio placuit: *quod nihil neque silvae, neque ad insidias latebrarum habebant*, Livius 27, 41, 4. scripsit *quod nihil silvae neque ad in. lat. h.* Cf. n. 1. et 3.

Sallust. Cat. 12, 2. *nihil pensi, neque moderati habere.* ubi male Cortius *atque.* Liv. 2, 30, 5. *nihil ex ea familia triste, nec superbum metuebant.* Alia vide apud Drakenborch. ad 27, 41, 4. Dubia est scriptura apud Cic. Parad. 4, 1, 29. *nihil neque meum est, neque cuiusquam, quod auferri — potest.* codices duo Manutii omittunt prius *neque.*

10. In iis, quae non disiunctionis habent rationem (vide p. 123.), solvi potest in poetica dictione nexus partium, unde fit, ut in altera sententia *non* ponatur. Erant qui compararent Graecorum consuetudinem verba οὔτε — οὐ, μήτε — μή componendi: cuius alia est caussa, quum una particula τε satis faciat componendis partibus disiunctivis, atque οὔτε — οὐ etiam in rebus cum necessitate disiungendis locum habeant, veluti apud Euripidem Orest. 46. ἔδοξε δ' Ἄργει τῷδε μήθ' ἡμᾶς στέγαις, μὴ πυρὶ δέχεσθαι, μήτε προσφωνεῖν τινα. Comparari vero poterant οὐδὲ — οὐ, veluti in Batrachomyom. v. 84.

Propert. 3, 2, 9. *quod non taenariis domus est mihi fulta columnis, nec camera auratas inter eburna trabes, nec mea phaeacas aequant pomaria silvas, non operosa rigat marcius antra liquor.*

Tibull. 1, 6, 45. *haec ubi Bellonae motu est agitata, nec acrem flammam, non amens verbera torta timet.* Horat. Epist. 1, 16, 45. *nec furtum feci, non fugi.* Sic codex helmstad. sed male, nisi etiam scribamus *non furtum feci.*

11. De verbis *et — nec* in sententiis coniungendis exposuimus Tom. 2. p. 584. Eodem modo componuntur sententiae per *nec — et, neque — et:* de quo usu Manutius ad Cic. Epist. fam. 10, 1. extr. Cortius ad Sallust. Iug. 74, 1. Heusingerus, qui aliquando dubitaverat, ad Cic. de Off. 1, 19, 9. Longolius ad Plin. Epist. 10, 98. Oudendorp. ad Apulei. T. 1. p. 416. Beierus ad Cic. de Off. 1, 21, 72. et ad 3, 4, 20. Frotscherus ad Quintil. 10, 1, 2. Herzogius ad Sallust. Cat. 32, 1. Wellauer in Iahnii Annal. Supplem. 1. p. 402. Walther. ad Tacit. Ann. 15, 28. Kritzius ad Iug. 1, 5. aliique diseruerunt. Secernenda sunt ea exempla, in quibus *neque* coniungit enuntiationem cum antecedente, veluti Cic. de Leg. 1, 9, 27. *neque enim omnia sunt huius disputationis ac temporis: et hunc locum satis — ex-*

pressit Scipio. Liv. 2, 11, 10. *ita caesi in media prae datores, neque ad pugnam viribus pares, et ad fu gam septis omnibus viis.* aut per *et* duo nomina con iunguntur, uti apud Sallust. Iug. 24, 5. *nisi tamen in telligo illum supra, quam ego sum, petere, nequ simul amicitiam nostram et regnum meum sperare* Virg. Ge. 2, 220. *nec scabie et falsa laedit robigin ferrum.* Herzogius rationem ita constituit: per *ne que — et* non aequalia componi, sed *neque* praefigi ge nerali notioni et negationem esse leviorem, contra pe *et* adiungi rem singularem, quae ob ipsam affirmatio nem gravior sit. In his id verum est, non aequalia esse quae ita componuntur. Negavit Lippertus in Excur ad Caes. B. gall. p. 619. contra Herzogium disputan non adscendere orationem hac formula ad graviora, se partes sententiae strictius coniungi, aliis exclusis: quo ipsam cohaerentiam spectans. nemo non agnovit. Se oratio aut descendit per *nec — et* ita, ut graviori nega tione aliquid fortius negetur, cui aliud accedat, quo vel illa sublata, vel praeterea esse dicitur: saepe illu *nec* reddi potest per *keineswegs:* nec raro additur i quod restrictius dicatur per *et certe:* aut adscendit ora tio per *neque — et* ita, ut sententia exsistat verborum *non modo non — sed adeo, sed potius.* Si quis tame locus ab hac norma alienus videtur, id aut errore libr riorum aut negligentia scriptorum factum esse putab mus, aut nulla est partium, quae collocantur, viciss tudo. Graecorum οὔτε — τε non exacte responde quum aequalia componant. In afferendis caussis sae dicitur *nam neque — et.*

Cic. ad Fam. 4, 6, 13. *tempus quod est totum ad unius luntatem accommodandum et prudentis et liberalis, et ut p spexisse videor, nec a me alieni, et tibi amicissimi.* Prius ill distincte negat, alterum de aliena amicitia non item affirm de Off. 2, 12, 43. *at eius filii nec vivi probabantur bonis, et m tui numerum obtinent iure caesorum.* 1, 2, 72. *siquidem anxii futuri sunt, et gravitate constantiaque victuri.* 3, 14, *eques romanus nec infacetus et satis litteratus.* ad Fam. 28, 8. 10, 1, 7. *Furnium nostrum tanti a te fieri, quant ipsius et humanitas et dignitas postulat, nec miror et gau* Hoc est: nequaquam miror, et gaudeo etiam. de Fin. 5, 72. *haec est nec omnia spernentis praeter virtutem, et virtu ipsam suis laudibus amplificantis oratio.* 1, 1, 3. Fragm. H

tensii 54. p. 483. Orell. *itaque nec in philosophia cuiquam cessit, et vitae gravitate praestitit.* Caes. Bell. gall. 5, 31. *omnia excogitantur, quare nec sine periculo maneatur, et languore militum et vigiliis periculum augeatur.* Liv. 21, 19, 3. *in Hasdrubalis foedere nec exceptum tale quidquam fuerit, et tot annorum silentio ita vivo eo comprobatum sit foedus, ut ne mortuo quidem auctore quidquam mutaretur.* i. e. et praeterea. 30, 37, 10. *de pace multis verbis disseruit, quam nec iniqua et necessaria esset.* Quintil. 9, 4, 7. *quando res nec ulla sine arte satis valeat, et comitetur semper artem decor.* Spaldingius ait: maluit nec, quam *nulla*, ut esset nec pro ne — *quidem.* Virgil. Aen. 12, 801. *nec te tantus edat tacitam dolor, et mihi curae saepe tuo dulci tristes ex ore recursant.* Wagnerus si usum horum verborum considerasset atque reputasset os dici dulce, cum Jahnio reiecisset falsam Heynii interpretationem, Iustin. 8, 6, 8. *nam nec in eo ius cognationis servavit, cui ademit regnum: et eum, cui dedit, impudicum fecit ante quam regem.* Alia vd. apud Heusinger. in Actis soc. lat. ienens. T. 1. p. 43. et in Observat. p. 197. Ovid. Met. 2, 42. *nec tu meus esse negari dignus es, et Clymene veros, ait, edidit ortus.* Male Lippertus reddit *und in der That*, quum sensus sit: praeterea etiam Clymene significavit ortum.

Cic. Somn. Scip. 7. *qui nec pauciores et certe meliores fuerunt.*

Duplex *nec.* Cic. Brut. 58, 198. *sed omnis nec claudicans nec quasi fluctuans et aequaliter constanterque ingrediens numerosa habetur.*

Terent. Eun. 5, 5, 23, (4, 43.) *vide, Parmeno, quid agas, ne neque illi prosis et tu pereas.* i. e. et adeo. Cato de Re r. 130. *ita neque fumosa erunt, et ardebunt bene.* Cic. de Leg. man. 1, 2. *ita neque hic locus vacuus umquam fuit ab iis, qui vestram causam defenderent, et meus labor — ex vestro iudicio fructum est amplissimum consequutus.* i. e. non modo non — sed etiam. de Orat. 2, 7, 27. *ego vero — neque Antonium verbum facere patiar et ipse obmutescam.* p. Quint. 1, 2. *qui neque usu satis, et ingenio parum possum.* de Fin. 1, 16, 52. ubi vide Goerenz. Somn. Scip. 4. extr. p. Rosc. Am. 30, 83. *tametsi neque omnia dicam et leviter unumquodque tangam.* Celsus 2, 8. p. 75. *quacumque vero parte corporis membrum aliquod resolutum est, si neque movetur, et emarcescit, in pristinum habitum non revertitur.* Sallust. Cat. 32, 1. *quod neque insidiae consuli procedebant, et ab incendio intelligebat urbem vigiliis munitam.* Liv. 8, 12, 11. *nam neque, quoad fuit consul, criminari apud popu-*

lum patres destitit, — et postquam senatus — dictatorem adversus rebellantes Latinos dici iussit, Aemilius, cuius tum fasces erant, collegam dictatorem dixit. Vellei. Pat. 2, 33, 3. *nam neque Pompeius, ut primum ad rem publicam aggressus est, quemquam animo parem tulit, et in quibus rebus primus esse debebat, solus esse cupiebat.* Confer eiusdem generis Caes. B. gall. 2, 24. 3, 14. 5, 19. 3, 60.

Caes. Bell. gall. 4, 1. *atque in eam se consuetudinem adduxerunt, ut locis frigidissimis neque vestitus praeter pellis habeant quidquam, quam propter exiguitatem magna est corporis pars aperta, et lavantur in fluminibus.* Notanda est haec structura verborum.

Senec. de Ira 3, 8, 3. *elige simplices, faciles, moderatos, qui iram tuam nec evocent et ferant.* Melius videtur *neque*. Tacit. Hist. 1, 1. *dignitatem nostram a Vespasiano inchoatam, a Tito auctam, a Domitiano longius provectam non abnuerim: sed incorruptam fidem professis nec amore quisquam et sine odio dicendus est.* Waltherus ex cod. florent. recepit *neque*. At ipsa, quae antecedit, sententia iubet scribere *nec*, etiam si id in libris scriptis non exstaret.

12. Vbi post *neque* sequitur *et non*, idem est, quem modo diximus, orationis adscensus, et *non* adhaeret uni cuidam nomini.

Cic. de Off. 3, 1, 1. *quae declarat illum et in otio de negotiis cogitare et in solitudine secum loqui solitum, ut neque cessaret umquam, et interdum colloquio alterius non egeret.* de Orat. 1, 39, 179. *homo neque meo iudicio stultus et suo valde sapiens et a iuris studio non abhorrens.*

Nec mutatur ratio, quando in altero membro *et tamen* additur.

Cic. de Fin. 2, 20, 64. *qui* (dolor) *si adesset, nec molliter ferret, et tamen medicis plus quam philosophis uteretur.* Redde *nec* per *keineswegs*, ut alterum illud accedere videatur.

Celsus 6, 6, 8. p. 353. *vinum bibere lene, subausterum, modice vetus: neque effuse neque timide: ut neque cruditas ex eo, et tamen somnus* fiat. i. e. non modo non — sed etiam.

13. De verbis *neque — ac* vide Tom. 1. p. 511. Sed quum hic usus tantum recentiori tempore invaluerit, in quo discrimen, quod inter *nec* et *neque* intercedit, pene oblitteratum erat, tamen scriptores istius aetatis semper dixisse videntur *neque — ac*, non *nec* —

ac. Singulari modo Columella (2, 11, 1.) 2, 10, 24. *nam cetera neque enumerare ac minus serere dignamur.* pro eo, quod paullo ante scripsit *nec minus.*

Orellius in nova editione Cic. Orat. 5, 20. quorumdam librorum scripturam recepit: *horrida oratione neque perfecta atque conclusa.* Ea vero reiicienda erat, non ob eam causam, quam Peter affert, quasi *neque* ante *perfecta* falsum sit, sed propter usum loquendi a Cicerone alienum. Liv. 24, 40, 3. *eam urbem, sitam in plano, neque moenibus neque viris atque armis validam, primo impetu oppressam esse.* Ita codices, et recte: nam viri atque arma una comprehenduntur notione: sunt armati viri.

14. In particula *que*, ubi vocabulum *nec* antecedit, mirum videri potest, quod oppositum adiungit. Nimirum sunt loci, in quibus *que* id notat, quod praeter alia accedit. Caes. Bell. gall. 5, 2. *hi neque ad concilia veniebant, neque imperio parebant, Germanosque transrhenanos sollicitare dicebantur.* Tamen etiam alia ratione *que* ponitur, ubi nos dicimus *und dagegen*, aut ubi reddere possumus *keineswegs — vielmehr.* Quare etiam adiicitur *potius. Neque — que* non habent tantam vim, sed duas res simpliciter componunt, alteram negativam, alteram affirmativam. Dixerunt de hac re Heusingerus ad Cic. Off. 1, 19, 6. Beierus ad 1, 21. p. 169. Matthiae ad Catil. 2, 13, 28. Goerenz. ad Cic. de Fin. 1, 14, 48. sed non satis distinxerunt rationes.

Cic. de Leg. 1, 15, 42. *ita fit, ut nulla sit omnino iustitia, si neque natura est, eaque, quae propter utilitatem constituitur, utilitate alia convellitur.* Quod in libris quibusdam legitur *illa*, ut sensum habeat, corrigendum est *ulla.* de Fin. 1, 14, 48. *ex quo intelligitur, nec intemperantiam propter se esse fugiendam temperantiamque expetendam.* de Div. 1, 32, 68. *tum neque te ipsum non esse commotum, Marcumque Varronem et M. Catonem — doctos homines, vehementer esse perterritos.* in Catil. 2, 13, 28. *illud profecto perficiam — ut neque bonus quisquam intereat paucorumque poena vos omnes iam salvi esse possitis.* Sed praestat altera librorum scriptura, *ut ne quis bonus intereat.* Sulpicius ad Cic. Epist. 4, 5, 1. *qui si istic adfuissem, neque tibi defuissem coramque meum dolorem tibi declarassem.* Caes. Bell. civ. 3, 74. *neque satis militibus perterritis confidebat spatiumque interponendum ad recreandos animos putabat.*

Ovid. Met. 2, 811. *quae neque dant flammas, lenique tepore cremantur.*

Cic. de Div. 2, 43, 91. *at hi nec totidem annos vixerunt: anno enim Procli vita brevior fuit: multumque is fratri rerum gestarum gloria praestitit.* Sententia est: etiamsi anno iunior erat Proclus, praestitit fratri gloria multum. de Fin. 1, 14, 48. *ex quo intelligitur nec intemperantiam propter se fugiendam esse, temperantiamque expetendam.* Virgil. Aen. 9, 138, 10, 319. Ge. 2, 463.

Cic. de Amic. 27, 104. *sed nec illa exstincta sunt, alunturque potius et augentur cogitatione.*

Cic. Tusc. 1, 29, 71. *Socrates nec patronum quaesivit ad iudicium capitis, nec iudicibus supplex fuit adhibuitque liberam contumaciam a magnitudine animi ductam.* Klotzius si unius loci de Amicitia memor fuisset, non negasset *nec* et *que* opponi posse. Sin cum eo censemus, per *que* adhaerere sententiam non necessariam, omnis vis et ratio orationis perit.

15. *Neque — neque non* tradunt grammatici dici pro *neque — et.* Atque ex iis, qui *nec non* usurpare solebant, Varro haud raro *neque non* et *nec non* composuit ita, ut seiungi non possint, neque vocabulum *non* referri ad verbum. Quae similia apud Ciceronem (Epist. ad Fam. 3, 12, 6. ad Att. 10, 9. epist. Coelii) leguntur, non sunt huius generis.

Varro de Re r. 1, 1, 6. *quarto* (invocabo) *Robigum ac Floram, quibus propitiis neque robigo frumenta atque arbores corrumpit, neque non tempestive florent.* 2, 2, 14. *neque natum ex his idoneum est, neque non ipsae fiunt deteriores.* 3, 16, 8. *neque ipsae sunt inficientes, nec non oderunt inertes.*

16. Poetis et oratoribus licet mutare orationem. Quare post *neque*, non altera negatione posita, sententia affirmativam induit formam: veluti Ovid. Heroid. 1, 105. *sed neque Laertes, ut qui sit inutilis armis, hostibus in mediis regna tenere valet: Telemacho veniet, vivat modo, fortior aetas.* Atque huius anacoluthiae ratio modo in verbis per parenthesin interpositis, modo in varietatis gratia excusationem invenit.

Virgil. Ecl. 3, 102. *his certe neque amor caussa est: vix ossibus haerent: nescio quis teneros oculus mihi fascinat agnos.* In parenthesi interposita sunt verba *vix ossibus haerent.* Cic. de

Fin. 1, 7, 23. *ita prorsus existimo, neque eum Torquatum, qui hoc primus cognomen invenit, aut torquem illum hosti detraxisse, ut aliquam ex ea perciperet voluptatem corpore, aut cum Latinis tertio consulatu conflixisse apud Veserim propter voluptatem. Quod vero securi percusserit filium* etc. *Quid? T. Torquatus is, qui consul cum Cn. Octavio fuit* etc. Pergere debebat *neque Torquatus is, qui*, sed interpositis verbis mutavit orationem. *Quid? T. Torquatus is*, etc. Goerenzii opinio, qua *neque* pro *ne quidem* accipiatur, non uno nomine est improbanda: nam abhorret ab ipsa Ciceronis sententia. Cf. Matthiae Miscell. II, 1. p. 98. et Ottonem ad h. l. In eumdem modum Klotzius vindicare conatus est librorum antiquorum scripturam in Cic. de Am. 20, 73.

17. Negatio, quae per *nec* exprimitur, in alteram partem sententiae traduci potest per disiunctivas particulas *ve*, *vel*, *aut*, quae vim negandi praestant. Sed grammatici quidam observasse sibi visi sunt eodem modo etiam *que*, *et*, *ac* poni. De qua opinione disputavimus T. II. p. 537. Nunc afferam locum ambiguum Flori, in quo *et* pro *nec* positum esse videtur 1, 16, 11. *hic armis exutos mittere sub iugum maluit, ut nec amici forent beneficio, et post flagitium hostes magis.* Herennius pater enim suaserat, omnes captivi aut dimittrentur, ut beneficio forent amici, aut occiderentur, ut hostes tollerentur. Sic Livius 9, 3, 12. narrat. Contrarium maluit filius Herennii Pontii, quod Florus ita exposuit, ut in altero argumento negatio addi deberet. At Florus non loquitur ex sententia Pontii, sed de suo iudicio addit: factum esse, ut Romani non essent amici beneficio, sed post flagitium hostes magis exsisterent. Alter locus est Quintiliani 12, 6, 2. *modus mihi videtur quidam tenendus, ut neque praepropere destringatur immatura frons, et quidquid est illud adhuc acerbum proferatur.* ubi Buttmannus necessitatem emendationis longa expositione demonstravit. Sed posthac huius erroris ipsum poenituit. Zumptius enim bene perspexit orationis non absolutae caussam. Vide eum Tom. 5. p. 443. Tertium locum praebet Livius 4, 29, 6. *nec libet credere, et licet in variis opinionibus.* Quae Drakenborchius protulit, ut comprobaret *nec* pro *et non* poni, dissimilia erant atque absona: tamen etiam Buttmanno persuasit, ut in *licet* intelligeret *non credere.* Quod non potest intelligi. Sed interpunctio-

ne indicanda erat ratio loci: *nec libet credere: et licet in v. o.* i. e. et licet id facere. Quae Wyttenbachius in Bibl. criticae Vol. 3. P. 3. p. 4. affert exempla Propert. 1, 8, 13. 1, 16, 12. alio prorsus modo sunt tractanda. Burmannus ad Vellei. Pat. 2, 45. adeo contendit, *que* in priori sententiae parte negativam significationem accipere ex *neque*, quod sequitur.

De *neque — vel* Oudendorp. ad Apulei. T. 1. p. 192. et 806. Caes. B. gall. 3, 14. *neque satis Bruto, qui classi praecrat, vel tribunis militum centurionibusque, — constabat.* Vlpian. Fragm. 5. 6. *sed tantum fratris filiam, non etiam sororis nec amitam vel materteram.* Certissima est Rhenani coniectura apud Tacit. Ann. 1, 32. *quod neque disiecti, vel paucorum instinctu, sed pariter ardescerent.* Waltherus defendendo nocuit: nam *neque* quomodo accipi possit pro *auch nicht*, equidem non perspicio. De *neque — aut* vide Tom. 1. p. 543. De *nec — ve* Bentlei. ad Horat. Epod. 16, 6. et ad Carm. 3, 1, 43. qui tamen negare non debebat, post duplex *nec — nec* adiungi posse tertium per *que*. Veluti in altero Horatii loco: *quodsi dolentem nec phrygius lapis, nec purpurarum sidere clarior delinit usus, nec falerna vitis achaemeniumque costum.*

Fikenscher in Annal. Schol. a. 1829. p. 682. contra Zumptium loquutus attulit exempla, quae nihil probant. Nemo enim negavit, post *nec* nomini alicui adiici posse alterum per *et, que, atque.* Multa exempla affert Wellauer in Ialinii Annal. Supplem. 1. p. 402. Tibull. 3, 4, 87. 4, 1, 143. Lucan. 2, 372. *ille nec horrificam sancto dimovit ab ore caesariem, duroque admisit gaudia vultu.* Ovid. Trist. 2, 347. *sed neque me nuptae didicerunt furta magistro, quodque parum novit, nemo docere potest.* Pro *nec quisquam.*

Liberiori compositione Livius scripsit 27, 19, 4. *ad id sibi neque opes deesse, animum etiam superesse.*

18. Sed in priori loco *nec* omitti posse, quod in posteriori ponitur, Oudendorpius docuit ad Caes. B. civ. 3, 71. Tamen in ipsa disiunctione id fieri non potest: potest vero in complicata sententia negatio omitti, quae in adiecta altera parte exprimitur.

Caes. B. civ. 3, 71. *sed in litteris, quas scribere est solitus, neque in fascibus insignia laureae praetulit.* Ita non pauci codices. Et placuit elegantiae nomine Oudendorpio.

Cic. de Lege agr. 3, 2, 4. *caput est legis XL, de quo ego*

consulto, Quirites, neque apud vos ante feci mentionem, ne — refricare obductam rei publicae cicatricem viderer. cf. p. 108.

19. Quae disiunguntur, possunt simul etiam opponi. Quare Martialis dixit 6, 75, 4. *has ego nec mittam Pontia, sed nec edam,* Similiter Graeci οὔτε — οὐδέ.

20. In secunda parte enuntiationis particulae *nec* sive *neque*, mutato orationis cursu, interdum addantur aliae. Vbi Latini *neque — neque tamen* dicunt, nos Germani dicimus *weder — noch auch.* *Neque vero* significat *multo minus:* quod ipsum conveniret etiam formae *nec vero:* sed desidero exempla certa. Verba *ja selbst nicht*, quae Goerenzius ad Cic. de Fin. 2, 11, 33. comparat, non ubique apta videntur.

Planc. ad Cic. Epist. 10, 24, 16. *nos interea duriori conditione bellum sustinemus: quod neque expeditissimam dimicationem putamus, neque tamen refugiendo commissuri sumus, ut maius detrimentum respublica accipere possit.* Propert. 1, 16, 9. *nec possum infamis dominae defendere noctes nobilis obscoenis tradita carminibus, nec tamen illa sua revocatur parcere famae.*

Cic. p. Mur. 35, 74. *neque tamen Lacedaemonii auctores istius vitae atque orationis, qui quotidianis epulis in robore accumbunt: neque vero Cretes, quorum nemo gustavit umquam cubans, melius quam Romani homines, qui tempora voluptatis laborisque dispertiunt, res publicas suas retinuerunt.* p. Sext. 16, 36. *neque huic vestro tanto studio audiendi, neque vero huic tantae multitudini — deero.* Orellius ex edit. Nauger. recepit *nec vero*, quamquam in codd. etiam bernensibus legitur *neque.*

Cic. p. Coel. 30, 72. *cui neque proprium quidem crimen quaestionis obiicitur, nec vero aliquid eiusmodi, quod sit a lege seiunctum, cum vestra severitate coniunctum.* de Inv. 1, 3, 4. *veri simillimum mihi videtur, quodam tempore neque in publicis rebus infantes et insipientes homines solitos esse versari, nec vero ad privatas causas magnos ac disertos homines accedere.*

Cic. Tusc. 5, 33, 93. *secundum autem genus cupiditatum nec ad potiendum difficile esse censet, nec vero ad carendum.*

*) De commutatis verbis *ne* et *nec* vide p. 59. Etiam cum *haec* commutari *nec* notavit Drakenborch. ad Liv. 31, 20, 7. cum *non*, ad 5, 54, 2. Kreyssig. ad Liv. 37. p. 318.

NEC — QVIDEM.

In constituendis particulis *nec — quidem* viri docti in tres partes discesserunt. Muretus (Opp. Tom. 3. p. 262.), Lambinus (ad Rhetor. Herenn. 1, 16.), Io. Frid. Gronovius (ad Donati Vit. Virgilii 16.), Graevius (ad Sueton. Tib. 15.), Bentleius, Dukerus (ad Flor. 2, 5, 3.), Facciolatus, Cortius ad Sallust. Iug. 81, 3. Ernestius, qui tamen ipse ad Cic. orat. p. red. 9, 22. dubitasse videtur, Drakenborchius ad Liv. 1, 10, 3. Ruhnkenius (ad Terent. Eun. 4, 4, 14.), Heusingeri (ad Cic. Off. et in Observat. p. 141-240. 475.), Wolfius, Orellius ad Cic. Brut. 85, 289. et Topic. 6, 29. quamquam alia erat eius sententia ad Cic. de Nat. d. 3, 9, 25. negarunt dictionem hanc esse latinam, aut a bonis scriptoribus usitatam. Ex altera parte exstiterunt defensores, qui *nec — quidem* pro *et ne — quidem* omni tempore dictum esse affirmabant, Erasmus ad Cic. Off. 2, 11. Torrenius ad Valer. Max. 3, 7, 1. Schellerus in Observ. p. 103. et 212. L. Henr. Vossius ad Virgil. Georg. 1, 390. Heinrichius ad Cic. Orat. p. Tullo p. 80. Passovius ad Tacit. Germ. 7. Zumptius ad Cic. Verrin. 2, 20, 48. Sed Bremius ad Cic. de Fin. 2, 25. p. 215. a Ciceronis usu alienum esse declarat: alios scriptores dixisse *nec — quidem* pro *ac ne — quidem:* itemque Ochsnerus in Eclog. p. 261. Inter utrosque medium tenent ii, qui *nec — quidem* ab *ne — quidem* et structura et significatione differre monstrarunt. Nam Gernhardus ad Cic. de Sen. 9, 27., re bene perspecta, docuit in *ne — quidem* utramque voculam esse arctissime coniunctam: in *nec — quidem* singulas voces per se valere, nec alteram alterius causa esse necessariam: *ne — quidem* autem saepe abruptius dici pro *nec — quidem.* Eum sequuti sunt Frotscherus ad Quintil. 10, 1, 33. Beneckius ad Iustin. 7, 5, 8. Kritzius ad Sallust. Iug. 51, 5. qui paullo obscurius disputavit: *nec* inferre negationem sententiae antecedentibus per *etiam* adiectae, et *quidem* addi ad unum vocabulum insigniori aliqua vi efferendum. Sed Wagnerus ad Virgil. Ge. 1, 126. ait: *ne — quidem* emphasin habere, *nec — quidem* nullam: illud excludendi atque opponendi, hoc definiendi et limitandi potestatem habe-

re: illud esse *nicht einmal*, hoc *und zwar nicht, und zwar auch nicht.* His contraria Waltherus ad Tacit. Hist. 1, 66. et Ann. 4, 35.: *nec quidem* esse *auch nicht einmal*, et gravius negare quam *ne — quidem.* Goerenzius ad Cic. Acad. 2. p. 152. diversitatem agnovit, sed *quidem* esse dixit *sane:* quod alienum est.

Principium quaestionis in eo positum videtur, ut demonstretur *nec — quidem* recte dici pro *et ne — quidem:* quod unus Beneckius ad Iustin. p. 120. fortiter negavit atque *nec* pro *et non*, *etiam non* positum censuit. Qualis vero fides iis, quae de antiquis libris narrantur, habenda sit, luculento documento monstrat Liv. 31, 31, 10. ubi quum Bekkerus dixisset omnes codices praebere *nec* vel *neque — quidem*, nunc Kreyssigius p. 143. testatur, in cod. bambergensi scriptum esse *ne.* In plurimis enim libris compendium *nc* et *ne* oculis vix distingui possunt. Quare in iis scriptoribus, quorum scripta non antiquis exemplaribus exstant, semper manebit dubitationis caussa. Neque tantum in coniungendis sententiis, sed etiam in iis mediis substituerunt librarii suum *nec:* cf. Cic. de Off. 1, 15, 28. p. Arch. 5, 10. ubi codices inferioris ordinis servant *ne:* saepe etiam *quidem* adiecerunt, simplici *nec* non contenti. cf. Cic. de Off. 3, 4, 17. Praeterea necesse est, veteres scriptores secernamus a recentioribus, qui ad illum usum verbi *nec* propius accedebant, quem apud recentissimos pervagatum videmus. De veteribus hoc quidem constat: ubi exprimendus erat negationis adscensus, veteres non modo in media oratione, sed etiam in adiungenda sententia dixerunt *ne — quidem:* nam *ne* etiam in aliis sententiis addendis non inserta copula pro *neu* locum obtinere, id iam exposui p. 55.: quamquam librarii plerumque ideo substituerunt *nec*, ut necterent orationem. Sed Florum, Suetonium, Iustinum, et qui post eos vixerunt, *nec* cum *quidem* coniunxisse, adeo in media oratione, nemo in dubium vocabit, ubi reputaverit illo saeculo *nec* pro *et ne*, *etiam ne* acceptum esse. Sed ne ab his quidem auctoribus omnibus certa testimonia peti possunt. Nam in Columellae libris multos locos codicum auctoritate emendari debere, monstravit Drakenborch. ad Liv. 1, 10, 3.: in libris Valerii Maximi, in quibus Torrenius omnibus fere locis *nec* scripsit, Seebodius (Crit. Bibl. a. 1819.

1. p. 304.) narrat antiquum codicem, praeter unum locum, qui ad aliud genus dicendi pertinet, ubique praebere *ne:* et quum sequimur Schweighaeuserum in recensendis epistolis Senecae, dubitabimus, an Seneca umquam usus fuerit particula *nec*, quae tamen in reliquis eius libris etiamnunc saepe legitur.

Florus 2, 17, 3. *alioquin ita undique mari Pyrenaeoque vallata est, ut ingenio situs nec adiri quidem potuerit.* Sueton. Calig. 11. *naturam tamen saevam atque probrosam nec tunc quidem inhibere poterat.* Iustin. 7, 5, 8. *Perdiccae hoc indignior caedes videbatur, quod ei apud matrem misericordiam nec parvulus quidem filius conciliaverat.* 38, 4, 2. *quin vero sit resistendum impugnantibus, nec eos quidem dubitare, qui spe victoriae careant.* Petron. 13, 1. *nam adhuc nec suturae quidem attulerat rusticus curiosas manus, sed tamquam mendici spolium etiam fastidiose venditabat.* 132, 9. *nam nec nominare quidem te inter res seria fas est.* Hic verborum usus ab iis, qui de aetate Petronii iudicare velint, considerari debet: tamen c. 110. in verbis: *quem alloquio dignum nec Lycas quidem crederet*, cod. memmian. habet *ne*. Apud Curtium in tribus locis vulgo legitur *nec — quidem:* sed in 3, 11, 21. et 3, 11, 24. etiam codices praebent *ne*, et 10, 4, 3. ad alterum genus, de quo n. 3. dicturus sum, pertinet. Exempla, quae in Apuleii Metam. inveniuntur, notavit Oudendorp. p. 158.

Seneca de Ira 1, 6, 2. *non est ergo natura hominis poenae appetens: et ideo nec ira quidem secundum naturam hominis, quia poenae appetens est.* 3, 4, 3. *non vis ergo admoneam eos, qui — in magnae fortunae bonis ponunt paratam ultionem, quam non sit potens, immo nec liber quidem dici possit irae suae captus?* de Const. sap. 8, 1. *nec est quod mireris, si nemo potest illi iniuriam facere, nec prodesse quidem quisquam potest.* Plin. Pan. 27, 4. *sciunt — locupletatis tam multis pauperiorem esse factum principem tantum: quamquam nec hunc quidem.* Ernestius corrigi iubet *ne*. Plin. Hist. n. 8, 36, 54. *quippe nec somno quidem saginatis.* Apud Quintilianum 10, 1, 33. critici iamdudum restituerunt *ne*. Nic. Bachius in Annal. schol. a. 1833. p. 861. hanc dictionem dicit propriam fuisse Tacito: atque ea legitur Ann. 2, 35. Hist. 1, 66. 2, 76. 2, 82. 4, 38. Dialog. 18. 29. 40. Sed cod. budensis in Hist. 2, 82, in Ann. 11, 6. 14, 35. 15, 11. alii libri *ne* exhibere narrantur: quis igitur fidem dabit non reliquis in locis ita legi. Apud Sueton. Tiber. 37. servari debebat meliorum librorum *ne*.

2. Firmius id affirmare licet, scriptores recentioris ævi *nec — quidem* dixisse, ubi *nec* vel alia negatio in priori sententiae parte praecessisset.

Senec. de Ira 12, 1. *non est itaque utilis, nec in proeliis quidem, aut in bellis ira.* Cons. ad Polyb. 25, 4. *nec hoc tantummodo non licet, nec somnum quidem extendere in partem diei licet.* Quibus exemplis defendi posset apud Livium 27, 18, 4. *nec tumulos, nec arcem, nec mare quidem armis obstitisse suis:* nisi cod. Put. haberet *ne.* Et afferrem Valer. Max. 3, 2, 1. nisi Seebodius id, quod Drakenborchius coniecerat, *ne* in antiquo codice invenisset. Tacit. Ann. 14, 35. *eo provectas Romanorum cupidines, ut non corpora, nec senectam quidem aut virginitatem impollutam relinquant.* Sed cod. guelf. *non senectam*, et 2, 80. *non animus, non spes, ne tela quidem.*

3. Sed quum recte diceretur *non — quidem* (Cic. Brut. 17, 67.) ita ut in negativa sententia aliquod nomen additio vocabulo *quidem* vel restringeretur vel efferretur, nihil impediebat, quo minus etiam diceretur in adiuncta sententia *neque* sive *nec — quidem*, in quibus *quidem* non ad *nec* spectaret, eique plerumque *sed* opponeretur. Quare verum perstat illud, quod iam Muretus docuit, *nec — quidem* a bonis scriptoribus non licere pro *ne quidem* sive *et ne quidem, sed ne — quidem:* in iis autem locis, quae *nec* habent, hoc in vinculenda sententia pro *et non* poni.

Cic. ad Fam. 6, 6, 2. *his autem litteris animum tuum — etsi non sapientissimi, at amicissimi hominis auctoritate confirmandum etiam atque etiam puto: nec iis quidem verbis, quibus te consoler ut afflictum et iam omni spe salutis orbatum, sed ut eum, de cuius incolumitate non plus dubitemus, quam te memini dubitare de mea.* Et paullo post: *nec nos quidem nostra divinatio fallet.* Verrin. 2, 20, 48. *de isto id quod omnes videbant neque ille quidem obscure loquutus est.* *Quidem* additum est pronomini *ille* ex vulgari usu, nec recte Zumptius dicit esse *ac ne obscure quidem.* ad Fam. 12, 1, 4. *nec eius quidem rei fidem video.* ad Att. 9, 12. extr. (13.). Liv. 22, 60, 12. *si hoc P. Sempronius diceret, nec viros quidem, nec Romanos vos duceret, si nemo tantae virtutis exstitisset comes.* ubi Gronovius in eum modum, quem p. 66. et p. 68. illustravimus, coniecit scribendum esse *ne:* quod non erat necessarium in disiunctiva sententia: sed ibi quoque codex unus habet *ne.* Quintil. 9, 3, 55. *non enim dixi quidem, sed non scripsi: nec scripsi quidem, sed non obii legationem: nec obii quidem, sed non persuasi Thebanis.* Senec. de

Conet. sap. 14, 8. *non vindicavit iniuriam: nec remisit quidem, sed factum negavit.*

In Ciceronis et Caesaris libris nullus est locus, in quo non id, quod dixi, comprobatum videas. Cic. de Sen. 9, 27. *nec nunc quidem vires desidero adolescentis: is enim erat alter de vitiis senectutis: non plus quam adolescens tauri aut elephanti desiderabam.* Haec cum proxime antecedentibus cohaerent: *in litteris elaboravi*, quae ipsa de senectutis tempore dicuntur: quare non dici poterat *ne nunc quidem*, sed *ne vires quidem desidero adolescentis.* Sed erunt, qui *nunc quidem* pro *νῦνγε* accipiant: ii tamen frustra quaerent causam huius gravitatis. Quare praestat, quod P. Marsus coniecit, *nec nunc equidem*, ut *nec* significet *sed non.* de Div. 1, 9, 16. *nec hoc quidem quaero, cur haec arbor una ter floreat.* In his quomodo *quidem* stare posset, nemo monstravit. Nam quod Goerenzius explicat *nec hoc sane quaero*, nullum habet sensum. Aut scribendum est *nec hoc equidem quaero*, aut recipienda altera codicum scriptura *ne hoc quidem*, quod Gernhardus non absurde, ut aliis visum est, exposuit. Copula non desideratur: *nec hoc quidem* sensu caret. Acad. 2, 26, 82. *Epicurus autem posse putat etiam minorem esse eum* (solem) *quam videatur, sed non multo: ne maiorem quidem multo putat esse.* In *nec maiorem quidem*, quod Goerenzius recepit, *quidem* non potest commode explicari. Sententia est: Epicurus concedit solem esse posse paullo minorem terra: sed ne in eo quidem, quod dicunt solem maiorem esse, concedit multo maiorem esse. Lael. 13, 44. *haec igitur prima lex amicitiae nuntiatur, ut ab amicis honesta petamus, amicorum causa honesta faciamus: ne exspectemus quidem, dum rogemur.* Qui scripserunt *nec — quidem*, supposuerunt eamdem sententiam. Omittitur in *ne — quidem* copula. Apud Cic. de Fin. 1, 15, 49. in defendendis verbis *nec — quidem* erravit Goerenzius: nam ea sententia, quam ibi requirit, ipsa inest in *nec — quidem*, quod in antiquis libris legitur. de Nat. d. 3, 9, 23. *nihil igitur affert pater ille Stoicorum, quare mundum ratione uti putemus, nec cur animantem quidem esse.* Hoc loco Orellius *nec quidem* pro *et ne quidem* accipiendum censet, quod alibi negavit. Sed scripserunt librarii *nec*, qui non reputaverunt in his sententiis copula non opus esse: alii servarunt *ne.* in Catil. 3, 10, 24. *ultus est huius victoriae crudelitatem postea Sulla: ne dici quidem opus est, quanta deminutione civium.* Ita optimi codices et Priscianus. Errant Beneckius, qui *nec* scribendum censet, quoniam non praecedat altera negatio minor, (vide p. 66.) et Gernhardus, qui nescire se profitetur, quid maius cogitari debeat,

quod fieri multo minus opus sit. Est enim: *es braucht gar nicht gesagt zu werden.* Si vero *nec* scripseris, *quidem* ad unum verbum *dici* ita spectabit, ut reddas *und es braucht nicht eben gesagt zu werden.* de Div. 1, 50, 112. non dubitari debebat de veritate scripturae *ne Pherecydes quidem:* nam auctoritas codicis rebdig. si qua est. admodum parva est. Sallust. Iug. 51, 5. *sed nec Iugurtha quidem interea quietus erat.* Id ab linguae ratione postulari existimat Kritzius, qui verba illa reddit: *aber auch Iugurtha für sein Theil war unterdessen nicht müssig.* Sed ratio, qua in hac oratione verba *quidem* et *für seinen Theil* addantur, nemo intelligit. At referendus est hic locus ad eam rationem, quam p. 65. n. 9. exposui. Nam verba *sed ne Iugurtha quidem*, quae leguntur in codicibus sat multis, significant: ne quis putet Iugurtham quietum fuisse: erat Iug. omnino non quietus.

Omitto alios locos, in quibus *nec* ea auctoritate codicum destituitur, quae in optione praevalet: nam verisimilius est librarios, qui in nectendis sententiis aliquid desiderassent, *ne* in *nec* mutasse, quam contrarium. Cf. Cic. Tusc. 2, 13, 30. ubi errorem meum iure reprehendit Orellius p. 379. de Sen. 10, 33. Acad. 2, 17, 52. 2, 26, 82. Brut. 85, 289. Quintil. 9, 4, 43. Tacit. Hist. 2, 76. Virgil. Georg. 1, 126. 1, 390. ubi Iahn. 3, 561. Prae ceteris in Cic. Verr. 1, 14, 36. appareret, quanta fuerit librariorum negligentia.

NEC DVM.

Nec dum, neque dum sive, ut veteres etiam scripsisse videntur, colligatis vocabulis *necdum*, eodem modo usurpatur, quo *nondum*, sed in coniungenda sententia ab antiquis scriptoribus semper primo loco positum aut significat *et nondum* aut *sed nondum.* Cf. T. 2. p. 323. Herzogius ad Caes. Bell. civ. 1, 58. dicit *neque dum* gravius esse quam *nec dum.* Rationem huius sententiae non assequor: et ipse vir doctus alibi formae *nec* maiorem vim tribuit. Saepe componuntur verba *necdum satis.* Sed locum, quo *necdum* apud comicos legatur, notatum habeo nullum.

Cic. ad Att. 6, 1. *Cassius ineptas litteras misit: necdum Bibuli erant allatae.* Liv. 33, 1, 5. *quercntes coloniam suam novam et infirmam, necdum satis munitam esse.* Tacit. Ann. 15, 8. Iuvenal. 11, 66. *haedulus — inscius herbae, necdum ausus virgas humilis mordere salicti.* Sueton. Aug. 10. *quamquam patricius, necdum senator.*

Virgil. Ecl. 9, 26. *quae Varo necdum perfecta canebat.* Voss.: „*necdum* antiqua forma pro nondum.“ At interpunge: *quae Varo, nec dum perfecta, canebat.* Aen. 5, 608. *multa movens, necdum antiquum saturata dolorem.* Et postpositum 5, 414. *his ego suetus, dum melior vires sanguis dabat, acmula necdum temporibus geminis canebat sparsa senectus.*

Cic. ad Att. 14, 10. *ille autem quid agat, si scis, neque dum Roma es profectus, scribas ad me velim.* p. Cluent. 27, 73. *qui quodam odore suspicionis Stalenum corruptum esse sensisset, neque dum rem perfectam arbitraretur.* Caes. B. civ. 1, 58. *qui repente ex onerariis navibus erant producti, neque dum etiam vocabulis armamentorum cognitis.* Celsus 5, 26, 33.

2. Sed quum *necdum* unum verbum esset factum, recentiores scriptores, praesertim *et*, *atque* praemissis, dicebant pro *nondum*.

Plin. Pan. 56, 2. *quo fit, ut prope in immensum diffundatur oratio mea: et necdum de biennio loquor.* 14, 1. *et necdum imperator, nec dum dei filius eras.* Columell. 10, 55. *atque ubi iam tuto necdum confisus Olympo, sed trepidus profugit chelas et spicula Phoebus dira Nepae — nescia plebs generis matri ne parcite falsae.*

Pallad. 4, 10, 22. *mespila ad servandum leguntur necdum mitia.*

Plin. Pan. 64, 2. *stupeo, P. C., nec dum satis aut oculis meis aut auribus credo.* Codices tres *nec dumque*, quod Schwarzius aliquo modo vindicaturus ad aliena aberrat. Dicendum est *nec dum*.

3. Componitur *necdum* cum aliis particulis adversativis, et dicitur *necdum tamen*, quod a simplici *necdum* differt maiore gravitate.

Cic. ad Att. 6, 3. *necdum tamen ego Quintum conveneram.* Sueton. Tiber. 44. *atque etiam quasi infantes infirmiores, necdum tamen lacte depulsos inguini ceu papillae admoveret.*

Cic. Tusc. 3, 28, 68. *philosophi summi, neque dum tamen sapientiam consequuti, nonne intelligunt in summo se malo esse?*

4. Non ab hoc usu discedit Cicero ad Q. frat. 3, 8. *sed eius rei maturitas neque dum venit, et tamen, quum voles, depones.* Nam *neque — et* eadem ratione collocantur, quam exposui p. 133. Sed alia huius structurae exempla non inveni.

5. Recentiori usui convenit abundantia in collocandis vocabulis *adhuc — necdum.*

Sueton. Ner. 7. *tener adhuc, necdum matura pueritia.* Galb. 5. *quae maritum quoque adhuc, necdum coelibem Galbam adeo multis sollicitaverat modis, ut* etc. Displicet Oudendorpii coniectura *nedum coelibem*, etiam ob ea, quae de matre Lepidae addita sunt. de Gramm. 24.

NECVBI. NECVNDE.

1. Verba *ne alicubi, ne alicunde* contracta dicebantur *necubi, necunde.* Duplex in his est explicandi ratio, sed incerta. Nam qui existimant litteram *c* remanisse ex verbo *aliquo*, non reputasse videntur, quomodo *ali* avelli potuerit: qui autem arbitrantur *c* litteram esse ad hiatum tollendum interpositam, non respiciunt veteres grammaticos, qui narrant, solitum fuisse scribere *aliquobi.* Significatio firmior constat, etiamsi non tam rara exstant exempla, ut Herzogius ad Bell. g. 7, 5. dicit.

Caes. B. gall. 7, 35. *dispositis exploratoribus, necubi effecto ponte Romani copias traducerent.* Liv. 22, 2, 3. *admixtis ipsorum impedimentis necubi consistere coactis necessaria ad usus deessent.* 22, 16, 5. 22, 28, 8. 25, 33, 9. 38, 49, 7. Sueton. Aug. 46. Lucan. 9, 1058. *scilicet hoc animo terras atque aequora lustras, necubi suppressus pereat gener.* ubi Oudendorpius et Burmannus aliorum librorum scripturam *ne tibi* praetulerunt, ne prima syllaba *nec* producenda esset. At poterat produci *nec*, quod *ne* est. Lactant. de Opif. dei 11, 17.

Sueton. Aug. 86. *quod quo facilius efficeret, aut necubi lectorem vel auditorem obturbaret ac moraretur, neque praepositiones verbis addere, neque coniunctiones saepius iterare dubitavit.*

Liv. 22, 23, 10. *circumspectans, necunde impetus in frumentatores fieret.* 28, 1, 9. *signa quam maxime ad laevam iubebat ferri, necunde ab stationibus punicis conspiceretur.* Non probari poterat, quod Vossius reposuit apud Catullum 67, 25. *quaerendumque necunde foret nervosius illud, quod posset zonam solvere virgineam.* Scripsit Catullus: *et quaerendumst, unde foret* etc.

2. Quemadmodum *ut ne*, etiam *ut necubi* dicitur.

Varro de Re r. 2, 2, 19. *itaque faciunt lapide strata, ut urina necubi in stabulo consistat.* Columell. 2, 17, (18), 4. *grumos* —

dissipabimus ita, ut necubi ferramentum foenisecis possit offendere. Editiones Iunii aliorumque omittunt *ut.*

*) Commutata sunt voc. *nec ubi* et *nec tibi* apud Lucan. l. l. et *ne cui* apud Lactant. l. l. vd. Cellar. et Bünemann. Alias commutationes notavit Drakenborch. ad Liv. 38, 49, 7.

NEDVM.

Grammatici vocabulum *nedum* ut explicarent, ad ellipsin statuendam confugiebant et graeca μὴ ὅτι, μὴ ὅπως comparantes, docebant, *nedum* omisso verbo esse pro *ne dicam.* At quod per se constat, supplemento non eget. Demonstravimus *ne* cum maiori gravitate negationem exprimere et in oppositis rebus significare eam, quae minus quam aliae ante dictae vel cogitatae suppetat aut nullo pacto admittatur. Id si quis verbis *ne dicam, ne quis dicat* et germanico *geschweige* expresserit, sententiam tenebit fere eamdem, non explicabit particulam. Nam ipsa haec particula vicem coniunctionis praestat, quae post se coniunctivum habet. Praeterea cum *ne* coniunctum est *dum*, quod, uti iam Tom. 2. p. 291 et 322. demonstravi, decursum temporis indicat et ad augendam negationem ita refertur, ut germanico *durchaus nicht* respondeat. Et illud *ne* quum prohibitivam potestatem habeat, et de iis usurpetur, quae in cogitatione tollantur, uti graecum μή, ipsum significat *ne quis dicat* sive *cogitet*, germanicum *abgesehen von.* Et comparari potest *ne* in *nisi.* Sed sunt dictiones, in quibus explanandis adhibere nullo modo possis verba *ne dicam*, quibus adscendimus ad maiora et graviora, quae eloqui cum quadam cunctatione audemus. Comparari igitur debent graeca μή τι — γε, μή τί γε δή.

Absurda erat opinio, quam Schellerus in Observat. p. 189. proposuit his verbis; „*nedum* videtur esse conflatum e *ne dicam* per contractionem.“

Vsus huius vocabuli non ad antiquissima videtur attinuisse tempora, in quibus *ne* simplex dicebatur. Apud Terentium *nedum* semel, apud Plautum nusquam legitur. Nam de loco Cas. 5, 4, 23. vide Gronovii notam.

Per *nedum* res tollitur omnino, atque dicitur non in considerationem venire. Id vero in negativa senten-

ia eam rationem habet, ut res, quae dicitur, multo minus quam ante dicta suum locum obtineat, in affirmativa autem, ut res, quae per se intelligitur, ne demonstranda quidem videatur. Componitur cum verbis pud Ciceronem: apud alios scriptores posterioris aetais adverbii vice fungitur.

1. Atque primum adest negatio in antecedentibus, it *nedum* sit *multo minus*.

Terent. Heaut. 3, 1, 43. *satrapa si siet amator, numquam sufferre eius sumptus queat, nedum tu possis.* Cic. p. Cluent. 35, 95. *optimis hercle temporibus — nec P. Popillius, nec Q. Metellus clarissimi atque amplissimi viri, vim tribuniciam sustinere potuerunt, nedum his temporibus, his moribus — salvi esse possimus.* Propert. 1, 4, 9.

Tacit. Ann. 4, 11. *quis enim mediocri prudentia, nedum Tiberius — offerret?* Interrogatio par est negationi.

Ne quis haereat in Quintil. 1, 1, 5. *non assuescat ergo, nedum infans quidem est, sermoni, qui dediscendus sit:* illud est considerandum, *ne* pertinere ad *quidem*.

2. Prior negatio ipsa iam maioris esse potest gratiatis, cui altera accedat amplior. Quare praecedit e — *quidem*. Vide p. 66. Manut. ad Cic. Epist. Fam. , 28.

3. Vocabula *vix*, *aegre*, sicuti in aliis dictionibus, tiam in hac negationis instar sunt.

Cic. ad Fam. 16, 8, 3. *vix in ipsis tectis et oppidis frigus infirma valetudine vitatur, nedum in mari et via sit facile abesse ab iniuria temporis.* Agrar. 2, 35, 97. *singularis homo privatus, nisi magna sapientia praeditus, vix facile sese regionibus officii, magnis in fortunis et copiis continet: nedum isti — non statim conquisituri sint aliquid sceleris et flagitii.* Liv. 40, 15, 14.

Liv. 24, 4, 1. *puerum vixdum libertatem, nedum dominationem modice laturum.*

Liv. 6, 7, 3. *et aegre inermem tantam multitudinem, nedum armatam, sustineri posse.*

4. Quo modo *ne ut* componantur, suo loco est exositum: eodem etiam *nedum ut* dicuntur.

Liv. 3, 14, 6. *ne voce quidem incommoda, nedum ut ulla vis fieret, paullatim permulcendo tractandoque mansuefecerant plebem.*

Tacit. Dial. de Orat. 10. *quando enim rarissimarum recitationum fama in totam urbem penetrat? nedum ut per tot provincias innotescat.*

5. In affirmativa sententia additur per *nedum* res, quae quum per se certa aut perspicua sit, ne considerari quidem debet. Sed erant, qui, auctorem Manutium sequuti, a Cicerone *nedum* nusquam positum esse, nisi praecedente negatione, docerent, ideoque, ubi non expressa esset, tectam aliquam negationem in antecedentibus verbis supponerent. At natura particulae recte perspecta nullam omnino ambiguitatem subesse putabimus.

Cic. ad Fam. 7, 28, 1. *erat enim multo domicilium huius urbis — aptius humanitati et suavitati tuae, quam tota Peloponnesus, nedum Patrae.* In hoc quidem loco cogitari potest totam Peloponnesum non aptam fuisse. Sed intellige *ne dicam, ganz abgesehen von P.* Sallust. Cat. 11, 8. *quippe secundae res sapientium animos fatigant, nedum illi corruptis moribus victoriae temperent.* Liv. 10, 32, 4. *ubi et intrare, nedum vastare ipsi Samnitium agrum prohiberentur.* Drakenborchius negationem in *prohibere* conditam solvere iubet, ut sit: non permitterentur intrare, nedum vastare. Quidni vero: intrare, ne dicam vastare, prohiberentur? 28, 40, 11. *rebus quam verbis assequi malui, ut, qui aliorum iudicio mihi comparatus erat, sua mox confessione me sibi praeferret: nedum ego perfunctus honoribus certamina mihi atque aemulationes cum adolescente florentissimo proponam.* Tacit. Ann. 13, 20. *sed cuicumque, nedum parenti, defensionem tribuendam.* 13, 38. Hist. 3, 66.

6. Hac ratione possunt componi duae res, quarum altera multo magis valet, ut, omni dubitatione exemta, ne designatione quidem opus esse videatur. Ita fit, ut *nedum* exprimat *multo magis.* Prima re posita etiam altera ponitur. Atque collocantur in duabus enuntiationis partibus verba *etiam — nedum*, *quoque — nedum*, quorum exempla vide Tom. 2. p. 563. *vel — nedum.*

Quintil. 12, 1, 38. *ac primum concedant mihi omnes oportet, — facturum aliquando virum bonum, ut mendacium dicat, et quidem nonnumquam levioribus causis, ut in pueris aegrotantibus utilitatis eorum gratia multa fingimus —, nedum si ab homine occidendo grassator avertendus sit.*

Sueton. Galb. 5. *quae maritum quoque adhuc, nedum coeli-*

bem, Galbam adeo omnibus sollicitaverat modis, ut etc. Si Oudendorpii emendatio vera esset: sed vide p. 149.

Liv. 26, 26, 11. *et consules bellicosos ambo — creatos, qui vel in pace tranquilla bellum excitare possent, nedum in bello respirare civitatem forent passuri.* 45, 29, 2.

7. A poetis commutatur oratio ita, ut *ne dum* coniunctio fiat, suum verbum secum ferens.

Horat. Art. poet. 63. *debemur morti nos, nostraque, sive receptus terra Neptunus classis Aquilonibus arcet, regis opus: — mortalia cuncta peribunt, nedum sermonum stet honos et gratia vivax.*

Propert. 1, 9, 31., *illis* (blanditiis) *et silices et possunt cedere quercus, nedum tu possis, spiritus iste levis.* Heinsius adverbii caussam reputans ob verbum *possis* restituendum censuit *possint:* quod habet cod. neapol. Magis vero offendit ipsa sententiae compositio, quae ubi cum Terentii verbis p. 151. allatis contuleris, desiderabis aliud verbum. At sententia est: de te nulla est dubitatio: ne igitur dicam te posse cedere. Drakenborchius *cedere* pro *non pares esse* accipiens interpretatur: silices possunt non pares esse, tantum abest, ut tu possis. Certe dicere debebat: non possunt pares esse.

8. Contrahitur oratio omisso verbo, ut *nedum* adverbii officium praestet. Apud Ciceronem nullum exstat exemplum.

Liv. 34, 20, 7. *vix clamorem eorum, nedum impetum, Suessetani tulere.* 9, 17, 17. *saltus Apuliae ac montes etiam victis Macedonibus graves, nedum victoribus.* 35, 43, 6. *vix ad Graeciam nudam occupandam satis copiarum, nedum ad sustinendum romanum bellum.* Tacit. Hist. 5, 5. *nulla simulacra urbibus suis, nedum templis, sinunt.* Liv. 24, 4, 1. 6, 7, 3. 10, 32, 4. Tacit. Ann. 4, 10. iam supra allati. Liv. 7, 40, 3.

9. Quod dicebant grammatici *nedum* interdum poni pro *non solum*, sequente *sed etiam*, id ab ipsa particulae natura abhorrere videtur. Alii igitur ad perversum loquendi usum id retulerunt, sed Laur. Valla negavit omnino. Schellerus in Observat. p. 189. dici ita putat pro *non modo* sive *ne dicam.* Invertitur vero oratio, et *etiam*, quod priori in parte enuntiationis collocari solet, obtinet posteriorem locum. Sed exempla sunt admodum dubia. Si ita loquuti sunt Latini, Graecos sunt imitati. Platon. Conviv. p. 207. E. καὶ μὴ ὅτι κατὰ

τὸ σῶμα, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὴν ψυχήν. Xenoph. Mem. 2, 9, 8. καὶ οὐχ ὅτι ὁ Κρίτων ἐν ἡσυχίᾳ ἦν, ἀλλὰ καὶ οἱ φίλοι αὐτοῦ.

Balbus in Cic. Epist. ad Att. 9, 6. *nedum hominum humilium, ut nos sumus, sed etiam amplissimorum virorum consilia ex eventu, non ex voluntate a plerisque probari solent.* Schützius cum Weiskio scripsit *etsi nedum*. Quod ipsum ab elegantiori dictione alienum: vd. n. 8: tamen cod. medic. habet *meum*. Suspicor *nedum* scripsisse, qui ante *sed etiam* necessariam putavisset negationem, sed Balbum ita: *nimirum hominum humilium, ut nos sumus, sed etiam amplissimorum virorum consilia ex eventu — probari solent. Tamen freti* etc. Cic. ad Att. 10, 16. *tu quoniam quartana caret et nedum morbum removisti, sed etiam gravedinem, te vegetum nobis in Graecia siste.* In his non modo usus particulae offendit, sed ipsius sententiae conformatio. Nemo unquam dicat: etiam gravedinem, nedum morbum removisti. Quare optimo iure restituit Orellius scripturam medicei codicis *et novum morbum removisti:* de qua iam Manutius disputavit ad Epist. fam. 7, 28.

*) *Nedum* commutatum videmus cum *ne tum* apud Plaut. Men. 5, 7, 55. saepe cum *necdum*, ut apud Liv. 21, 6, 5.

NEMPE.

Particularum nulla videtur esse, quae iamdudum a grammaticis tam recte explicata, sed ab iis, qui nunc latine scribunt, tam male usurpata sit, quam *nempe*. Ea enim, quae in Tursellini libro leguntur, naturam vocabuli plurima ex parte accurate illustrant, et ea, quae ab aliis postea sunt tradita, subtiliter distinguunt significationes per orationis formam diversas: tamen unum illud desideramus, quod non omnibus, quae disponuntur, significationibus unum fundamentum commune est substructum. Dixerunt de hac re Heindorfius ad Horat. Sat. 1, 10, 1. Weberus in libro, quem inscripsit *Uebungsschule* p. 515. edit. sec. A. Iacobus in Jahnii Annal. Vol. 8. p. 140. Hartungius in libri de Particulis graecis Tom. 1. p. 485.

Nempe ex verbis *nam* et *pe*, quibus etiam *nemut* et *quippe* constant, compositum esse, omnes consentiunt. Illud *pe* Doederlinus Synon. Tom. 6. p. 234. graecum πη sive πα esse dicit, Gerh. Vossius ποῦ et πτε comparat: Hartungius autem, conferens *utpote, nempe*

ve *nemppe* pro *nempote* dici et *pote* esse *puta* confi-
nter affirmat. Tamen qui haec credat, neminem fore
spicor. Alternant syllabae *pte* (in *mihipte*, *suopte*)
, *te* (in *tute*), et eamdem significationem habent
onstrativam. Vltra progredi in hac quaestione non li-
t. Quare sive dicis *nempe* esse factum ex *nempte*,
ve syllabam *pe* primitivam putas, vocabulum *nam* vi
finitiva augescit.

Nam quum rem aliquam designet et definiat, *nem-*
significat rem esse apertam et certam, quae vel per
vel per alias res intelligatur et constet extra dubita-
nem. Sed propria est haec particula colloquii, atque
de in orationes translata: quare ea rarius utuntur ora-
res, nisi ubi colloquentis personam induunt. Sed
artungius existimat, eam posse appellari interrogati-
un, quoniam quae opinione concipiantur, etiam in
odum interrogationis possint pronuntiari: alii dixe-
int *nempe* ubique accedere ad interrogationem pro-
terea, quod significet: nonne? estne ita? At alia est
s particulae, alia forma orationis, quae illam mode-
tur, non gignit. Nam *nempe*, etiam extra interro-
ationem positum, affirmat directe. Neque melius aut
istinctius id videtur esse, quod nonnulli ironicam
articulam ambiguo verbo vocant. Ironia enim ad for-
am orationis pertinet atque aliunde accedit, nec
sus particulae tantum ad dissimulationem aut irrisio-
em spectat. Aliarum linguarum vocabula si compara-
us, latino in plurimis respondet germanicum *halt*,
alter, de quo Hartungius Tom. 2. p. 416. disputavit:
quibusdam dictionibus declarandis graecum *οὖν* adhi-
eri potest, in aliis *δηλαδή*. Saepe reddi licet per *ia*, vel
er alias particulas affirmandi.

Heindorfius reddit per *doch wohl*, *doch* et putat indicari id, quod ei, qui loquitur, certum videtur, etiam ei, qui audit, videri debere. Sed quae affert exempla, non omnia quadrant.

I. 1. Primum igitur *nempe*, vocabulum colloquii,
dicat claram esse et affirmandam rem ex alterius, qui
olloquitur, sententia vel mente. Ex alterius enim ver-
is ducitur argumentum, vel additur iis, quae dicta
rant, affirmatio, quo sensu accipienda sint. Germani
oquuntur *ia*. Particula enim vim habet verborum *est*
ta, *negare non potes*, vel quod interrogatione expri-

mitur in colloquio: *estne ita?* Saepe componuntur verba *nempe dicis* et similia.

Plaut. Mil. 1, 1, 16. *memini: nempe illum dicis cum armis aureis.* i. e. sine dubio, *du meinst ja.* Aul. 2, 4, 14. *nempe huic dimidium dicis, dimidium domi?* ST. *Nempe sicut dicis.* Mil. 2, 3, 66. *nempe tu istic ais esse herilem concubinam.* Asin. 2, 2, 72. *sed tamen tu nempe eos asinos praedicas vetulos, claudos.* Cic. Verr. 2, 61, 150. *nunc, quod mihi abs te datur, id accipio, eos tibi esse inimicissimos. Nempe ita dicis, propter decumas.* Plaut. Cas. 3, 4, 9. *nempe tute dixeras, tuam arcessituram esse uxorem meam.*

Horat. Epist. 1, 16, 75. *adimam bona. Nempe pecus, rem, lectos, argentum: tollas licet.* i. e. tu intelligis.

Plaut. Merc. 4, 4, 20. *nempe uxor ruri est tua, quam dudum dixeras te odisse aeque atque angues.* i. e. *dein Weib ist ia auf dem Lande.* Curc. 1, 1, 41. *etiam taces?* PA. *Nempe obloqui me iusseras.* i. e. *du hast mir ia zu widersprechen geheifsen.*

Valer. Flacc. 8, 48. *prior ipse dedisti quam, scis nempe, fidem.*

2. Sed dicitur etiam de re, quae per se constat, sive quae aperta nullam admittit negationem. Modo igitur refertur ad intelligentiam, cui nihil obstat: ubi Germani dicunt *es versteht sich daſs:* modo id spectat, quod vel sine exceptione, vel non addita conditione affirmari debet: quod Germani exprimunt verbis *geradehin, allerdings, ohne weiteres, freilich*, et quod magis respondet, vulgari *halt:* modo simpliciter affirmat: *re vera, wirklich.*

Terent. Andr. 4, 4, 27. *recte ego nempe has fugi nuptias.* i. e. apparet nec negari potest me recte fugisse nuptias. Horat. Epist. 2, 2, 162. *das nummos, accipis uvam, pullos, ova, cadum temeti. Nempe modo isto paullatim mercaris agrum fortasse trecentis, aut etiam supra, nummorum millibus emtum.* i. e. plane intelligitur, apparet. Terent. Heaut. 4, 1, 26. *nempe illi anui prodita abs te filia est planissume.*

Plaut. Men. 3, 3, 11. *redde igitur spinther, si non meministi.* MB. *Mane: immo equidem memini: nempe hoc est, quod illi dedi.* i. e. *ia die ist's, die ich ihr gab*, sive *'s ist halt die, die ich ihr gab.*

Plaut. Pseud. 1, 2, 18. *nempe ita animati estis vos.* i. e. apertum est. Paullo ante dixerat: *verum ita vos estis perditi.* Curc. 2, 1, 20. *quid agis?* CA. *Vivo.* PA. *Nempe ut dignus es.* i. e. *ganz so wie du es werth bist.*

Lucan. 8, 351. *civilibus armis elegit te nempe ducem.* Horat. Sat. 2, 10, 1. *nempe incomposito dixi pede currere versus Lucili: quis tam Lucili fautor inepte est, ut non hoc fateatur?* Heindorfius: *das habe ich doch wohl am Lucilius getadelt.* Quis vero ita loquitur. Est, non nego me dixisse: *allerdings habe ich am L. g.*

Ovid. Amor. 3, 7, 47. *optabam certe recipi. Sum nempe receptus.* i. e. *wirklich.* Quintil. 7, 1, 47. *nempe sequetur, ut quaeramus* etc. i. e. iusto modo.

Comicus ludit hoc vocabulo in Aul. 2, 4, 14. in Rud. 2, 7, 7. cuius lusus aliud exemplum video in Epigramm. Anthol. 3, 204, 3. *nempe parum casta es: nempe es deprensa. Negabis? Res venit ad lites: rursus et illa nega. Dic potius: sed nempe semel, sed nempe puella.* In hoc quidem lusu verborum praecedere potest *sed.*

3. Argumentum affert rei, quae ante oculos omnibus versatur, aut omnibus sat nota est, ubi oratores dicere solent *quid? quod —.*

Ovid. Met. 13, 93. *nempe ego mille meo protexi pectore puppes.* i. e. uti omnibus est notum. Propert. 4, 1, 92 (88.) *nempe meam firmant nunc duo busta fidem.* i. e. ecce. 4, 5, 41. *nec te Medeae delectent probra sequacis. Nempe tulit fastus ausa rogare prior.*

Horat. Epist. 1, 10, 22. *nempe inter varias nutritur silva columnas.* i. e. *pflanzt man ja unter Säulen zur Abwechselung Gebüsch.* Sat. 2, 7, 107. Ovid. Met. 2, 663. *in equam cognataque corpora vertor. Tota tamen quare? Pater est mihi nempe biformis.* i. e. uti notum est: *ist ja doch mein Vater nur zur Hälfte Pferd.*

Cic. Phil. 12, 11, 26. *sed effugi insidias, perrupi Apenninum. Nempe in Antonii congressum colloquiumque veniendum est.* i. e. *ich muſste ja gelangen.* Senec. Nat. qu. 6, 32, 9. *horae sunt, quas perdimus. Puta dies esse, puta menses, puta annos: perdimus illos nempe perituros.*

Fortasse ita etiam explicandus est obscurior locus Taciti Hist. 3, 70. *togatum nempe se et unum e senatoribus, — fratrem Vespasiani mansisse in fide.*

4. Occupatur per hanc particulam sententia ex certa coniectura, qua dicitur res sine dubio esse: ubi Germani vel *sicherlich* dicunt vel *freilich.* Nihil tamen obstat, quominus sequantur, quae negant.

Plaut. Rud. 2, 3, 13. *nempe rem divinam facitis hic.* AM. *Quid somnias? amabo.* Terent. Andr. 5, 4, 46. *caussa optuma'st: nisi quid pater ait aliud.* PA. *Nempe id.* SI. *Scilicet.* Perverse haec reddiderunt interpretes, qui sequi debebant Donatum. Nam Pamphilus dotem intelligit, paterni adsensus conditionem, idque, quod veretur, non verbis significat, sed gestu. Nos *sicherlich dies.* Huc referri possunt, quae interrogatione expressa infra illustrabuntur Cic. Brut. 3, 14. Partit. orat. 9, 33.

5. Adhaeret saepe conclusio, quae ideo est firmior, quod certo et aperto argumento nititur. Sic ponitur *nempe* in apodosi, et collocatur cum particulis consequentiae *igitur, idcirco, ergo.* Interdum sermo videtur induere interrogationis formam, quae quidem aliquam rem occupat affirmatione.

Terent. Eun. 1, 2, 78. repetitis iis, quae Thais dixerat, concludit Phaedria: *nempe omnia haec nunc verba huc redeunt denique, ego excludor.* i. e. *so läuft denn offenbar alles darauf hinaus.* Plaut. Pers. 1, 1, 46. *nempe habeo in mundo.* Sententia est: si tu mihi argentum quaeris, non dubito, quin mihi paratum sit. Most. 3, 1, 124. *adolescens, mecum rem habe.* BA. *Nempe abs te petam.* Ovid. Her. 20, 94. *hoc, quod Amor iussit, scriptum est iniuria nostra. Quod de me solo nempe queraris, habes.*

Propert. 4, 11, 5. *te licet orantem fuscae deus audiat aulae, nempe tuas lacrimas litora surda bibent.* Ovid. Met. 15, 350. *sive bituminea rapiunt incendia vires, luteave exiguis ardescunt sulfura fumis, nempe ubi terra cibos alimentaque pinguia flammae non dabit, — non feret illa famem desertaque deseret ignes.* Lucret. 1, 385. *duo de concursu corpora lata si cita dissiliant, nempe aer omne necesse est, inter corpora quod fiat, possidat inane.* Ovid. Her. 9, 70. Horat. Epist. 2, 2, 155. *at si divitiae prudentem reddere possent, si cupidum timidumque minus te: nempe ruberes, viveret in terris te si quis avarior uno.* Cic. p. Flacc. 37, 91. *si dat tantam pecuniam Flacco, nempe idcirco dat, ut rata sit emtio.* de Fin. 4, 15, 41. *in qua* (natura) *si nihil est praeter rationem, sit in una virtute finis bonorum: sin est etiam corpus, ista explanatio naturae nempe hoc effecerit, ut ea, quae ante explanationem tenebamus, relinquamus.* Ironia in his nulla est. Quintil. 3, 8, 23. *si obsessi et impares — de facienda ad hostem deditione deliberent, et dicatur, necesse est, nempe sequitur, ut hoc subiiciatur, alioqui pereundum est.*

Cic. Partit. orat. 12, 42. *nempe igitur ea restant, quae, quum*

et factum constet et nomen, qualia sint, vocatur in dubium. Brut. 5, 21. Plaut. Most. 2, 2, 59. *ait venisse in somnis ad se mortuum.* TH. *Nempe ergo in somnis?* TR. *Ita.* i. e. *also wirklich im Schlafe.* Terent. Andr. 1, 2, 24. *nempe ergo aperte vis, quae restant, me loqui.* DA. *Sane quidem.* Plaut. Trin. 4, 2, 124. *nempe ab ipso id accepisti Charmide.* Sequitur in responsione *mirum quin*, uti Rud. 5, 2, 37. vide II. 1. et 3.

6. Sed ea quoque pars iudicii, ex qua conclusio fit, otest cum veritatis argumento proferri et in ea *nempe* oni. Tum fere idem est quod *atqui*, sed evidentius rgumentum indicat.

Cic. de Nat. d. 3, 3, 93. *atque iidem etiam vota suscipi dicitis oportere. Nempe singuli vovent. Audit igitur mens divina etiam de singulis.* Quintil. 3, 9, 19. *nempe intentio est* etc.

7. Scholiasta Horatii apud Cruquium particulam appellat concessivam. Id omnino falsum putat Heindorius. At affirmatio inesse potest in iis, quae quum concedamus, tamen aliud quid opponimus. Ita etiam germanice dicimus *freilich* sive *allerdings* in sententiis concessivis.

Horat. Epist. 1, 16, 30. *quum pateris sapiens emendatusque vocari, respondesne tuo, dic sodes, nomine? Nempe, vir bonus et prudens dici delector ego ac tu: qui dedit hoc hodie, cras, si volet, auferet.* h. e. concedo quidem me delectari nomine sapientis, sed qui hodie id dedit, cras auferet. Cic. ad Att. 9, 15. *scimus nempe: haeremus nihilo minus.* Lucan. 4, 228. *hostes nempe meos sceleri iurata nefando sacramenta tenent: at vobis vilior hoc est vestra fides.* Ovid. Met. 13, 339. *nempe capi Troïam prohibebant fata sine illo: fortis ubi est Aiax?* Vbi Bellermannus: „*nempe* glossam prodit: sententia inepta loco alieno.“ At sententia proba est et apta, qua dicit Vlysses: id quidem constat, fata prohibuisse etc.

8. Sed post enuntiationem concessivam suum etiam ocum obtinet affirmatio eius rei, quae excipitur. Mitimus alia: unum affirmamus.

Cic. Tusc. 3, 20, 49. *non istam dicit voluptatem. Dicat quamlubet: nempe eam dicit, in qua virtutis nulla pars insit.* Recte Wolfius: *sovicl ist gewifs, dafs* etc. Ovid. ex Pont. 4, 3, 37. *divitis audita est cui non opulentia Croesi? Nempe tamen vitam captus ab hoste tulit.*

II. 1. In interrogatione *nempe* occupat alterius affirmationem vel ex eius dictis conceptam vel ex ipsa rei

probabilitate petitam. Sed multiplex est consilium talis interrogationis. Nam modo quaerimus de re, quam compertam habemus ac scimus, sed iterum et aperte confirmatam volumus: modo mirantes quaerimus de veritate rei, quae incredibilis videri potest (ubi Germani *ist's denn wirklich so?*), modo dubitationem omnem removeri cupimus etiam in re non admodum dubia, ubi dici solet: nonne? estne ita? In his duntaxat adhiberi potest germanicum *doch wohl*. In illis autem, quae iam cognita sunt, non recta interrogatione quaerimus, sed sententiam ita pronuntiamus, ut quaerendo affirmemus.

Plaut. Mil. 2, 3, 66. *nempe tu istic ais esse herilem concubinam?* Pseud. 4, 7, 73. *quid ais? nempe tu illius servos es?* HA. *Planissume.* Rud. 4, 4, 13. *nempe hic tuus est?* i. e. *also es ist wirklich deiner?* 4, 4, 86. Trin. 4, 3, 67. *liberi quid agunt mei, quos reliqui hic, filium atque filiam?* ST. *Vivunt, valent.* CH. *Nempe uterque?* ST. *Uterque.*

Plaut. Asin. 1, 1, 103. *apud Archibulum ego ero argentarium.* LI. *Nempe in foro?* DE. *Ibi.* Trin. 1, 2, 159. *nunc virgo nempe apud te est.* CA. *Ita est.* Stat. Theb. 7, 544. *nempe haec trahis ad commercia natum?*

Cic. Tusc. 5, 5, 12. *nempe negas ad beate vivendum satis posse virtutem?* i. e. *leugnest da wirklich?* Plaut. Men. 4, 7, 41. *nempe iubes?* i. e. *willst du wirklich?* Pseud. 1, 3, 119. *fateor.* CA. *Nempe conceptis verbis?* BA. *Etiam consultis quoque.* Ita explicandus est locus Rud. 1, 5, 10.

Plaut. Most. 3, 3, 16. *nempe octoginta debentur huic minae?* TR. *Haud nummo amplius.* Aul. 2, 4, 14. *nempe huic dimidium dicis, dimidium domi?* Bacch. 2, 2, 11. *vivit. Nempe recte valet?* i. e. *er ist doch wohl auf?* Mil. 3, 3, 48. *nempe tu novisti militem meum herum?* AC. *Rogare mirum est.* 3, 3, 32. Bacch. 4, 4, 38. Persius 3, 1. *nempe hoc adsidue?* i. e. *so wirklich fortwährend?* Cic. Brut. 3, 14. *nempe eum dicis, inquit, quo iste omnem rerum memoriam breviter — complexus est?* i. e. *nicht wahr! du meinst das Buch* etc. Ita etiam accipienda sunt verba Partit. orat. 9, 33. *nempe ea sequuntur quae ad faciendam fidem pertinent? Ita est.*

Post hanc interrogationem sequuntur respondentis verba *mirum quin* apud Plaut. Rud. 5, 3, 36. Trinum. 4, 2, 124. vd. p. 159.

Ovid. Her. 20, 71. *Hesionen Telamon, Briseida cepit Achilles: utraque victorem nempe secuta virum?* Non potest interroga-

tio haec admitti. Sententia est: constat utramque sequutam esse.

2. Non diversum est genus interrogationis illud, quo olloquentium alter id, quod iam perceptum est, ut distinctius definiatur, magis declarat, et ei, qui antea ixit, affirmando succurrit. Quod ut significent, Germani verbis *doch* sive *doch wohl* utuntur.

Plaut. Curc. 1, 1, 43. *ei ancillula est.* PA. *Nempe huic leoni, qui hic habitat?* PH. *Recte tenes.* Epid. 3, 4, 12. *sed istum quem quaeris Periphanem Platenium, ego sum, si quid vis.* MI. *Nempe quem in adolescentia memorant apud regem armis, arte duellica divitias magnas indeptum?* Cist. 2, 3, 56.

3. Saepe critici dubitaverunt, utrum interrogationis n rectae orationis formam tribuerent sententiis, in quius *nempe* dictum erat. Est vero medium quoddam enus, in quo affirmatio ita occupatur, ut species interrogationis evanescat: idque maxime fit in indignaione et dissimulatione. Multa semper ambigua maebunt.

Ovid. Her. 7, 141. *hoc duce nempe deo ventis agitaris iniquis, et teris in rapido tempora longa freto? — Non patrium Simoenta petis, sed Tibridis undas. Nempe, ut pervenias quo cupis, hospes eris?* Ita Iahnius scripsit: Loersius repugnat, sed incerto iudicio: nam nemo non videt, in istis interrogationibus inesse ironiam. Huius vero vis augetur, quando res tanquam aperta monstratur: quod imprimis declaratur addito vocabulo *deo*. Aliter 7, 144. ubi ipsa orationis structura interrogationis formam postulat. Si verba *hiscere nempe tibi terra roganda foret* in parenthesi adiiciuntur, omnis vis sententiae perit, nec addi possunt, quae sequuntur. Bene id sensit Iahnius.

III. 1. Interrogatione facta respondent Latini affirmando per *nempe*, quando res ipsa aperta aut omnibus ota, aut necessaria esse videtur. Est igitur *sine dubio, e vera, plane*, Germanorum *offenbar, natürlich, es ersteht sich*. Quare errare videntur, qui haec reddunt per *doch wohl*, quod opinionem minus certam ignificat. Saepe apud poetas et oratores ita fit post interrogationem rhetoricam, quasi nulla aut inepta videatur caussa quaerendi: idcirco vis est particulae, ut colletur: ne ita quaere: nam apertum est, nam vide:

quod saepe lenem irrisionem in se habet. Cf. Matthiae ad Cic. p. Ligar. 3, 7.

Plaut. Mil. 4, 4, 26. *militem lepide et facete et laute ludificarier volo. — scin tu quemadmodum?* AC. *Nempe ut assimulem me amore istius differri.* PA. *Rem tenes.* Horat. Epod. 12, 21. *muricibus tyriis iteratae vellera lanae cui properabantur? Tibi nempe.*

Cic. Phil. 1, 7, 18. *Cn. Pompeii tertius consulatus in quibus actis constitit? Nempe in legibus.* i. e. *offenbar.* 10, 3, 6. *legiones abducis a Bruto. Quas? Nempe eas, quas ille ab Antonii scelere avertit.* in Verr. 5, 69, 177. p. Mil. 3, 7. *in qua tandem hoc homines stultissimi disputant? Nempe in ea, quae primum iudicium de capite vidit M. Horatii.* i. e. videtis, in ea urbe. 6, 15. *quid ergo tulit? Nempe ut quaereretur.* i. e. sine dubio, constat. p. Ligar. 3, 7. *apud quem igitur hoc dico? Nempe apud eum, qui, quum hoc sciret, tamen me antequam vidit, reipublicae reddidit.* i. e. ut omnibus notum est. 3, 9. 8, 25. p. Cluent. 22, 61. de Rep. 1, 2, 9. ubi Moser. Quintil. 10, 2, 4. *quid enim futurum erat temporibus illis, quae sine exemplo fuerunt, si homines nihil, nisi quod iam cognovissent, faciendum sibi aut cogitandum putassent? Nempe nihil fuisset inventum.* Redde natürlich. Ovid. Fast. 2, 667. *quid, nosse quum fierent Capitolia? Nempe deorum cuncta Iovi cessit turba locumque dedit.* Trist. 3, 4, 23. Persius 2, 70.

Quintil. 12, 2, 16. *quid illa etiam pars tertia, quae laudandi ac vituperandi officiis continetur? Nempe in tractatu recti pravique versatur.* Horat. Sat. 2, 7, 80. *tibi quid sum ego? Nempe tu, mihi qui imperitas, aliis servis miser.* Iuvenal. 10, 110. 160. 8, 57. Senec. Herc. fur. 43. *quae fera tyranni iussa violento queant nocere iuveni? Nempe pro telis gerit, quae timuit et quae fudit.* Liv. 34, 5, 9. Tacit. Hist. 3, 13.

2. Poetae ita formant orationem, ut interrogatione praemissa vel rei alicuius mentione facta, per *nempe* ad ipsam rem conspiciendam provocent animumque eorum, qui legunt, attendant. Germani, ut idem assequantur, dicunt aliter *siehe, sieh da.*

Virgil. Georg. 3, 258. *quid iuvenis, magnum cui versat in ossibus ignem durus amor? Nempe abruptis turbata procellis nocte natat caeca serius freta.* Gratii Cyneg. 501. *consule — patriae quem conspexere Mycenae Glaucum. Nempe ingens, nempe ardua fundet in auras crura.*

3. Saepe haec particula, imprimis in colloquiis, in-

servit irrisioni et cavillationi et dissimulationi, quam ironiam vocant. Affirmatur enim, quod approbari non poterit. Germani dicunt *freilich*, *es versteht sich*. Idem fere significat *scilicet*. Vid. Burmann. ad Valer. Flacc. 6, 282.

Terent. Ad. 4, 7, 24. *corrector! Nempe tua arte viginti minae pro psaltria periere.* Plaut. Cas. 2, 3, 18. *respice ah mi lepos! CL. Nempe ita uti tu mihi es.* Phaedr. 4, 23, 15. *aras frequentas. Nempe abigeris, quo venis.* Tibull. 2, 3, 27, *Delos ubi nunc, Phoebe, tua est? ubi delphica Pytho? Nempe amor in parva te iubet esse casa.*

Cic. Phil. 3, 6, 16. *at avus nobilis. Tuditanus nempe ille qui cum palla et cothurnis nummos populo de rostris spargere solebat.* i. e. *ja freilich jener T.* Curt. 4, 11, 20. *eadem liberalitate dat mihi filiam suam: nempe quam scio alicui servorum eius nuptu-ram.* Valer. Flacc. 3, 512. *phrygiis ultro concurrere monstris nempe virum et pulcro reserantem Pergama ponto vidimus.* ubi Burmannus aliena exempla comparat. Petron. 115. *nempe piscibus belluisque expositus es et qui paullo ante iactabas vires imperii tui, de tam magna nave ne tabulam quidem naufragus habes. Ite nunc, mortales, et magnis cogitationibus pectora implete. Ite cauti, et opes fraudibus captas per mille annos disponite. Nempe hic proxima luce patrimonii sui rationes inspexit: nempe diem etiam, quo venturus esset in patriam, animo suo finxit.*

Stat. Theb. 7, 164. *scilicet e cunctis ego neglectissima natis progenies. Ego nempe tamen qui dulce ferenti pondus eram.*

4. In omni hoc usu cognovimus apertae nec negandae, sed probabilis rei demonstrationem: neque aliter veteres Latini. Sed ii, qui in Francogallia usi sunt latina lingua, *nempe* ita dicebant, ut esset *c'est à dire*. Germani explicandi et enarrandi vim verbi *nemlich* reddere solent per *nempe*, quasi sit *nam*, *nimirum:* denique grammatici, ubi generali sententiae annectuntur, quibus res enucleatius exponatur aut magis definiatur, supplere solent orationem adiecto hoc vocabulo. Vid. Kritz. ad Sallust. Cat. 29, 3. 51, 7. Goerenz. ad Cic. de Fin. p. 140. Qua de caussa purae latinitatis defensores longam pugnam inierunt. I. D. Fussius in Diss. de usu versuum homoeoteleutorum. Leod. 1828. pag. 100. contra Heindorfium et A. Iacobum defendere conatus erat vulgarem, sed malam consuetudinem: quibus argu-

mentis inanibus id fecerit, Iacobus exposuit in Iahnii Annal. Tom. 8. p. 141. Exempla, quae ille pro sua caussa attulit, nos suis locis explicavimus. Speciosiora haec sunt. Plaut. Merc. 4, 4, 35. LY. *Quin me eradicas miserum,* CO. *Scio iam, quid velis: nempe hinc me abire vis.* LY. *Volo, inquam.* Sed ibi gravior est vis affirmandi: estne ita? tu me hinc abire vis. Trin. 2, 2, 47. *bene volo ego illi facere, si tu non nevis.* PH. *Nempe de tuo.* LY. *De meo: nam quod tuumst, meumst: omne meum est autem tuum.* Est: hoc per se intelligitur, *es versteht sich.* Cic. Verr. 2, 51, 127. *optime, inquit: nempe scriptum ita est, quot renuntiati erunt.* Sed dixit Verres: apertum est illud, quod scriptum est. De locis Quintiliani 3, 6, 19. 3, 8, 23. 7, 1, 47. ab aliis male acceptis supra.

Curt. 10, 2, 25. *in Europam ire properatis rege deserto, quum pluribus vestrum defuturum viaticum fuerit, ni aes alienum luissem: nempe in asiatica praeda.* Alii libri *ex asiatica praeda.* Freinshemius exprobrationem nescio quam acerbam exprimi putat. Alii explicuerunt: et quidem in a. p. Vide tamen, ne haec verba ab aliena manu explicationis caussa addita sint. Ovid. Her. 17, 221. *at fruar iliacis opibus cultuque beato, donaque promissis uberiora feram. Purpura nempe mihi pretiosaque texta dabuntur, congestoque auri pondere dives ero.* Interpretes particulae assignarunt vim exponendi, quod si usus ferret, ieiunam redderet sententiam. At Helena per ironiam quaerit de magnitudine munerum, quae sibi non tanti esse videntur. Quare interrogationem recte signavit Iahnius. Dialog. de Orator. 17. *nam, ut de Cicerone ipso loquar, Hirtio nempe et Pansa consulibus, ut Tiro libertus eius scripsit, VII Idus Decembris occisus est.* Non explicationem aperit particula, sed rem declarat manifestam, quod nos dicimus *bekanntlich:* nam verba *ut Tiro — scripsit* spectant ad ea, quae sequuntur.

5. De loco, quem *nempe* in oratione obtinet, exemplis docemur, etiamsi plerumque particula ab initio ponatur, fieri tamen posse, ut ea post alia vocabula locetur, quae aut vi sua praestant, veluti apud Ciceronem *scimus nempe*, aut rem, de qua dicendum est, nominant. In interrogatione primum locum occupat. Ceterum recentioris aetatis scriptores habent quae ab antiquo usu recedunt: veluti Phaedr. 2, 2, 2. *a feminis utcumque spoliari viros, ament, amentur, nempe ex-*

emplis discimus. Sed hanc latinitatem nemo vindicabit legitime.

Hartungius ut comprobaret usum particulae in obliqua oratione, attulit Terent. Eun. Prol. 25. *exclamat — Colacem esse nempe, Plauti veterem fabulam.* Quae admodum mirabilia. At Bentleius illa sua coniectura non modo fallacis iudicii culpam contraxit, sed etiam particulae usum depravavit. Terentius scripsit: *Colacem esse Naevi et Plauti, veterem fabulam.*

6. Recentiores scriptores, Quintilianus, Plinius composuerunt vocabula *nempe enim* ita, ut alterum utrum videretur abesse posse: sed *nempe* argumentationi addit affirmandi vim. In aliis tamen locis una notio duplici nomine expressa videtur, atque usus ab antiqua consuetudine deflexisse.

Quintil. 2, 13, 8. *nam recti quidem corporis vel minima gratia est: nempe enim adversa sit facies et demissa brachia* etc. Prooem. libri 8, 6. *nempe enim plurimum in hoc laboris exhausimus.* Plin. Pan. 62, 2. *nempe enim hi sunt, quos senatus — elegit.*

Plin. Epist. 3, 16, 8. *nempe enim, inquit, daturi estis consulari viro servulos aliquos, quorum e manu cibum capiat.* In his, quae, ut monuit Schaeferus, non indignanter, sed serio sunt dicta, *enim* idem significat quod *nempe.* vide Tom. 2. p. 398. Et dicebant etiam *certe enim.* vd. p. 397.

Dial. de Orator. 35. *ipsae vero exercitationes magna ex parte contrariae. Nempe enim duo genera materiarum apud rhetoras tractantur, suasoriae et controversiae.* Hic simpliciter exponitur argumentum. Comparari poterit *namque enim.* Vd. Tom. 2. p. 397.

7. Notanda est formula, in qua verba *quid? — nempe* componuntur. Per *quid* attenditur animus ad rem mirabilem, quae tamen ut vera videatur, indicat *nempe.*

Persius 5, 66. *cras hoc fiet. Idem cras fiet. Quid? quasi magnum nempe diem donas?* Editores recentiores male distraxerunt verba ita: *quid? quasi magnum? nempe diem donas.* Dialog. de Orat. 21. *quid? ex Coelianis orationibus nempe eae placent, sive universae an partes earum,* (ita enim scribendum videtur) *in quibus nitorem et altitudinem horum temporum agnoscimus.*

*) Commutata sunt in libris *nempe* et *namque.* vid. Ovid. Met. 2, 474. Heroid. 17, 223. Lucan. 4, 228. Pro-

pert. 4, 1, 92 (88). unde nata erat perversa coniect Burmanni in 1, 3, 37.

NEMVT.

In Festi libro legitur: *Nemut, nisi etiam nempe: usus est Cato de potestate tribunicia qu ait ..... aerumnas.* Sed cod. farnes. tantum ha *..mut nisi etiam vel ..... ibunici cum ait nemut aerumnas.* Paullus: *nemut nisi etiam vel nempe.* Ex verbis nihil potest colligi, quo naturam verbi *nemut* monstremus. Tamen Stürenburgius in Comment. particula *haut* p. 126: „Conferri autem iubeo parti lam illam *nemut* (ex *nam* et *ut*), quam mihi pers cum fluctuatione quadam significasse *denn wohl* (p prie *denn wie es auch mit diesem Grunde stehen mu* Differunt igitur inter se *nempe* et *nemut* sic, ut n *nam* urgeatur in *nempe (denn ja)*, deminuatur in *n ut (denn wohl).*“ Nihil periculosius est quam s velle, quae sciri non possunt. Exemplum enim h verbi apud scriptores nullum exstat.

NENV.

Nonius Marcellus 2, 580. *nenum pro non.* Li lib. XXX. *sed tamen hoc dicas quid est nenu molest est. Var. Epistola ad Fusium: Si hodie nenu ve cras quidem si veneris meridiem die natalis fortu* Praeterea exstant vestigia huius vocabuli in tribus lo Plaut. Aul. 1, 1, 28. Scioppius narrat Suspect. L p. 279. in Camerarii libro fuisse *noenum* (erat *nunc*) *mecastor quid hero ego dicam meo malae evenisse, quamve insaniam queo comminisci.* Sed codices vel *non enim*, vel *nec numen*, vel *ne n* Suspicabantur critici *nenu mecastor:* quod metro pugnat, syllaba extrema correpta. Lucret. 4, 716. *n queunt rapidi contra constare Leones.* 3, 199. *contra Lapidum coniectum Spiclorumque nenu pot*

Hartungius de Partic. graec. Tom. 2. p. 95. ut nionem suam stabiliret, loquitur de pluribus codici Plauti, qui ubi exstent, non indicat, et *noenu* scrib dum censet, in quo agnosci possit *non:* quamquam u negationem per *no* et *ne* et *na* designari rustici nostri

docent. Antiquum vocabulum erat *nenum* vel etiam crassiori sono *nuenum* (ita Iunius invenit in codicibus Nonii) compositum ex *ne* et *num*. Comparari potest graecum μὴ νῦν, quod cum imperativo coniungi solet, non tam temporis definitionem exhibens quam negationem intendens: quare Monkius scribi iussit μή νυν, syllaba producta. Euripid. Alc. 1087. μὴ νῦν ὑπέρβαλλ', ἀλλ' ἐναισίμως φέρε. Atque illud *nenum* restituendum erat in Plauti loco. Sed littera *m* finalis omittebatur, ut in multis aliis. Vide Schneideri Grammat. T. 1. p. 367. Lucilii versum emendaverunt: *sed tamen hoc dicas, quid est, si nenu' molestum est?* Scaliger *quid hoc est*, Dousa *quidnam est*. Varro ad Fufium (ita recte cod. guelf.) scripsisse videtur: *si hodie nenum venis, cras quidem si veneris meridie, die natali Fortis Fortunae*. Guyetus ut verborum structuram expediret, in Terent. Eun. 1, 1, 7. coniecit: *atque ubi pati non poteris, quum nenu expetet, infecta pace ultro ad eam venias*. Sed vide, quae Westerhovius demonstravit.

Weissenbornius in Grammat. p. 174. *noenum* esse dicit *ne oenum*, *ne unum*.

NEQVAQVAM.

Vt gravitatem adiicerent negationi, Latini composuerunt *ne* cum vocabulo *quaquam*, quod significat *ulla via*, *ullo modo*. Est igitur *nequaquam* id quod *nullo pacto*, *nullo modo*, germanicum *keineswegs*: nec quidquam differt ab *haudquaquam*, uti expositum est T. 3. p. 40. Stürenburgius in editione librorum Cic. de Offic. p. 156. affirmat fundamentum huius vocabuli esse *ne qua parte quam*, nec dici pro *ne quaquam parte*: quod ego non intelligo, nec veterum quisquam, si adesset, intellecturus esset. Cum vocabulo *quisquam* etiam *quaquam* est natum. Cicero hac particula maxime utitur de rebus non paribus, nec inter se comparandis. Saepe componuntur verba *nequaquam satis*, *nequaquam tantum*. Semper praecedit particula ei, ad quod refertur, nomini.

Plaut. Cas. 3, 2, 4. *nunc adeo nequaquam arcessam, ne qua ignavissumis liberi loci potestas sit vetulis vervecibus*. Trin. 2, 4, 16. *nequaquam argenti ratio comparet tamen*. Poeta apud Cic. de Nat. d. 3, 25, 65. *nequaquam istuc istac ibit*. Cic. in Verr.

Act. 1, 12, 35. *nam illud mihi nequaquam dignum industria conatuque meo videbatur.* p. Cluent. 64, 180. *in taberna eius nummi nequaquam omnes reperiuntur.* de Amic. 19, 70. Q. vero *Maximum fratrem, egregium virum omnino, sibi nequaquam parem, quod is anteibat aetate, tamquam superiorem colebat.* ad Fam. 15, 4, 35. de Inv. 1, 41, 75. p. Rosc. Am. 1, 3. de Nat. d. 1, 1, 1. *quum multae res in philosophia nequaquam satis adhuc explicatae sint* etc. Horat. Sat. 2, 4, 48. *nequaquam satis in re una consumere curam.* Epist. 2, 1, 20. Caes. B. gall. 4, 23. Liv. 7, 37, 16. 21, 34, 4. *nequaquam ut inter pacatos composito agmine duces eorum sequitur.* Ita est scribendum, non *incomposito:* nam verba *ut inter pacatos* non disiungi possunt a *nequaquam*, neque hoc ad *incomposito* referri.

*) Commutatur in libris cum *nequidquam.* vd. Drakenborch. ad Liv. 2, 58, 9. ad 6, 14, 4. ad 21, 34, 4.

NEQVIQVAM. NEQVIDQVAM.

Vtrum *nequiquam* an *nequidquam* sive *nequicquam* scribendum esset, quaesiverunt orthographiae auctores recentiores. Antiqui enim grammatici nullam huius rei mentionem fecerunt: in libris scriptis utraque scriptura apparet: quod tradunt Pierius ad Virgil. Aen. 2, 101. et Dausquius Tom. 2. p. 210. Etiam in Propert. 2, 4, (3) 5. in Sallust. Cat. 20, 2. apud Lucan. 2, 491. optimi codd. habent *nequiquam*, et Festus ita scripsit. Atque idem comprobarunt Vossius in Etymolog. s. v. *quis.* Broukhusius ad Propert. 2, 3, 5. aliique. Vtraque enim forma bene est composita: nam adiectivum *nequidquam*, quod est *nihil*, exstabat in lingua latina, idque in derivandis vocabulis *nequam* et *nequitia* adhibuerunt Varro de Ling. lat. 9, 5. et Cicero Tusc. 3, 8, 18.: *quiquam*, quod est *quoquam*, eo modo dicitur, quo *quaquam*, nec tamen non aliis exemplis cognitum est etiam accusativum eadem ratione dici. Fortasse utraque forma iam veteribus Romanis erat usurpata: nos ad auctoritatem librorum antiquorum respicere oportebit.

Doederlinus quum Synon. T. 1. p. 57. ut accusativum explicaret, verbum *efficiens* substituisset, postea Tom. 3. p. 101. ipse se redarguens acquievit in supplenda praepositione *in*, et contulit *aeternum* et *sublime.* Tamen ne in his quidem praepositione opus esse ratio accusativi monstrat, nec ob illam ellipticam naturam refutari poterat altera forma *nequiquam*, ipsa

haud falsa. Habemus *aliquid*, *tantum*, *multum* et *aliquo*, *tanto*, *multo* significatione et usu quidem diversa, sed grammatica ratione similia. Gronovius ad Liv. 42, 54, 4. „vetustissimi dixerunt *nequidquam* vel *necquidquam*: postea molliores auriculae fecerunt *nequicquam*. Si quibus amplius placuit *nequiquam*, ut scribi in plerisque vet. lib. scio, non intercedo."

1. *Nequidquam* et *nequiquam* si ad originem revocamus, facile intelligimus, his verbis proprie negationem referri ad quamcumque rationem, ut exprimatur, quod Germani dicunt *in keiner Rücksicht*, hoc est *omnino non*. Quam significationem Servius a Virgilio in locis Georg. 1, 408. et Aen. 2, 544. servatam esse putabat. Tamen ab istis, quae affert, locis alienum hoc esse nemo non sentiet, cui ingenium valeat: neque alius exstat ullus veterum scriptorum locus, quo ista significatio comprobetur. *Ne* esse antiquam negationis particulam demonstravimus p. 29. nec assentimur Herzogio, qui ad Caes. B. civ. 1, 1. supposita significatione prohibitiva, dixit semper hoc vocabulum cum quodam animi affectu pronuntiari.

Virgil. Aen. 2, 544. *telumque imbelle sine ictu coniecit: rauco quod protinus aere repulsum et summo clipei nequidquam umbone pependit.* Servius *nequidquam* pro *non* accipiens non satis reputavit, dici non potuisse: telum non pependit ex summo clypei umbone. Nec Cerda meliora argumenta attulit. Dicitur autem telum ex summo umbone pependisse irrito impetu, nequidquam h. e. frustra, temere, emissum. Georg. 1, 402. *solis et occasum servans de culmine summo nequidquam seros exercet noctua cantus.* Etiam hic fallitur Servius. Optime percepit sententiam Heynius: *nequidquam* coniunge cum *exercet*, h. e. assidui noctuae invidiosae cantus non efficere possunt, ut non maneat serenum caelum. Plaut. Trin. 4, 2, 131. CH. *Charmides ego sum.* ST. *Nequidquam hercle es: nam nihil auri fero.* Hoc est: frustra fingis te Charmidem esse. De loco Cic. Tusc. 1, 31, 75. a criticis satis subtiliter est disputatum.

2. Hanc vero primitivam significationem usus restrinxit, et ad unam notionem efficiendae rei contulit. Atque in ea *nequidquam* et *nequiquam* aequabiliter congruebant, sicuti *aliquid* et *aliqua* ad unam rationem redeunt: unde factum videtur, ut utraque forma idem exprimeretur. Haec igitur vocabula per omnia tempora unum habuerunt usum. Significant id, quod caret ef-

fectu, quasi in nihil: quod Germani dicunt *um nichts, für nichts*. Bene id declaravit Cortius ad Sallust. Cat. 20, 2. Sed vide quae disputavimus de hac re et de diversitate vocabuli *frustra* Tom. 2. p. 745. Cf. Kritzius ad Sallust. Iug. 31, 5. Quod in *frustra* ad conatum irritum et spei fraudem refertur, id in *nequidquam* spectat ad effectum irritum et ad utilitatis defectum. Wolfius ad Cic. Tusc. 5, 25, 69. monuit, hoc vocabulum non a prosaicis scriptoribus, sed a poetis tantum usurpari: quare Orellius suspicatur verba p. Quint. 25, 79. *verum et sero et nequidquam pudet*, e comico dramate esse sumpta. Et proverbialis est haec locutio, quam etiam apud Terentium reperimus Heaut. 2, 3, 104. *hodie sero ac nequidquam voles*. Ceterum Cicero hoc verbum non usurpat: nam quae in Epist. ad Brut. 16. et in Orat. Antequam iret. leguntur, cuius sint auctoris, satis constat. Tamen reperiuntur exempla haud dubia apud Caesarem, Sallustium, Livium. Festus: *nequiquam significare idem quod frustra, plurimis auctorum exemplis manifestum est.*

Plaut. As. 1, 1, 71. *cupis id, quod cupere te nequidquam intelligo.* Pers. 4, 3, 46. *nequidquam tibi fortuna faculam lucrificam allucere volt.* Most. 1, 3, 132. *postea nequidquam exornata est bene, si morata est male.* Most. 5, 2, 54. *nequidquam nevis.* Pseud. 1, 5, 21. Pers. 3, 1, 30. Trin. 2, 4, 164. *et ego esse locuples, verum nequidquam volo.* Ennius apud Cic. ad Fam. 7, 6, 5. *qui ipse sibi sapiens prodesse non quit, nequidquam sapit.* i. e. nihil efficit sapientia sua. Caes. Bell. civ. 1, 1. *sin cunctetur atque agat lenius, nequidquam eius auxilium, si postea velit, senatum imploraturum.* Sallust. Cat. 20, 2. *ni virtus fidesque vestra spectata mihi forent, nequidquam opportuna res cecidisset, spes magna, dominatio in manibus frustra fuissent.* 58, 2. Liv. 2, 58, 9. *omni nequidquam acerbitate prompta nihil iam cum militibus agere.* 3, 46, 10. *quum postero die manc de retinendo eo nequidquam litterae redduntur.* 21, 59, 5. *nequidquam fatigato militc, postquam nulla spes erat potiundi castris, signum receptui dedit.* 2, 59, 9. 6, 14, 4. 5, 28, 11. Virgil. Aen. 9, 219. *caussas nequidquam nectis inanis.* 22, 18, 10. Ge. 1, 96. Aen. 6, 117. Ovid. Met. 10, 3. Propert. 2, 4, 5. Lucan. 2, 491.

Liv. 5, 43, 1. *Galli quoque per aliquot dies in tecta modo urbis nequidquam bello gesto, quum inter incendia ac ruinas captae urbis nihil supercsse praeter armatos hostes viderent, ne-*

quidquam tot cladibus territos, — impetum facere in arcem constituunt. h. e. territi erant Romani, sed ita tantum, ut animos ad deditionem non flecterent. Virgil. Aen. 2, 515. *hic Hecuba et natae nequidquam altaris circum — sedebant.* Heynius: „nullum fructum salutis e loci sanctitate habituros."

3. Saepe apud comicos legitur in formula negativa *e nequidquam:* quod interdum reddi potest per *nec immune*, interdum *ne sine mercede.* Raro autem *non* coniungitur, sed etiam *haud.*

Plaut. Bacch. 4, 4, 50. *emungam hercle hominem probe hodie, ne id nequidquam dixerit.* Most. 1, 3, 95. *ob istuc verbum ne nequidquam, Scapha, tam lepide dixeris, dabo aliquid hodie tibi peculi.* Men. 1, 2, 14. *atque adeo, ne me nequidquam serves, ob eam industriam hodie ducam scortum.*

Caes. Bell. gall. 2, 27. *ut non nequidquam tantae virtutis homines iudicari deberet ausos esse transire latissimum flumen.*

Virgil. Aen. 8, 370. *at Venus haud animo nequidquam exterrita mater.*

4. Vt *frustra*, etiam *nequidquam* in oratione alariori ponitur absolute, omisso, quo referatur, verbo. De qua dictione Gronov. ad Liv. 42, 64, 6. Sequuntur aepe in addenda caussali sententia *nam*, *quoniam:* interdum omittuntur hae coniunctiones.

Hirtius Bell. gall. 8, 19. *hostes concidunt animis atque itineribus diversis fugam quaerunt. Nequidquam: nam quibus difficultatibus locorum Romanos claudere voluerant, iis ipsi tenebantur.*

Lucret. 4, 464. *quae violare fidem quasi sensibus omnia quaerunt. Nequidquam: quoniam pars horum maxima fallit.* 4, 1106. 1129, 5, 1332.

Val. Flacc. 6, 248. *contra autem geminis fidens thoracibus, ictum sustulit, et gladio Sibotes ferit ultima teli. Nequidquam. Iam cuspis inest, nec fragmina curat Arabenus.* Liv. 42, 64, 3. *atque ita media nocte profectus, ut prima luce aggressus falleret. Nequidquam. Primae stationes oppressae tumultu ac terrore ceteros exciverunt.* Curt. 3, 5, 12.

5. Poetae hoc vocabulum usurpant recondita ratione, quae est sententiae innata: atque ita etiam, ut pro *frustra* accipi possit.

Cic. Tusc. 3, 25, 59. *quae generi humano angorem nequidquam afferunt: reddenda est terrae terra.* Euripides in Fragm.

καὶ τάδ' ἄχθονται βροτοὶ εἰς γῆν φέροντες γῆν. Est igitur: nihil efficitur hoc angore. Pers. 2, 48. *attamen hic extis et opimo vincere ferto intendit — donec deceptus et exspes nequidquam fundo suspiret nummus in imo.* Tribuitur nummo, quod cadit in hominem superstitiose cupidum. Est vero: deceptus frustra suspirat, nec poenitentia quidquam proficit. Horat. Epist. 1, 8, 31. *an male sarta gratis nequidquam coit, et rescinditur?* Virgil. Aen. 2, 544. vide p. 170.

Quintil. 8, 2, 2. *in quo vitio cavendo non mediocriter errare quidam solent, qui omnia, quae sunt in usu, etiamsi caussae necessitas postulet, reformident: ut ille, qui in actione iberica herbas, se solo nequidquam intelligente, dicebat, nisi irrideas hanc vanitatem Cassius Severus spartum eum dicere velle indicasset.* Ita Regius emendavit codicum scripturam *nequaquam*, hac sententia admodum ambigua: se solo intelligente sine perspicuitate aut intelligentia apud auditores. Cod. turic. *nequod quam.* Et bene suspicatur Burmannus scribendum esse *se solo, nec quoquam intelligente.* Id enim dicitur in eum modum, quo Cic. Tusc. 1, 31, 75. *secernere autem a corpore animum, nec quidquam aliud, est mori discere.*

6. De verbis *nequidquam et frustra* compositis vide Tom. 2. p. 748. Cf. Pricaeum ad Apulei. Met. p. 438.

7. De loco, quem *nequidquam* in sententiis obtineat, constat, particulam praemitti suo verbo. Sed codices apud Curtium 8, 1, 18. *ille nequidquam diu luctatus cum latentibus nodis, nihil, inquit, interest quomodo solvantur.* quod recepit Zumptius, a Walchio in Ephemerid. Halens. a. 1829. 17. p. 130. acerrime castigatus. Tamen defendi potest Zumptii sententia: nam quod Alexander diu luctabatur, nequidquam erat, hoc est, sine effectu. Nos recte loquimur, quod Walchius negavit: *er hatte vergeblich sich lange abgemüht.*

*) Saepe a librariis *nequidquam* pro *nec quidquam* scriptum esse notavit Drakenborch. ad Liv. 5, 43, 1. et ad 9, 18, 5.

NESI.

Festus: *nesi pro sine positum* [est in lege dedicationis aedis] *Dianae Aventinensis.* Supplementum addiderunt Scaliger et Vrsinus. Sunt vero, qui hanc transpositam vocem comparent cum graeco ἄνις, quae iisdem constet elementis. Sed quum nulla reperiantur

exempla, verendum est, ne grammaticus erraverit in explicando vocabulo *nisi*, quod ipsum pro *nesi* dicebatur, et saepe ita, ut ad explicandam sententiam adhiberi posset praepositio *sine*.

NEVE. NEV.

Neve et *neu* coniunctiones sunt disiunctivae in sententiis, quae negationem exprimunt, ponendae. In *neu* decurtatur syllaba per apocopen, quo fit, ut consónans in vocalem transeat, sicut in *seu*. Vide Schneideri Gramm. T. 1. p. 175. et 365. Elegantia varietatis, qua Bentleius aliique existimarunt poetas mutasse formas, nec bis posuisse *neu* sive *neve*, nulla erat, ne exemplis quidem comprobata. Grammatici alii praecipiunt *neu* nusquam ante vocalem positum reperiri. Hermann. in Praef. ad Plauti Trinum. p. 14. Sed Plautus Trinum. 3, 8, 27. *neu ipsum rem indaget*. Atque ita apud alios.

Significatio ad eam redit rationem, quam Tom. 1. p. 527. exposui. *Ve* enim, quod pro *vel* dicitur minori cum vi, non ipsas res diversas opponit aut alterum altero posito excludit, sed ad cogitationem provocat, et iudicio, quod problematicum vocamus, optionem facit, utrum hoc, an illud accipiamus. Haec voluntatis notio iam in etymologia verborum *vel*, *velle* apparet. *Neve* igitur cavet, ne res fiat, sive hanc sive alteram in mente aut voluntate habeas. Differunt autem *neque* et *neve* non modo ea vi, qua *ve* duas pluresve res sive notiones ad unam rationem relatas distinguit, *que* simpliciter coniunctas ad unam rationem refert, sed etiam eo, quod prosaicae orationis auctores, nisi alia conditio accessit, non usurparunt *neque* pro *et ne*.

Mirabiliter erravit Cortius ad Sallust. Cat. 34, 2. ut significationem particulae demonstraret esse *et ne*: opinatus enim est factum esse *neve* ex *neque* ejecta littera *q*, ideoque significare *et non*. Sed vide Kritzium ad h. l.

1. Negativa sententia, qua iubetur, ne quid sit aut fiat, sive imperativo sive coniunctivo expressa, ubi duae vel plures res significantur, in altero membro, aut in utroque recipit *neve*. Ita fit *ne — neve s. neu*, *neu — neu*. Vbi *ne — nec* sive *neque* dicitur, non est disiunctio, sed annectitur altera pars uni, quae antecedit, con-

iunctioni submissa. Wagnerus igitur in Quaest. Virgil. 86. p. 579. non satis accurate loquutus est, *neve* esse lenius, fortius *nec*. De *nec* pro *et ne* posito vide p. 118. Multiplex autem est huius disiunctionis forma: nam aut dicitur in duobus sententiae membris *ne — neu*, aut *neu — neu*, aut praecedit in priori membro imperativus vel coniunctivus sequente *neu*, aut ponitur in prima parte sententiae *ut*, in altera *neu*, aut una sententia negatas habet duas partes per *aut — aut* distinctas, aut duo membra collocantur non nexa bis posito *ne*.

2. Atque *neu — neu* optimus quisque scriptor dicit, quando utrique parti una est ratio unumque verbum, sed *ne — neu*, ubi duobus verbis distinguuntur res, quarum neutri concedatur esse. Potest tamen etiam particulis *ne — neu* unum verbum submitti, si altera res accedit, nec fit disiunctio recta: de qua re vide nr. 3. aut *ne* arcte cohaeret cum ipso verbo ita, ut disiunctio brevitate sit suppressa, veluti apud Cic. Orat. 9, 29. *ornate vero et graviter et copiose dicere aut Atticorum sit aut ne sit Aeschines neve Demosthenes atticus.* Liv. 39, 18, 8. *ne qua bacchanalia Romae neve in Italia essent.* hoc est: ne qua bacchanalia neu Romae neve in Italia essent.

Plaut. Capt. 2, 1, 27. *secede — ne arbitri dicta nostra arbitrari queant, neu permanet palam haec nostra fallacia.* Bacchid. 4, 4, 39. Trin. 3, 3, 25. Trucul. 1, 2, 3. Merc. 1, 2, 6. Terent. Andr. 1, 5, 56. *te obtestor, ne abs te hanc segreges, neu deseras.* Eun. 2, 2, 46. *te — quietum reddam, ne sursum deorsum cursites, neve usque ad lucem vigiles.* Phorm. 1, 3, 5. Cato de Re r. 37, 4. *omnino caveto, ne quam materiam doles, neu caedas, neu tangas, si potes, nisi siccam.* Cic. ad Fam. 15, 12, 3. *efficias, ne quid mihi fiat iniuriae, neve quid temporis ad meum annuum munus accedat.* Caes. B. civ. 1, 86. *ne quid iis noceatur, neu quis invitus sacramentum dicere cogatur a Caesare, cavetur.* 3, 73. 3, 112. 2, 28. Q. Cic. Epist. 16, 8, 2. Liv. 3, 50, 5. *ne quod scelus Ap. Claudii esset, sibi adtribuerent: neu se ut parricidam liberum aversarentur.* 23, 7, 4. *ea ne fierent, neu legatio mitteretur ad Poenum.* Propert. 1, 11, 21. Horat. Sat. 2, 5, 37. Virgil. Ge. 2, 251. 1, 80. Aen. 2, 606. Lucan. 2, 688. ubi Guyetus male edidit *nec*. Ovid. Fast. 1, 45—49.

Cato de Re r. 3, 1. *ita aedifices, ne villa fundum quaerat, neve fundus villam.* Eadem verba affert Columella 1, 4, 8. sed codices in Catonis loco omittunt extrema verba. Plinius autem

Hist. nat. 18, 7, 6. habet *ut neque fundus villam quaerat, neque villa fundum.* Caes. B. civ. 1, 64. *ne labori suo neu periculo parceret.* Editiones exhibebant *nec.* Puto scripsisse Caesarem *ne laborj suo, ne periculo parceret.* Dubia est scriptura apud Livium 3, 16, 1. *ne Veientium, neu Sabinorum id consilium esset timere.* Scripsisse videtur Livius *ne Sabinorum.* Plaut. Trin. 2, 2, 15 (18). *hisce ego te artibus gratiam facio, neu colas neu imbuas ingenium.* Hermannus edidit: *eas ne colas, neu tuum ingenium iis imbuas:* Lindemannus *neu colas, neve iis imbuas ingenium.* Scribendum erat *ne colas.*

Cato de Re r. 88, 2. *ignem caveto ne intermittas: quin semper siet, neve noctu, neve ullo tempore intermittatur caveto.* Caes. B. civ. 1, 76. *neu se, neu Pompeium absentem, imperatorem suum, adversariis ad supplicium transdant, obsecrat.* Bell. gall. 7, 14. Cic. de Orat. 3, 43, 171. *struere verba sic, ut neve asper eorum concursus, neve hiulcus sit.* ad Fam. 1, 9, 51. *ut id a me neve in hoc reo, neve in aliis requiras.* de Off. 1, 89, 141. Horat. Art. poet. 189. *neve minor, neu sit quinto productior actu fabula.* Claudian. IV. Cons. Hon. 278. *neu dubie suspectus agas, neu falsus amicis.*

Cic. de Leg. 2, 27, 67. *eam ne quis nobis minuat, neve vivus neve mortuus.* Est quam logici subdivisionem appellant.

Poetae suo libertatis iure utuntur. Virgil. Ge. 2, 298. *neve tibi ad solem vergant vineta cadentem, neve inter vites corulum sere.* Aen. 12, 72. *ne, quaeso, ne me lacrimis, neve omine tanto persequere.* Sed vide an verum exhibeant codices gothani *ne me ominc.*

Sallust. Cat. 51, 43. *publicandas eorum pecunias, ipsos in vinculis habendos per municipia, quae maxume opibus valent: neu quis de his postea ad senatum referat, neve cum populo agat.* Recte codices quinque *ne quis,* non ob eam caussam, quam Cortius opinatus est, ne *neu* et *neve* componerentur, sed ex iusta ratione. Neque inest in *neu* vis copulandi, sed bene dicitur in his coniungendis sententiis *ne.* Tibull. 1, 2, 36. *neu strepitu terrete pedum, neu quaerite nomen, neu prope fulgenti lumina ferte face.* Boni codices praebent *ne strepitu:* quamquam *neu* defendi potest ob antecedens *parcite.* Eadem ratione refer *neu* ad praecedentes imperativos apud Virgil. Ge. 4, 47. Tibull. 1, 8, 49. 4, 4, 11. Horat. Sat. 2, 5, 89. Epist. 1, 11, 28. et ad coniunctivum apud Tibull. 1, 1, 37.

3. Sed alia est ratio haec. Alicui rei, quae ne fiat, negatur, addi potest alia neganda, quae praeter illam

etiam respici debet, aut minus valet, aut singulare quid complectitur. Nimirum eadem est ratio, qua simplicem *aut* ab duplici distinguimus, et sicut illud saepe redditur per *oder auch*, ita *neu*, praecedente *ne*, ponitur de re minus odiosa vel minus gravi. Hoc bene perspexit Herzogius in notis ad Caes. Bell. civ. 1, 76. sed sententiam hanc veram eo dilatat, ut in omnibus locis, in quibus *ne — neu* componuntur, alterum, quod per *neu* dicitur, accedere existimet tamquam fortuitum, atque ita significari id, quod aliquando fieri posse suspicemur. In his etiam duae partes ad unum verbum per *ne — neu* referri possunt. Germanicae linguae deest vocabulum, quod respondeat: dicimus *und auch nicht, aber auch nicht.*

Plaut. Bacch. 4, 4, 89. *immo tibi ne noceat, neu quid ob eam rem succenseat.* Liv. 4, 30, 11. *datum inde negotium aedilibus, ut animadverterent, ne qui nisi romani dii, neu quo alio more quam patrio colerentur.* Cic. de Amic. 21, 78. *una cautio est atque una provisio, ut ne nimis cito diligere incipiant, neve indignos.* Alia est sententia, quando cum Goerenzio coniicis *ut neve nimis cito — neve indignos.*

Caes. Bell. civ. 1, 74. *fidem ab imperatore de Petreii atque Afranii vita petunt, ne quod in se scelus concepisse, neu suos prodidisse videantur.* ubi non est quod reddas *weder — noch.*

Terent. Hec. 4, 2, 10. *ego rus abiturum hinc cum tuo me esse certo decrevi patre, ne mea praesentia obstet, neu caussa ulla restet reliqua.*

Ad unum verbum referuntur duae partes sententiae. Terent. Ad. 5, 3, 10. *dictum inter nos hoc fuit, ex te aleo est ortum, ne tu curares meum, neve ego tuum.* Cic. de Am. 18, 65. *ne quid fictum sit, neve simulatum.* 21, 78. ad Att. 3, 15. *ast tute scripsisti ad me quoddam caput legis Clodium in curiae poste fixisse, ne referri, neve dici liceret.*

4. Sic propius accedit *neu* ad particulas copulativas, et dicitur post *ut* pro *et ne:* quod rarum erat in usu antiquo. Saepe a librariis commutatum est in *nec.* Eo modo praecedit coniunctivus alterius verbi, vel omissa particula *ut.* Atque consentiunt Goerenzius (ad Cic. de Leg. p. 186.) et Beierus (ad Cic. de Off. 1, 26, 91. 2, 21, 73.) et Kritzius (ad Sallust. Cat. 34, 2.) post *ut* et *ut ne* in sententiis, quae consilium significant, non posse in altera parte poni *nec*, sed *neu.* Nimirum *nec* tum

post *ut* vel post coniunctivum sequitur, quum aliqua notio annectitur, non altera pars unius sententiae statuitur: veluti apud Tibullum 1, 1, 87. *adsitis divi, neu vos e paupere mensa dona nec e puris spernite fictilibus.* Ita recte codices non interpolati. Quare in legibus distincte definientibus semper ponitur *neu*, et ne quid fiat, cum quadam vi interdicitur.

Plaut. Men. 5, 7, 18. *obsecro te, quisquis es, operam ut des mihi, neu sinas in me insignite fieri tantam iniuriam.* Caes. B. gall. 4, 17. *aliae item supra pontem mediocri spatio, ut, si arborum trunci sive naves deiiciendi operis essent a barbaris missae, his defensoribus earum rerum vis minueretur, neu ponti nocerent.* ubi liber leidensis nec. 7, 47. *matres familiae de muro vestem argentumque iactabant et pectoris finc prominentes passis manibus obtestabantur Romanos, ut sibi parcerent, neu, sicut Avarici fecissent, ne mulieribus quidem atque infantibus abstinerent.* 2, 21. Liv. 2, 15, 2. *sed ut in perpetuum mentio eius rei finiretur, neu in tantis mutuis beneficiis in vicem animi sollicitarentur.* Sed dubia est haec scriptura: codices habent *ne*, praeter unum, qui *nec* praebet. 29, 2, 13. *orant milites, ut perculsos invadant, neu restitui aciem patiantur.* Vid. Dukerus ad 33, 46, 7. Drakenb. ad 2, 15, 2. Sallust. Cat. 34, 2. *uti res publica quieta foret, neve ex sua contentione seditio oriretur.* Epist. Pompei in Histor. fragm. 4. *quaesoque ut animadvertatis, neu cogatis necessitatibus privatim mihi consulere.* Orat. Macri 6. Iug. 8, 2. 10, 3. 102, 5. Tacit. Ann. 1, 42. Liv. 29, 2, 13.

Tibull. 2, 1, 17. *di patrii — vos mala de nostris pellite limitibus: neu seges eludat messem fallacibus herbis, neu timeat celeres tardior agna lupos.* Ovid. Trist. 1, 5, 36. *et date naufragio litora tuta meo, neve metu falso nimium trepidate.* Fast. 1, 287. Virg. Ge. 2, 36. *fructusque feros mollite colendo, neu segnes iaceant terrae.* 4, 45. Horat. Carm. 1, 2, 50. *hic ames dici pater atque princeps, neu sinas Medos equitare inultos, te duce, Caesar.* Virgil. Aen. 7, 263. *ipse modo Aeneas — adveniat, voltus neve exhorrescat amicos.* Horat. Ep. 1, 18, 110.

Caes. Bell. gall. 5, 58. *interdicit — unum omnes petant Indutiomarum, neu quis quem prius vulneret, quam illum interfectum viderit.* Sallust. Iug. 83, 1. *proinde sibi regnoque suo consulerct, neu florentis res suas cum Iugurthae perditis misceret.* Liv. 28, 36, 2. *coniungeret se Hannibali, neu senescere bellum — sineret.* Tacit. Ann. 1, 44. Curt. 3, 8, 2. Tacit. Ann. 1, 35. *mederetur fessis, neu mortem in iis laboribus, sed*

finem tam exercitae militiae — orabant. Haec ex formula a *mortem*: et brevitas loquendi convenit illis animis obstinatis.

Sallust. Orat. Lepidi 6. *num quid a Pyrrho, Hannibale Philippoque et Antiocho defensum est aliud quam libertas et sua cuique sedes, neu cui, nisi legibus, pareremus.* Quasi antocessisset *ut.*

5. Vtrumque, quem exposui, usum servatum videmus etiam in verbis *ut neu — neu* et *ut ne — neu.* Quare nihil addamus praeter exempla.

Cic. ad Fam. 1, 9, 21. *cur autem laudarim, peto a te, ut id a me neve in hoc reo, neve in aliis requiras.* ad Att. 5, 21. *fit gratia Bruti senatus consultum, ut neve Salaminiis neve qui eis dedisset, fraudi esset.* de Off. 1, 39, 141. de Orat. 3, 45, 171.

Cic. de Am. 21, 78. *omnino omnium horum vitiorum atque incommodorum una cautio est atque una provisio, ut ne nimis cito diligere incipiant neve non dignos.* Extremum hoc adhaeret.

6. Post *utinam* in altera parte sententiae, qua aliquid ne fiat optatur, sequitur *neu* eadem ratione, quam modo declaravi.

Sallust. Iug. 14, 24. *utinam emori fortunis meis honestus exitus esset, neu vivere contemptus viderer.* ubi Kritzius aliorum opiniones falsas refutavit.

7. Sicuti per *neque — et* duae partes, altera negativa cum affirmativa coniunguntur, ita etiam per *neve — et* apud poetas.

Ovid. Art. am. 3, 757. *neve domi praesume dapes et desine citra quam cupias.*

8. Extra hanc duarum partium alicuius sententiae rationem vix invenies exemplum particulae *neu* apud prosaicos scriptores. Poetae id non curarunt, sed *neve* dixerunt in sententia simpliciter adiungenda pro *et ne.*

Caes. B. gall. 7, 74. *pares eiusdem generis munitiones diversas ab his contra exteriorem hostem perfecit, ut ne magna quidem multitudine — munitionum praesidia circumfundi possent: neu cum periculo ex castris egredi cogantur, dierum triginta pabulum frumentumque habere omnes convectum iubet.* Graecus interpres μηδ' αὖ: libri plurimi *aut:* qui *neu* habeant, non nominantur. Atque hoc falsum est, nec ulla interpretum argumentatio magis valet, quam ut poetarum usum comprobet. Caesar scripsisse videtur *ne autem.* Sallust. Orat. Lep. 3. *nam quid a Pyrrho, Hannibale Philippoque et Antiocho defensum est aliud*

quam libertas et suae cuique sedes, neu cui nisi legibus pareremus? Si integra haec sunt, componuntur *et — neu*. Aldina editio *ne cui*. Quare ne hoc quidem loco certum apparet documentum. Tacit. Ann. 2, 58. *petere interim, ne Vonones in Syria haberetur, neu proceres gentium propinquis suntiis ad discordias traheret.* Morcerus et Pichena, haec intelligentes non esse disiunctionem, nec concinnam orationem, correxerunt *ne proceres*. Si tamen Tacitus illud scripsit, negligenter scripsit.

Ovid. Her. 18, 191. *neve putes id me, quod abest, promittere tempus.* Met. 2, 482. *neve preces animos et verba precantia flectant, posse loqui eripitur.* 4, 799. *aversa est et castos aegide vultus nata Iovis texit, neve hoc impune fuisset, Gorgoneum crinem turpes mutavit in hydros.* 14, 473. 1, 73.

9. Denique quaeritur etiam, an, quod in nonnullis locis factum videtur, *neu* poni possit pro *nec*, quod sit pro *et non*. Sed Zumptius iam ad Cic. Verr. 3, 6, 14. bene praecepit *nec* quidem poni posse pro *neu*, quod esset *et ne*, non tamen *neve* pro *nec*. Idque eo maxime comprobatur, quod usus non fert partes alicuius sententiae duas coniungere per *nec — neu*.

Varro de Re r. 1, 9, 7. *si sit terra alba, si nigra, si levis, quae quum fodiatur facile frietur, naturaque non sit cineritia neve vehementer densa.* Non est praeceptum, ne sit cineritia terra. Scribendum videtur: *natura quae non sit cineritia neque vehementer densa.* Cic. Verr. 3, 6, 14. *tanta cura Siculos tueri ac retinere voluerunt, ut non modo eorum agris vectigal novum nullum imponerent, sed ne legem quidem venditionis decumarum, neve vendundi aut tempus aut locum commutarent, ut certo tempore anni, ut ibidem in Sicilia, denique ut lege hieronica venderent.* Iam Ernestius vidit *neve* pro *neque* inter duo substantiva non posse stare. Zumptius in negligentia quaerit excusationis argumentum, quasi Cicero oblitus esset praecedens *quidem*, et *neve* alteri *ne* temere subiecisset. At talis negligentiae sordibus nefas est conspurcare elegantissimi viri orationem. Aut enim existimabimus, id quod ea, quae sequuntur, indicant, verba *neve vendendis* (ita enim libri veteres exhibent) *aut tempus aut locum* non a Cicerone esse scripta, aut, vocabulo *quidem* in multis codicibus omisso, temere mutatum esse *neque* in *neve*. Liv. 28, 43, 8. *illud nec tibi in me, neu mihi in minoribus natu animi sit, ut solimus, quemquam nostri similem evadere civem.* Recte dicitur *in minoribus*, quod non est *ergo minores*, sed in minoribus natu conspiciendis,

comoediis ubique restituit. vd. ad Hec. 1, 8, 50. Et quum Donatus ad Andr. 2, 1, 30. ait: *neutiquam una pars est orationis*, ipsam hanc conglutinationem intelligit.

Iam de usu. Antiquiores poetae comici omnes hoc vocabulo utuntur, prosaici scriptores aut raro aut numquam. Nullum exemplum inveni neque apud Caesarem, neque apud Quintilianum, Plinium, Suetonium. Ex Ciceronis libris tamquam singularia affert Charisius p. 186. haec: *de Senectute: mihi vero neutiquam probari potuit tam flagitiosa et tam perdita libido. Idem in commentariis de virtutibus: illud neutiquam probantes.* Ille est locus de Senect. 12, 42. ubi codices variant. Praeterea legitur nunc in libro de Vniv. 11. sed non liquida scriptura, et in verbis Attici apud Cic. Epist. 9, 10. et in Epist. 6, 9. Quare unus tantum videtur ipsius Ciceronis locus Charisii testimonio extra dubitationem positus esse, sed ne de eo quidem ex deperdito libro allato, nec de universo huius scriptoris usu sine periculo iudicare licet. De Livio dicam deinceps Videtur usus postea obsolevisse, aut certe non communis fuisse.

1. Omnes grammatici significationem dicunt esse *nequaquam*, *nullo modo*, atque auctorem habent Donatum in Schol. ad Terent. Andr. 2, 1, 30. At ipse hic Donatus ad Hec. 3, 3, 48 et ad 1, 2, 50. verum perspexerat. *Neutiquam* enim idem significat, quod *haud*, idque etiamsi fortius negat, tamen, ut germanicum *gar nicht* mitiori sensu et quadam ironica vi de eo dicitur, quod non nimium sit. Vnde Donatus: *neutiquam non est omnino negantis, sed aliquid assensionis habet: est enim neutiquam non nimis, non valde.* Atque ita in omnibus, quae exstant, exemplis, ut reddere quidem possis *gar nicht*, sed intelligas *non omnino* (quod differt ab *omnino non*), *non nimis*.

Ennius apud Cic. Acad. 2, 17, 52. *sed mihi neutiquam cor consentit cum oculorum adspectu.* Plaut. Mil. 3, 1, 37. *si albus capillus hic videtur, neutiquam ingenio est senex.* Poen. 1, 1, 71. *macula — sine damno magno quae elui neutiquam potest.* Terent. Heaut. 2, 3, 116. *quapropter haec res neutiquam neglecta est mihi.* Hec. 3, 3, 43. *id vero neutiquam honestum esse arbitror.* Andr. 2, 1, 30. Cic. de Vniv. 11. *sed quoniam orti estis, immortales vos quidem esse et indissolubiles non potestis: neutiquam*

tamen dissolvemini. Codices Augustini de Civit. d. 13, 16. habent *nequaquam.*

Cic. ad Att. 6, 9. *monebas de Q. Ciceronc puero, ut eum quidem neutiquam relinquerem.* Sunt igitur Attici verba, quae reddas *dafs ich ihn nicht ganz verlassen möchte.*

2. Proprie componitur haec negatio cum verbis *iacere, putare, videri* et quae sunt huius generis ad opinionem pertinentia. Germani dicunt *nicht eben.*

Plaut. Capt. 3, 4, 54. *filium tuum quod redimere se ait, id neutiquam mihi placet.* Merc. 3, 4, 14. Terent. Hec. 1, 2, 50. *usque illud visum est Pamphilo neutiquam grave, donec iam in ipsis nuptiis.* Hec. 3, 3, 43. *id vero neutiquam honestum esse arbitror.* Atticus in Cic. Epist. 9, 10. *nihil relinquitur nisi fuga, cui te socium neutiquam puto esse oportere.* Liv. 7, 12, 11. *dictatori neutiquam placebat.*

3. Ex his vero intelligitur, quam perverse plumi hodie usurpent hanc particulam in sententiis fortir negandis aut in absoluta negatione responsionis, et iam inopportuna facta sit coniectura a Beiero in Cic. ff. 2, 10, 56. *nam quos improbos, maleficos, fraudulntos putant et ad faciendam iniuriam instructos, os haud contemnunt quidem: neutiquam: sed de his ale existimant.* Hoc a latino usu prorsus abhorret. lud *neutiquam* eiiciendum erat. Atque Stürenburgius, usum huius vocabuli accuratius perpendisset, rectius xplicuisset coniecturam a se factam in Cic. ad Att. 13, 8. *is igitur si accierit, accurram: sin minus, neutiquam necesse erit.* Hoc enim est: *so wird es eben icht nothwendig seyn:* neque tamen inepta videtur ententia: *sin minus, non ante, quam necesse erit.* Exidit enim *non*, ut saepe factum est.

4. Vocabulum *neutique* non videtur recentiori demum tempore ortum, sed per aliquod tempus obsolem atque in vulgi ore servatum, rursus a scriptoribus estitutum: quod an argentea iam aetate factum sit, non firmaverim. In Livii quidem libris incerta videtur es, quoniam ii, qui in quibusdam codicibus narrant inveisse *neutiquam*, falli poterant compendiis scribendi: plumi tamen libri exhibent *ne utique* sive *neutique* in loco ntea allato 7, 12, 11. et in reliquis. Si quis vero haec cribis sua consuetudine antiquam scripturam interpontibus tribuere mavult, videat ne omnem antiquorum brorum auctoritatem infringat.

Liv. 4, 27, 10. *illud eximium consilii animique specimen et neutique vulgatae laudis.* 30, 11, 2. *Syphax — vetere se continebat regno neutique quieturus.*

Cod. Theodos. 15, 2, 3. *summas quidem domus, si laxaveris lautioribus praesententur, binas non amplius aquae uncias, aut si hoc amplius exegerit ratio dignitatis, supra ternas neutiquc possidere — decernimus.*

NEVTRVBI.

Antiquum vocabulum *neutrubi*, quod in uno loco Plauti exstat, significans *neutro in loco*, evanuisse videtur usque ad recentissima tempora. Nam nemo praeter Ammianum Marcellinum eo usus est. Quae apud eum in altero loco legitur forma *neutrobi* in modum verborum *utrobi* et *utrobique*, quod paullo ante praecedit, composita, fortasse recentior, sed usitatior erat. Sed Lindemannus de Adverbio 2. p. 6. propterea, quod haec vocabula non composita, sed dirivata sint, scribenda esse *neutrobi*, *utrobi* censet, et vocabulum *alicubi* discedere a lege per vulgarem dicendi usum. At per ipsum hunc usum parathesis cum synthesi commutantur.

Plaut. Aul. 2, 3, 56. *neutrubi habeam stabile stabulum, si quid deventi fuat.* Lambinus interpretatur: neutro in ordine sive apud neutros, neque apud divites, neque apud pauperes. Ammian. Marc. 19, 2, 13. *a dici principio adusque lucem obscuram neutrubi proelio inclinato.* 24, 2, 14. *dimicabatur nihilominus utrobique saxorum manualium nimbis, et neutrubi inclinato momento, proelium atrox — pari sorte diremptum est.*

NI.

Huius particulae naturam pauci sunt grammatici qui satis cognovisse videntur. Plurimi eam aut abiecta syllaba ex *nisi* factam, aut elisa littera *s*, contractas syllabas existimarunt: at illud omni ratione destituitur, hoc non potest simili exemplo verbi *misti* confirmari, quum littera *s* in *nisi* principalis non possit eiici.

Ne et *ni* diversas formas esse unius vocabuli et utramque in *nei* coniungi, iam p. 28. diximus. In Catulli 6, 2. Lachmannus restituit *nei sint inlepidae.*

ie vero, quae ab origine unius sunt generis, differunt gnificatione, qua in diversum usum venerunt. Atque iplici modo *ni* usurpabatur: primum, ut esset probendi coniunctio pro *ne:* tum in interrogatione negava, quae exprimitur per *quidni* et *quippini:* de quo cendum erit suo loco: denique ut significaret idem uod *si non.*

Lindemannus de Adverb. IV. p. 9. compositum putat vocabulum ex *ne* et *i*, quasi *i* adiectum exprimat *ullo modo*, sed alterum *ni* ex *nisi* contractum. Neutrum comprobari potest.

I. Servius quum in scholiis ad Virgil. Aen. 3, 686. arrat, antiquos scriptores, imprimis Plautum *ni* pro *e* dixisse, verum narrat, sed exemplis utitur dubiis. Iam non absurda est, ut Lindemanno videbatur, Geseri sententia, qua statuamus verba Plauti Men. 1, 2, . *ni malu, ni stulta sis* exire in apodosin *tute tibi odio abeas*, ideoque *ni* pro *si non* esse positum: Virgium autem in illo loco, quem etiam Priscianus 15. . 1004. affert, non dixisse *ni* pro *ne* etiam ii affirmant, ui suspectos versus defenderunt. Sed Cassius Hemina pud Plin. Hist. n. 32, 2, 10. *Numa constituit, ut isces, qui squamosi non essent, ni pollucerent.* Plauus Epid. 3, 2, 3. *ni quid tibi hinc in spem referas.* ntiquum decretum apud Gruter. p. 629. *dum ni quem n eis victoribus praeconibus legundeis sublegundeis n eius viatoris praeconis locum viatorem praeconem egant.* Tabula legis operum ex anno u. c. 649. apud Gruter. p. 207. col. 3. *dum ni minus viginti adsient.* nscriptiones apud Gruter. p. 996. n. 12. p. 204. Norisii Latin. et orthogr. pisan. tab. 4. c. 5. p. 474. Turneb. Adversar. 17, 11.

Bronkhusius ad Propert. 2, 6, 8. et Drakenborch. ad Sil. 1, 374. referunt in libris scriptis etiamnunc apparere vestigia antiquae scripturae. In verbis Varronis apud Nonium 4, 125. editiones aliae habent *dominum convivii, vinum aliudve quid ni laudato:* alii *mi laudato.* Illud aptius videtur esse.

II. 1. *Quidni*, compositum ex *quid* accusativo, quo rem ad aliquid referimus, et *ni*, quod est *ne*, grammatici quidam ortum existimarunt e verbis *quid aliud feceris, ni hoc feceris? quid esset, nisi hoc esset?* Quod absurdum. Significat *quomodo non? cur non?* in responsione de re agenda, quum alter dubius quaesiverit, semperque ad verbum vel expressum vel intelligendum

quod poterat, dirimere cunctatus est, et in Comment. a. 1889 edita aliam viam ingressus est, in qua equidem eum sequi non possum. *Ni* enim, quod in conditionali sententia collocatur, non est ex *nisi* factum, sed per se constat, et sicuti *ne* pro *ut ne* accipi potest (vide p. 29.) et *ne* dubitativum significat *ob nicht* (vide p. 89.), ita altera forma *ni* dicebatur pro eo, quod aliter per *si non* exprimebatur. Quare tantum abest, ut in *ni* omissum esse *si* putemus, ut elevata significatione, etiam per mutatam mensuram, in *nisi* adiectum videamus *si*. Qui vulgarem opinionem tuentur, non habent, quo formationem verbi *nive* expediant, nec caussam afferre possunt, cur *ni* numquam adverbialiter ad nomen aliquod apponatur, nec dicatur *ni tamen*, *ni vero*, *ni quod*, *ni quia*: quamquam ita Goerenzio visum est. Ceterum utrumque vocabulum antiquissimis temporibus usurpabatur, ut vetustior aetas alteri *ni* nequeat assignari.

1. *Ni* igitur idem est, quod *si non*, nec umquam in iis sententiis, in quibus *nisi* ob exceptionem requiritur, ab antiquis quidem scriptoribus est positum. Vbi autem dicendum erat *si non*, etiam dici poterat *ni*, sed ita ut *ni* ad totam sententiam pertineret, in *si non* negatio seiuncta ad unum aliquod vocabulum referretur. In utroque tamen negatio maiorem vim habet, unde fit, ut conditionalis particula in *ni* omitti possit. Germani eodem modo loquuntur *wäre es nicht*. Vt exemplum apponam, quod Plautus dixit Cist. 2, 3, 81. *nam ni intellexes*, *numquam credo amitteres*: hoc nullo pacto poterat dici *nisi intellexes*, sed poterat *si non intellexes*. Liv. 8, 10, 12. *si is homo*, *qui devotus est*, *moritur*, *probe factum videri*: *ni moritur*, *tum signum septem pedes altum — in terram defodi et piaculum hostia caedi*. Absurdum esset *nisi*. Apud Horatium Epist. 1, 2, 34. *ni posces ante diem librum cum lumine*, *si non intendes animum studiis et rebus honestis*, *invidia vel amore vigil torquebere*. ubi *si non* idem est, quod *ni*. Quod Livius 1, 22, 6. *ni reddantur*, *bellum indicere iussos*: idem 1, 32, 9. *si non deduntur*, *quos exposcit — bellum ita indicit*. Quamvis igitur *ni* inveniatur quibusdam in locis, in quibus etiam *nisi* poni possit, alia tamen est sententiarum ratio, quam scriptores recentioris aetatis non antiqua diligentia curarunt: neque in an-

quis est negligentiae tribuendum, quod corruptelis ulgatae scripturae debetur.

Plaut. Merc. 4, 2, 1. *parumne est malae rei, quod amat Demipho, ni sumptuosus insuper etiam siet?* In his requiritur *nisi*. At non est interrogatio, sed sententia haec: si non insuper sit sumptuosus, parum est malae rei, quod amat Demipho. Corruptionem verborum ipsi numeri ostendunt. Bothius dedidit *parum nunc*. Trin. 1, 1, 3. *nam ego amicum hodie meum concastigabo pro commerita noxia, invitus, ni me id invitet ut faciam fides.* Potest etiam in his oppositis sententiis *ni* accipi pro *si non*: si non fides suaderet, invitus amicum castigarem. Sed metrum etiam hic laborat. Hermannus scripsit *invitus ni id me invo*. Lindemannus vulgatam defendit eo, quod personalia pronomina praecedere soleant aliis. Scribendum videtur: *concastigabo pro commerita noxia invitus, nisi me invitet ut faciam fides.* Amph. 1, 1, 284. *vapulabis ni hinc abis, ignobilis.* Intellige: si hinc non abis. Cic. Verr. 3, 96, 223. *qui rem publicam sistere negat posse, ni ad equestrem ordinem iudicia referantur.* Miror neminem haesisse in vocabulo *ni*, quod esse debet *nisi*. Id in codice Leg. 42. exstat et a Zumptio est restitutum. ad Att. 16, 15. *de quo quidem ipso dixi Oppio, — me nullo modo facere posse, ni mihi exploratum esset, cum non modo non inimicum tyrannoctonis, verum etiam amicum fore.* Sine dubio scribendum est *nisi*. Vehementer autem errat Goerenzius, quum existimat de Fin. 3, 4, 24 in parenthesi scribi posse *ni alienum putas*: et recte ediderat Manutius 4, 28, 80. *nisi quod verbis aliter utamur.*

Gernhardus tribus potissimum modis *ni* a *nisi* differre dicit: primum *ni*, propter syllabae productae gravitatem pedestri orationi aptissimum, aliquid concisi et abrupti habere, quale ferat iudicii consuetudo in sponsionibus: deinde de re imperata esse minitantis: denique usurpari de re atrociore, quae subito prohibita sit. At omnia haec sunt momenta effectus, non causae, quae in ipsa vocabuli natura est quaerenda: nam *ni* a *nisi* non differt gravitate, sed notionis proprietate. Herzogius autem duplex esse affirmat conditionum genus, unum, quod mente et ratione nitatur, alterum, cui res vel gestae vel sensu perceptae ortum dederint: illud rationibus constare meditatione positis, hoc rebus et factis, quibus quis vel se commotum profiteatur, vel quibus quid evenisse declaret. Si haec recte intelligo, ex sententia viri doctissimi *nisi* indicat conditionem ex argumentis, quae cogitatione comparantur, petitam, *ni* autem conditionem cum rebus, quae sunt, coniunctam. At undecumque conditio profecta est, sem-

per est eadem, qua cogitatione ponitur sive sumitur aliquid esse, et id, quo diversitas quaedam exsistit, cernitur in eo, utrum conditio ponatur absoluta et certa de re, quae vere est, an ea cogitetur de re, quae esse potest. Atque id per modum diversum exprimitur, de quo hic non est sermo. Quod vero Herzogius bene sensit, id referri debebat non ad originem cogitationis, sed ad conclusionis formam. Ipse enim addit, *ni* rationem significare, cur res eum, quem exspectare liceat, eventum non habeant.

Quod Wagnerus ad Virgil. Aen. 5, 49. dicit *ni* esse affirmantis, *nisi* negantis aut ambigentis, redit ad eam, quam exposui, rationem: quod vero observasse sibi visus est, *ni* numquam negationi subiici, nec dici *non-ni*, id non fit negationis vi, sed per ipsius particulae significationem, nec potuit Virgilius usum ita coercere, ut *nisi* tantum post negationem collocaret.

Discrimen apparet in his, quae Rothius in notis ad Tacit. Agr. confudit: Cic. Phil. 6, 5, 14. *campus martius restabat, nisi prius cum fratre fugisset.* Liv. 42, 43, 8. *nihil enim satis paratum ad bellum in praesentia habebant Romani, non exercitum, non ducem, quum Perseus, ni spes vana pacis obcaecasset consilia, omnia praeparata atque instructa haberet.* Campus martius quod restabat, non pendebat ex eo, quod Antonius cum fratre fugit: at necessaria conditione Perseo parata fuissent omnia, si non spes vana pacis obcaecasset consilia. In loco Liv. 6, 21, 7. e codicibus restituendum est *nisi*.

Sallust. Iug. 31, 26. *quae nisi quaesita erunt, ni vindicatum in noxios, quid reliquum, nisi ut illis qui ea fecere obedientes vivamus?* Tantum abest ut posterius *ni* mutemus in *nisi*, ut etiam primo loco scribamus *ni*.

Dicunt Latini *nisi me fallit*, *nisi me omnia fallunt* (Cic. ad Att. 8, 7. 14, 12.) quando accedit haec sententia: sed etiam *ni fallor* integra cum conclusione pro *si non fallor:* quod non recte Wagnerus accepit pro „facile tamen fieri potest ut fallar." Tamen ob versus mensuram Ovidius scripsit Fast. 4, 623. *hac quoque, ni fallor, populo dignissima nostro atria Libertas coepit habere sua.* Nam poetae interdum metro coacti erant, ut formas permutarent.

Facile intelligitur, quapropter dici non possit *non ni*, *nihil ni* pro *non nisi*, *nihil nisi*. Quamquam librarii etiam in his peccarunt. Lucan. 8, 31. *quisquamne secundis tradere se fatis audet nisi morte parata?* Quidam scripserunt *ni morte parata*. Quod apud Virgilium Aen. 2, 177. *nec posse Argolicis exscindi Pergama telis, omina ni repetunt Argis.* et Wagnerus excusat

cohortandi, quae adhaerent, notione, potius in se habet hanc certam sententiam: si non omina repetant, non posse Pergama excindi.

2. Quum igitur haec particula nec vi nec significatione diversa sit ab *si non*, in declarando eius usu nihil superest, quam ut sententiarum genera afferamus, in quibus certa quadam consuetudine imprimis ea adhiberi videatur negativa particula, conditionali omissa. Communis utrique dictioni haec est ratio, ut *ni* et *si non* dicatur, ubi in conditionali parte fundamentum totius sententiae cernitur, quasi cogitemus: haec est conditio, sine qua res fieri non potest. Quare in apodosi adiiciuntur particulae demonstrativae, veluti *tum*. Negationis vis maior est. Saepe reddi potest per *wofern nicht:* saepe inest veritatis affirmatio, *si vere non factum esset.*

Plaut. Rud. 3, 4, 48. *ni efferumentas habebis plures in tergo tuo, quam ulla navis longa clavos, tum ego ero mendacissimus.* Merc. 3, 4, 4. *ni oculos lacrimae defendant, iam ardeat, credo, caput.* Horat. Sat. 2, 3, 151. *ni tua custodis, avidus iam haec auferet heres.* Codicum auctoritate bene restituerunt *ni* in Sat. 1, 3, 134.

Plaut. Aul. 4, 10, 12. *nam ni vellent, non fieret, scio.* 4, 6, 3. *ni subvenisset corvus, periissem miser.* 3, 5, 49. *compellarem ego illum, ni metuam, ne desinat memorare morcs mulierum.* Cic. ad Fam. 6, 6, 6. *dicerem quae antea futura dixissem, ni vererer, ne ex eventis fingere viderer.* de Sen. 19, 67. *itaque pauci veniunt ad senectutem: quod ni ita accideret, melius et prudentius viveretur.* Perit omnis sententiae vis, si scribitur *nisi*, quod libri quidam habent.

Idem dicendum est de loco Virgil. Georg. 4, 455. Sallust. Cat. 20, 2. *ni virtus fidesque nostra spectata forent, nequidquam opportuna res cecidisset.* Iug. 25, 7. *timebat iram senati, ni paruisset legatis.* Cat. 7, 7. *memorare possem, quibus in locis maximas hostium copias populus romanus parva manu fuderit, — ni ea res longius nos ab incepto traheret.* Tacit. Ann. 12, 54. *arsissetque bello provincia, ni Quadratus Syriae rector subvenisset.*

Plaut. Asin. 3, 3, 80. *atqui pol hodie non feres, ni genua confricantur.* 3, 3, 116. Capt. 1, 2, 18. *nam ni illum recipit, nihil est quo me recipiam.* Asin. 5, 2, 68. Mil. 3, 3, 53. *ni lepide ludificata ero, culpam omnem in me imponito.* Asin. 4, 1, 19. *ni quatriduo abalienarit, quo abs te argentum acceperit, tuus arbitratus sit, comburas, si velis.*

Eandem sententiam utroque modo dici posse, ostendit, si vera est scriptura, Tacitus Ann. 2, 35. *haud referrem*, *si pretium foret*. 13, 49. *non referrem vulgatissimum senatus consultum*, — *nisi Paetus Thrasea contra dixisset*. Male tamen scripserunt quidam editores in Sallustii Iug. 31, 26. *quae nisi quaesita erunt, si vindicatum in noxios*. pro eo, quod meliores etiam libri habent, *nisi vindicatum*.

Tacit. Agr. 2. *at mihi nunc narraturo vitam defuncti hominis venia opus fuit: quam non petissem, ni incursaturus tam saevo et infesta virtutibus tempora*. Sententia, de qua multi disceptarunt, haec est: at mihi nunc, (hoc tempore a superioribus temporibus diverso) narraturo defuncti hominis vitam, non meam, nec de conscientia, sed in laudem alienae virtutis, antequam aggressus essem opus, petenda fuit a lectoribus venia, quam non petissem, si non tempora virtutibus contraria mihi simul essent invadenda. *Cursare tempora*, quod alii defendunt, non convenit cum iis, quae ex poetarum carminibus afferunt, exemplis: sed *incursare* notiones percurrendi et aggrediendi coniunctas habet. *Ni* non est adverbialiter dictum, sed refertur ad verbum *essem* omissum.

3. Hoc fit cum graviori affirmationis vi et cum contentionis severitate.

Plaut. As. 5, 2, 10. *pol ni vera ista essent, numquam faceret ea, quae nunc facit*. Truc. 2, 7, 59. *perii hercle hodie, ni hunc a te abigo*. Ita recte edidit Goellerus, uti Most. 1, 3, 55. Liv. 22, 42. *clamore orto a militibus, ni signum detur, sine ducibus ituros*.

4. Quemadmodum *si non* ponitur, in quibus *ita* vel alia particula demonstrativa locum habet: sic etiam *ni*. Quod legitur in Cic. Acad. 1, 8, 11. *si haec ita non sunt, nihil aliud video, quod agere possimus:* etiam dici poterat *haec ni ita sunt*.

Cic. Tusc. 5, 39, 115. *ni ita se res haberet, Anaxagoras aut hic ipse Democritus agros et patrimonia sua reliquissent?* in Verr. 3, 64, 149. *ni ita esset* etc. quod Zumptius e codd. restituit. de Fin. 3, 20, 66. *quod ni ita se haberet, nec iustitiae ullus esset nec bonitati locus*. de Senect. 19, 67. vid. p. 191. 11, 35. de Nat. d. 1, 44, 122. 1, 27, 77. Ambigua est quaestio de loco Tusc. 5, 11, 33. vide Klotzium. Liv. 3, 24, 5. *ni ita esset, multi privatim ferebant Volscio iudices*. cf. n. 2. Sed apud Cic. ad Fam. 13, 76, 2. legitur *nisi*, vereor ut recte. Etiam de Sen. 23, 83. variant codices.

5. Verbis *mirum ni* idem exprimitur, quod verbis *mirum si non*, ad affirmandam rem. Est enim *non dubito quin, est ita.* Contrarium est *mirum quin:* minoris potestatis transversum *nimirum,*

Naevius apud Cic. de Orat. 2, 60, 279. *mirum, ni cantem.* Plaut. Trin. 2, 4, 94. *mirum, ni tu illuc tecum divitias feras.* Amph. 1, 1, 163. (168.) *mirum, ni hic me quasi murenam exossare cogitat.* Terent. Andr. 3, 4, 19. *mirum, ni domi est.*

Plaut. Bacch. 3, 3, 46. *mira sunt, ni Pistoclerus Lydus pugnis contudit.*

Cum asseveratione Plaut. As. 5, 2, 24. *atque edepol mirum, ni subolet iam hoc huic vicinae meae.* Capt. 4, 2, 25. *mira edepol sunt, ni hic in ventrem sumpsit confidentiam.*

Plaut. Amph. 1, 1, 275. *mira sunt, nisi latuit intus illic in illac irnea.* 1, 1, 127. *mira sunt, nisi invitavit sese in coena plusculum.* Vtroque in loco *ni* est scribendum: in altero non elidítur vocalis.

6. Propriam sedem *ni* obtinet in sententiis, quibus minae atque vehemens indignatio exprimitur.

Plaut. Asin. 2, 2, 96. *mihi tibique interminatust, nos futuros ulmeos, ni hodie Argyrippo viginti essent argenti minae.* Curc. 5, 3, 45. *ego te in nervom, haud ad praetorem hinc rapiam, ni argentum refers.* Men. 5, 2, 96. *ni iam ex meis oculis abscedat in malam magnam crucem, faciam, quod iubes, Apollo.* Vide quo differant ea, quae v. 93. antecedunt: *enimvero nisi occupo aliquid mihi consilium, hi domum me ad se auferent.* Illa sunt cum irae simulatione dicta: haec reddi debent: *es müßte denn seyn, ausser wenn.* Virgil. Aen. 12, 567. *regna ipsa Latini, ni frenum accipere et victi parere fatentur, eruam.* 9, 805. Tacit. Ann. 13, 56. *excidium minitans, ni causam suam dissociarent.* Ita codices, non *nisi* 1, 35.

Eodem modo *si non* dicitur Plaut. Pseud. 1, 2, 78. 3, 1, 11. Cic. p. Mil. 27, 75. ubi quod paullo ante legitur *nisi*, non obstat.

7. Idem fit in detestatione et asseveratione.

Plaut. Bacch. 3, 4, 5. *nam mihi divini numquam quisquam credunt, ni ego illam exemplis plurimis planeque amo.* 4, 8, 6. Most. 1, 3, 65. *de me faciant quod volunt, ni ob istam orationem te liberasso denuo.*

Varro de Re r. 3, 3, 10. *peream, ni piscem putavi esse.* Cic. ad Fam. 7, 18, 3. *moriar, ni — puto te malle a*

Caesare consuli quam inaurari. Sic Horat. Sat. 2, 1, 6. *perem male, si non optimum erat.*

8. His expositis paratam video adversariorum demonstrationem, qua comprobent *ni* idem omnino esse quod *nisi*. In illis enim, quibus narratur impedimentum obiectum esse, quo minus res incepta finiretur, aut res acta effectum haberet, ad sententiam vel per indicativum vel per coniunctivum expressam accedere *ni* cum coniunctivo videtur eo modo, quo alibi *nisi* dicitur: veluti Cic. de Off. 2, 1, 2. *quibus essem confectus, nisi restitissem:* sed Tacit. Hist. 1, 64. *prope in proelium exarsere, ni Valens animadversione paucorum oblitos iam Batavos imperii admonuisset.* Et bene intellexerunt viri docti rationem huius dictionis, qua per conditionem id significatur, quod per adversativam particulam posset exprimi: duplicem autem dictionis formam non satis animadverterunt. Aut enim id, quod rem impediisse vel sustulisse dicitur, conditionis nomine accedit ad id, quod factum vel inceptum est, aut negatio tantopere est gravata et necessario quodam nexu iuncta, ut *ni* pro *si non* dicatur. Vtrum scriptores eligant, in ipsorum sententia ac voluntate positum est: nec subitum aut praeter opinionem interiectum impedimentum, ut Gernhardus opinatur, per *ni* significatur, sed conditionis necessitas, quae atrocioribus rebus competit. Recentiores scriptores frequentius usurpabant *ni*, inprimis Tacitus: Cicero autem, ut videtur, semper *nisi*. Germani hoc discrimen facile agnoscunt, quando in verbis *wäre nicht* sive *wenn nicht — wäre* accentu graviori intendunt vocem *nicht*, ut vim verbi *ni* reddant. Sed orationis huius compositio duplicis est generis. Partes enim enuntiationis necessario nexu inter se cohaerent, sive coniunctivus utrique parti communis est, veluti apud Tacit. Hist. 3, 80. *ni dato a duce praesidio defensi forent, sacrum etiam in exteras gentes legatorum ius — civilis rabies in exitium temerasset:* quae eodem modo dicta sunt atque apud Cic. Verr. 3, 18, 45. *glebam commosset in agro decumano Siciliae nemo, si Metellus hanc epistolam non misisset:* sive in primaria sententia indicativus locum habet, ut Tacit. Ann. 4, 71. *ni mihi destinatum foret suum quaeque in annum referre, avebat animus anteire.* 11, 10. *et reciperare Armeniam avebat, ni a Vibio Marso — bellum minitante cohi-*

itus foret: quemadmodum Plin. Hist. n. 7, 28, 29. *Capitolium summamque rem in eo solus a Gallis seraverat, si non regno suo servasset.* Aut omittitur *l*, ad quod referri debet conditionalis sententia, ex iis, uae antecedunt, colligendum. Liv. 6, 21, 6. *magna hominum pars eo, ut legatio supplex Romam mitteretur, inlinabat: ni in privato, ut fit, periculo publicum implicitum esset.* hoc est: et misissent legatos, si non privato ericulo publicum implicitum esset. Verbum *inclinabat* er se stat, nec illud est, cui respondeat *implicitum sset.* Quare etiam gravior est ante *ni* facienda interunctio. Tacit. Ann. 3, 14. *effigies Pisonis traduerunt in Gemonias ac divellebant: ni iussu principis rotectae repositaeque forent.* i. e. et divulsae fuissent, i non repositae essent. 2, 46. *sperabatur rursum pugna: i Maroboduus castra in colles subduxisset.* i. e. et ugnassent, si non — subduxisset. Sententia prior aut arrat id, in quo faciundo aliquis versatus sit, aut quod acturus fuerit, aut quod in voto vel voluntate habuerit. lemo hac dictione saepius utitur quam Tacitus, nec duitari potest, quin paucis in locis, in quibus nunc legiur *nisi*, ut in Ann. 11, 34. 13, 5. restituendum sit *ni.* pud Sallustium ellipticae formae exemplum frustra uaeres. Grammatici vero quum vidissent sententiis ita ormatis exprimi quod opponeretur ante dictis aut ea oerceret, dicebant *ni* et *nisi* pro *sed* poni. Ruhnken. d Terent. Andr. 4, 1, 40. Rothius ad Tacit. Agr. . 254. qui *ni* non a *nisi* distinguunt.

Curtius 8, 1, 6. *Alexander — educentorem praemisit, qui denunciaret, ni dederent, ipsos ultima esse passuros.* Sed paullo post: *sexaginta dierum inducias pacti, ut, nisi intra eos auxilium Dareus ipse misisset, dederent urbem.* Hoc exemplo luculenter demonstrare licet differentiam.

Liv. 23, 18, 6. *plures occidissent, ni nox proelio intervenisset.* 24, 41, 6. 25, 37, 14. 29, 2, 14. Tacit. Agr. 37. *quod ni frequens ubique Agricola — ruriores silvas equitem pervultare iussisset, acceptum aliquod vulnus per nimiam fiduciam foret.* Alia supra. Tacit. Ann. 1, 35. *ferrum a latere deripuit elatumque deferebat in pectus: ni proximi prensam dextram vi attinuissent.* 1, 63. 1, 65. 2, 45. 6, 3. 12, 39. 3, 28. 2, 10. 4, 30. 6, 9. Sallust. Cat. 18, 8. *quod si Catilina maturasset pro curia signum sociis dare, eo die — pessimum facinus patratum foret.* 29, 2. *ni virtus fidesque vestra spectata mihi forent, nequidquam*

opportuna res cecidisset. Imperfectum legitur Ann. 12, 42. Post verbum *parabant* Hist. 3, 46. 4, 36. Ann. 1, 24. vd. Wopkens. in Actis Soc. Rheno-Traiect. T. 4. p. 366. T. 2. p. 110.

Tacit. Ann. 4, 64. *feralem annum ferebant et ominibus adversis susceptum principi consilium absentiae, qui mos vulgo, fortuita ad culpam trahentes: ni Caesar obviam isset tribuendo pecunias ex modo detrimenti:* i. e. iniuriam fecissent.

Antecedit negatio. Tacit. Ann. 6, 36. *peritia locorum ab Iberis melius pugnatum: nec ideo abscedebat: ni contractis legionibus Vitellius — metum romani belli fecisset:* intelligo *mansisset.*

Librarios saepissime *ni* et *nisi* commutasse monstravit Drakenb. ad Liv. 23, 1, 8. nec certo iudicio possumus uti ubique. Errant autem ii, qui *ni* putant esse elegantiorem formam, aut per librariorum inscitiam oblitteratam: quae fuit sententia Garatonii ad Cic. p. Sest. 38, 82. ubi non est *n i s i* in *ni* mutandum.

Vnus est locus et formula, in quo Cicero *ni* scripsisse videtur de Off. 2, 19, 67. *admonebat me res, ut hoc quoque loco intermissionem eloquentiae, ne dicam interitum deplorarem: ni vererer, ne de me ipso aliquid viderer queri.* i. e. et deplorassem, si non vererer. Tamen Lambinus edidit *nisi.* Alter locus Epist. ad Fam. 6, 6, 6. ubi etiam *ni vererer* legitur, diversus est. 3, 10, 22. *quererer tecum atque expostularem, ni — purgare me tibi hoc tuo tempore quam accusare te mallem.* Sed antiquissimae editiones *nisi:* an mediceus liber, non constat.

9. Restat iudicialis usus huius particulae. In sponsionibus et in stipulatione enim tamquam ex solemni formula usurpatur *ni.* Hanc formulam monstrarunt Lambinus ad Cic. p. Quint. 8, 30. ad Epist. 7, 21. Guilelmus Quaest. Plaut. 2, 9. Brissonius de Formulis 5. p. 369. Gronov. ad Gell. 5, 4. Drakenborch. ad Liv. 3, 57, 5. et quos hic laudat. Sed optime disputavit Rostius in libello *de usu vocabulorum si et ni in sponsionibus.* Lips. 1820 et in Opusculis. Cf. Beier. ad Cic. Off. Tom. 2, p. 326. Declarat ille *si* in sponsionibus esse vocem negantis, *si res ita est: ni* autem affirmantis, *ni res ita est:* hic conditione provocat, ille sponsione se defendens pignore mulctari vult. Plaut. Cas. Prol. 7. *id ni fit, mecum pignus, si quis volt, dato in urnam mulsi.* In stipulatione autem contrariam esse dicendi rationem: *spondesne ni* i. e. si non apparet, quod tu affirmas, ego nego. Vtebantur igitur Romani in provocando ad sponsionem pignoris vel ad iudicem vocabulo *ni.* Stipulatio et sponsio ipsa fiebat cum particula *si,* restipulatio et re-

ponsio per *ni:* praetor iudicem dabat adhibita particula *si*. In hunc modum explicuit Rostius ambigua verba pud Cic. in Verr. 5, 54, 141. *ni furtis quaestum faceret*, quae sunt lictoris provocantis. Idem exemplo ellii 5, 4. ostendit scriptores veteres interdum discrimen llud, quod inter provocationem ad spondendum et psam stipulationem intererat, neglexisse.

Plaut. Epid. 5, 2, 35. *ni ergo matris filia est, in meum nummum, in tuum talentum pignus da.* Pers. 2, 2, 4. *da hercle pignus, ni omnia memini et scio.* Poen. 5, 4, 72. *da pignus, ni nunc periures, in suevium, uter utri det.* P. Africanus apud Gellium 7, 11. *ni hoc ita est, qui spondet mille nummum?* Cic. in Pis. 23, 55. *quum ego coelimontana porta introisse dixissem, sponsione me, ni equilliana introisset, homo promptissimus lacessivit.* de Off. 3, 19, 77. *Fimbriam consularem audiebam de patre meo puer iudicem M. Latatio Pinthiae fuisse — quum is sponsionem fecisset, ni vir bonus esset.* in Verr. 3, 59, 135. Alia multa vide apud Brissonium.

Ita *si non* dicitur. Cic. p. Quint. 8, 30. 27, 84.

10. Sponsionis duplex potest esse membrum, sive it duae collocentur res controversae, sive ut alterum membrum sit affirmationis, alterum negationis. Tum atini *nive* dicunt, sive praemisso *ni*, sive *si*.

Plaut. Rud. 5, 3, 24. *cedo quicum habeam iudicem, ni dolo malo instipulatus sis, nive etiam dum sicm quinque et viginti natus annos.*

Plaut. Rud. 3, 4, 7. *ergo dato de senatu cyrenensi quemvis opulentum arbitrum, si duas esse oportet, nive eas esse oportet liberas.*

Quod legitur apud Ciceronem p. Caec. 23, 65. *illud, quod dicitur sive nive, irridemt.* Gulielmi debemus coniecturae, sed ut videtur, certae.

11. Sed non solum in sponsionibus ita loquuti sunt, verum etiam in aliis iudicialibus formulis, quae negationem maiori vi intenderent. Brissonius p. 370.

Liv. 3, 57, 5. *proinde, ut ille iterum ac saepius provocet, sic se iterum ac saepius iudicem illi ferre, ni vindicias ab libertate in servitutem dederit.* Inde scripserunt 24, 5. *ni ita esset, multi privatim ferebant Volscio iudices.* ubi codd. *nisi.*

12. Illud *nive*, ut haec addam, etiam in quacumque disiunctione usurpatur, quum sit *vel si non*.

Plaut. Rud. 5, 3, 62. *spectatores, vos quoque ad coenam voco, ni daturus nil sim, neque sit quidquam pollucti domi, nive*

adeo vocatos credam vos esse ad coenam foras. Formula iudicialis apud Festum s. v. *procum: si alium procas, sive eum procas.*

13. *Quod* sicuti verbis *si*, *nisi*, ita etiam vocabulo *ni* praefigitur eadem ratione, quam in SI illustrabimus.

Cic. de Haruap. resp. 11, 22. *quod ni tu Megalesia illo die spectare voluisses, haud scio an vivere nobis — liceret.*

NIHIL. NIHILOMINVS.

1. De nomine *nihil* nobis non esset dicendum, nisi grammatici permulti adverbii provinciam ei assignassent et pro *non* accepissent. Vt alios omittam, Cortium ad Sallust. Cat. 16, 5. nomino et Drakenborchium ad Liv. 22, 45, 5. et Ruhnkenium ad Terent. Andr. 1, 2, 31. Sed melior etiam doctrina iamdudum a viris doctis est tradita. Vide Zumptium in Grammat. §. 677. Kritzium ad Sallust. Cat. 16, 5. Numquam enim *nihil* exuit naturam substantivi, cuius accusativus casus indicat rationem, qua quid ad notionem aliquam refertur, ubi Germani loquuntur *in Beziehung*, *in Hinsicht:* neque hunc usum e graeco sermone translatum, sed utrique linguae communem putabimus, haud immemores tam multorum adiectivorum et substantivorum, quae hoc accusativo casu in vicem adverbiorum succedunt, veluti *nimium*, *multum*, *magnam partem*. Modo igitur *nihil* dicitur quasi sit *in nihil*, *ad nihil*, modo ut exprimat *nulla ratione*, *nullo pacto*, *nequaquam*. Haec maior est vis negationis quam in *non*. Cf. Priscian. p. 1196. Frequentissimum usum videmus in Quintiliani libris.

Plaut. Mil. 4, 2, 16. *hanc quidem nil tu amassis.* Bacch. 5, 2, 63. *me nihil poenitet, ut sim acceptus.* vd. Bothium ad Mil. 733. Stich. 4, 1, 10. *nunc me gratiam abs te inire verbis nihil desidero.* Terent. Andr. 1, 2, 33. *nil me fallis.* Cic. ad Fam. 6, 6, 5. Caes. Bell. gall. 2, 21. *nihil iam Caesaris imperium spectabant.* Cic. ad Fam. 5, 20, 21. *qui ambitione nihil uterer.* 9, 16, 11. Agrar. 2, 28, 61. Parad. procem. 5. *hoc tamen opus in acceptum ut referas, nihil postulo.* Alia apud Cort. ad Epist. 6, 6, 5. Liv. 3, 65, 2. *consules — nihil magnopere ad patrum aut plebis caussam inclinati.* 6, 38, 7. *nihil patricium magistratum inseram concilio plebis.* Quintil. 2, 17, 15. *de Epicuro, qui disciplinas omnes fugit, nihil miror.* Sallust. Iug. 31, 6. *nihil si, nihil secessione opus est.*

Cum adiectivis: Liv. 4, 9, 8. *nihil Romanae plebi simile.* 37, 54, 23. *terminus est nunc imperii vestri mons Taurus. Quidquid intra eum cardinem est, nihil longinquum vobis videri debet.* ubi Drakenborch.

Liv. 9, 22, 4. *nihil consulto dictatore, magister equitum submovit hostem.* vd. Drakenborch. ad 22, 45, 3. Quintil. 6, 1, 38. *nihil vultu commotos — vidi.* Sallust. Cat. 16, 5. *senatus nihil sane intentus.*

Statii Theb. 9, 609. *serum indignata frequento more nihil gravo.*

2. Huic vero rationi convenit, ut *nihil* etiam in ententiis prohibitivis ponatur pro *ne.*

Cic. ad Fam. 16, 8, 2. *quare nihil properaris: satis quotidie videro, si valebis.*

3. Cum comparativis coniunctum vocabulum non ecedit a communi ratione, et dicitur *nihilo minus* pro *on minus:* veluti Cic. ad Att. 8, 11. Epist. ad Magn. *eque enim eos solos arbitrabantur capi, qui in aratorum manus incidissent, sed eos nihilominus, qui egionibus exclusi intra praesidia atque intra arma lieua venissent:* nec negari potest, quum duo vocaula in unam notionem coirent, veteres etiam scriptura a coniunxisse. Nos hic tantum ea consideremus, in quius *nihilominus* adverbii instar pro *tamen* ponitur. lam verba *nihilo secius* non eodem modo dicuntur. Ac rimum *nihilominus* exprimit sententiam, id, quod ictum est, non impedire, quin alterum fiat. Interdum d, quod, quominus res fiat, obstare videtur, non veris exprimitur, sed in cogitatione inest. De differenia verborum *nihil minus* Gernhard. ad Cic. de Off. 1, 1, 72. Graeci dicunt ἢ μήν. vd. Blomfield. ad Aeschyl. rom. 948.

Cic. Phil. 5, 9, 26. *legati proficiscantur, bellum nihilominus paretur.* p. Rosc. Com. 18, 56. *siquidem sine cautione et repromissione nihilominus id Fannius societati, hoc est Roscio, debebat.* p. Mil. 7, 19. *minus dolendum fuit re non perfecta, sed puniendum certe nihilominus.* Quintil. 5, 14, 6. *mihi et plurimis nihilominus auctoribus tres summum videntur.* i. e. etiamsi aliter Cicero statuit. 8, 3, 85. *tacuit enim illud, quod nihilominus accipimus, non deesse homines, qui ad crudelitatem eum impellant.* Celsus 7, 7, 15. *si nihilominus madent, manifestum est sub osse descendere.* 5, 6, 21. *intercidendae (venae) sunt, ut et in se ipsae cocant, et nihilominus ora praeclusa habeant.*

4. Thomasius in Tursellini libro haec scripsit: „*nihilominus* pro *tamen*, quum antecedit *etsi*, *quamquam* aut aliquid simile, usitatum non est. *Nihilominus tamen* non temere usurpandum.“ Caussam non exposuit, et Schwarzius paucitate exemplorum, quae reperiantur, firmare studet regulam improbabilem. Nam sive concessiva particula praecedit, sive alia verborum constructio, *nihilominus* semper in ea sententia dicitur, qua id tollitur, quod impedimentum esse videtur. Nec ulla est particula concessiva, quae non exempla habeat huius structurae.

Cic. de Inv. 1, 4, 5. *quare meo quidem animo nihilominus eloquentiae studendum est, etsi ea quidem et privatim et publice abutuntur*, Liv. 26, 48, 11. *ceterum, etiamsi vis abest, nihilominus detestabili exemplo rem agi.* Columell. 12, 20. 2. *quod etiamsi fecerimus, nihilominus defrutum infra tertiam partem vasis considit.* Locos e Digestis allatos vide Tom. 2. p. 591. et p. 662.

Cato de Re r. 39, 2. *cogitato, si nihil fiet, nihilominus sumtum futurum.* Plancus ad Cic. 10, 11, 13. *quodsi nihil profecero, nihilominus maximo sum animo.* Quintil. 1, 2, 5. *at si bona ipsius indoles, si non caeca ac sopita parentum socordia est, et praeceptorem eligere — licet, et nihilominus amicum gravem virum — lateri filii sui adiungere.* Celsus 3, 12. *si ibi quoque senserit, nihilominus idem sub expectatione accessionis quartae faciat.* 8, 5. Iustin. 12, 4, 9. *si quorum patres occidissent, nihilominus pupilli stipendia patrum trahebant.*

Columell. Praef. 28. *nam prata et salicta — quamvis tenuem, nihilominus aliquam desiderant industriam.* 9, 14, 14. Senec. Epist. 66, 44. *alia sunt, quae quamvis nolit accidere, nihilominus et laudat et comprobat.* Nat. qu. 4, 13, 6.

Auson. Grat. Act. p. 296. Bip. *quamquam me istam dixerim seposuisse materiam, et in tempus aliud reservare, nihilominus tamen, ut nunc aliqua contingam, nutu et prope murmure cohortantur.*

Varro de Ling. lat. 7 (8), 13. *itaque in vestitu quam dissimillima sit virilis toga tunicae, muliebris stola pallio: tamen inaequalitatem hanc sequimur nihilominus.* Liv. 27, 26, 8. *quibus quum extraki aestatem posse consules crederent, nihilominus oppugnari Locros posse rati* etc. 28, 18, 8. Cornel. Attic. 4, 3. Hirtius B. alex. 50. *quum in illa societate nonnulli versarentur rapinarum, nihilo minus oderant eum.*

Cic. ad Fam. 10, 2, 4. *in his rebus, quae nihilominus, ut ego ipse, confici possunt, pete a te* etc.

Cic. ad Att. 9, 15. *scimus nempe: haeremus nihilominus.*

Cic. de Inv. 2, 41, 120. *amentiam igitur fuisse, quum heredi vellet cavere, id adscribere, quo non adscripto, nihilominus heredi caveretur.* Celsus 7, 7, 15. *levata altera parte, nihilominus altera infestat.* Senec. Epist. 120, 17. *at nos corpus tam putre sortiti, nihilominus aeterna proponimus.* Sallust. Cat. 26, 1. *his rebus comparatis nihilominus Catilina in proximum annum consulatum petebat.* Interpretes vario modo substituerunt sententiam, quae opponeretur: iis obloquutus est Kritzius dicens verba *his rebus comparatis* non esse concessionis, sed temporis, atque intelligi debere: quum has res parasset Catilina, quamquam superiore anno repulsam tulerat, nihilominus in proximum annum petebat consulatum. Hoc nimium, nec ex antecedentibus sumptum est. Sententia simplex haec videtur: omnia haec, quae comparaverat et quae alius consilii esse videbantur, non impediebant, quominus in proximum annum consulatum peteret.

5. Atque haec omnia etiam in duplicata particula *amen nihilominus* inveniunt comprobationem. Collatis exemplis intellexi nullum discrimen intercedere, sive praecedat *tamen*, sive sequatur.

Terent. Heaut. 5, 3, 10. *non postulo: iam loquere: nihilominus ego hoc faciam tamen.* Cic. ad Fam. 4, 13, 5. *quamquam enim nulla me ipsum privatim pepulit insignis iniuria: nec mihi quidquam tali tempore in mentem venit optare, quod non ultro mihi Caesar detulerit, tamen nihilominus eis conficior curis, ut ipsum — peccare me existimem.* 13, 15, 4. p. Cluent. 28, 76. *nonnulli autem severi homines, — etsi alii pecunia accepta verum iudicabant, tamen nihilominus se superioribus suis iudiciis constare putabant oportere.* Caes. Bell. civ. 3, 17. *si illud tenerent, se quoque id retenturum: nihilominus tamen agi posse de compositione.* ubi Davisius. 3, 18. Hirt. B. afr. 1.

6. Reisigius in Praelect. gramm. p. 449. monet cavendum esse, ne *nihilominus* de rebus dicatur, quae nullam deminutionem admittant: quare hoc vocabulum non componi cum numeralibus neque cum superlativis, neque cum nominibus certae magnitudinis, veluti *tanus.* At si *nihilo minus* dicimus pro *non pauciores,* recte componitur cum numeralibus. Plaut. Men. 5, 5, 49. *i, arcesse homines, qui illunc ad me deferant.* SE. *Quot sunt satis?* ME. *Proinde ut insanire video, quatuor: nihilo minus.* Sin vero *nihilominus* pro *tamen*

dicimus, nihil obstat, quin recte loquamur: *etsi aliquot abierunt, nihilominus restant viginti.* Columell. 12, 52, (50,) [illegible]. *quantumcumque adieceris salis, nihilominus saporem non recepit oleum.*

7. Similis, non aequalis est compositio verborum *nihilo magis*, quae numquam ita coisse videntur, ut pro uno vocabulo haberentur. Nam praeter comparationem per alia verba continuatam, in sententiis concessivis dicitur quidem *nihilo magis*, sed non minuta comparativi potestate, neque in eum modum, ut *tamen* adiiciatur. Certe antiquiores scriptores non aliter loquuti sunt.

Plaut. As. 2, 3, 13. *quid? eius atriensis?* LI. *Nihil mage istus est.* Terent. Hec. 1, 2, 62. Cic. de Div. 2, 59, 121. *hoc quo dialectici non facitis: nec solum ea non sumitis ad concludendum, quae ab omnibus concedantur, sed ea sumitis, quibus concessis nihilo magis efficiatur, quod velitis.* Cornel. Dat. 10, 3. *haec diu faciendo persuasit homini, se infinitum adversus regem suscepisse bellum, quam nihilo magis, ne quam suspicionem illi praeberet insidiarum, neque colloquium eius petivit, neque in conspectum venire studuit.*

Varro de Re r. 1, 2, 23. *quae* (tabernae diverseriae) *tamen, quamvis sint fructuosae, nihilo magis sunt agriculturae partes.* Voc. *tamen* non spectat ad *nihilo magis*, sed ad antecedentia.

NIHILDVM.

Adiecta temporis notione dicitur *nihildum*, quod est nihil adhuc. *Dum* decursum temporis significat. Vide Tom. 2. p. 323. nec dubitari licet utramque vocem uno accentu comprehensam esse: quamquam sunt exempla, quae separatas ostendunt: Cic. ad Att. 7, 12. *itaque a te nihil dum certi exquiro, sed quid videatur.* Contra autem ad Fam. 10, 12, 5. *nihildum enim sciebat.* Apud comicos non memini me legere hoc vocabulum.

Cic. ad Att. 9, 2. *Brundusio nihildum erat allatum.* ad Fam. 12, 7, 6. vd. T. 2. p, 324. in Catil. 3, 3, 6. *Cimbrum Gabinium statim ad me nihildum suspicantem vocavi.* Liv. 35, 20, 1. *nihildum ad id bellum praeter animos parabant.* Quintil. 1, 1, 34. *quae* (aetates) *nihildum ipsae ex se generare queunt.*

Liv. 24, 20, 15. *quamquam simulata lenitas nihildum profuerat.* Ita cod. florent.: alii *nihil nondum*, alii *nondum.* quod critici reiecerunt. Quid vero, si *nihil* a glossatore verbo *profuerat* adiectum est? Potest tamen *nihildum* per *nondum* explicari.

NIMIRVM.

De origine huius vocabuli olim ambigebatur, nunc non amplius. Compositum enim est *ni*, pro *ne* ut in *nisi*, *nihilum* dictum, et *mirum*. Sed Gesnerus in Indice script. rustic. narrat formam *nemirum* etiam in antiquissimis libris exstare. Quare significat proprie *non mirum*. Priores grammatici accipiebant pro *mirum ni*, quod inverso ordine significaret *ni esset, mirum foret*: Schwarzius pro *nihil mirum*. Billrothus in Gramm. p. 338. explicuit verbis *ne sit mirum*. Verum vidit iam Donatus ad Terent. Eun. 3, 3, 1. *solve nimirum et fac non est mirum. — Nam ni ne significat et ne non.* Klotzius ad Cic. Tusc. 1, 22, 52. haec: *nimirum* contracta esse verba *ni mirum est*, quae significent: nisi quid mirum atque insolitum subest vel accedit, rem esse dicimus. Quae ratio mihi videtur falsa esse. Nam cur id, quod veritatem infringat, aut rem impediat, *mirum* dicatur, non intelligitur. Recte loquimur *mirum ni* — et *non mirum* in affirmanda sententia, perverse autem *nisi mirum est* pro *mirum esset nisi*.

1. Vna est particulae significatio, duplex usus. Vsurpatur enim in re explicanda vel demonstranda, quae per se intelligitur, aut de qua nemo miretur. Itaque ponitur pro *sine dubio* (quod apud Cic. de Inv. 1, 28, 32. ex adverso positum), *videlicet*, *certe*. Compararunt graecum δῆ, quod etiam de rebus notis et apertis usurpari constat. Rarus est usus apud comicos: quare Bentleius cohibere debebat iudicium suum de sempiterno usu accentus in media syllaba ponendi. Plautus semel, Terentius ter in Eunucho dixit. Oratores vero loquuntur ita saepius in iudicio de rebus extra dubitationem positis: quare particula semper additur ipsi iudicio et ad id refertur, quod praedicatur. Non adhaeret uni alicui vocabulo, nisi verbo, nec habet vim nectendae sententiae, quam ei assignat Peter in notis ad Cic. Orat. 47, 158. Dicunt Latini *et nimirum*, *sed nimirum*. Gernhardus ad Cic. de Am. 15, 52. „non raro *nimirum* alterum vel tertium locum occupat, si non totam sententiam, sed unam vocem acuit.“ Extremum hoc non verum est: semper enim particula moderatur iudicium.

Plaut. Aul. 2, 8, 23. *nimirum occidor, nisi ego intro hac propere propero currere.* Terent. Eun. 3, 3, 1. *profecto quanto*

magis magisque cogito, nimirum dabit haec Thais mihi magnum malum. 4, 7, 14. *nimirum consilium illud rectum est de occludendis aedibus.* 2, 2, 37.

Cic. p. Mur. 22, 45. *non parva res, sed nimirum omnium maxima.* i. e. sine dubio. Tusc. 2, 30, 74. *sed nimirum hoc maximum est experimentum.* de Orat. 1, 4, 16. Tusc. 1, 22, 52. *est illud quidem vel maximum animo ipso animum videre: ut nimirum hanc habet vim praeceptum Apollinis, quo monet, ut se quisque noscat.* 3, 14, 30. Brut. 21, 82.

Cic. p. Mur. 15, 32. *omnibus regibus, quibuscum populus romanus bellum gessit, hunc regem nimirum anteponet.* ubi vd. Ernestius. de Div. 1, 54, 122. *hoc nimirum est illud, quod de Socrate accepimus.* p. Flacc. 28, 66. de Inv. 1, 3, 4. Tusc. 2, 28, 55. Orat. 47, 157. *non scire quiddam barbarum nimirum habere videtur.* Nemo cum Petro *nimirum* additum putabit uni vocabulo *barbarum*: sed etiamsi *nimirum* exstat in vitebergensi codice, de eius integritate dubitare licet. Vulgata *non scire quidem barbarum videtur* etiam bene se habent. de Am. 7, 23. *quumque plurimas et maximas commoditates amicitia contineat, tum illa nimirum praestat omnibus, quod bona spe praebuerit in posterum.* Rhet. ad Heren. 4, 30, 41. *hunc exstinguere, id nimirum capi fuit Troiam.* Horat. Ep. 1, 9, 1. *Septimius, Claudi, nimirum intelligit unus, quanti me faciat.* 1, 14, 11.

Cic. in Verr. 2, 63, 154. *is est nimirum soter, qui salutem dedit.* h. e. ut omnibus constat, *bekanntlich.* Iuvenal. 7, 28. Quintil. 12, 2, 8. Curt. 4, 16, 5. 6, 9, 11. Virgilius semel dixit Aen. 3, 558. semel Propertius 3, 8, 9. numquam Tibullus, numquam etiam Celsus.

2. Dicitur *nimirum* ab eo, qui aliquid concedit aut se non negare profitetur.

Cic. de Leg. 2, 1, 3. *sed nimirum me alia quoque causa delectat, quae te non attigit ita.* ubi nos *ich kann nicht läugnen, allerdings.* Hirtius de B. gall. praef. *sed ego nimirum, dum omnes excusationis caussas colligo, ne cum Caesare conferar, hoc ipso crimen arrogantiae subeo, quod me iudicio cuiusquam existimem posse cum Caesare comparari.*

3. In apodosi adiectum *nimirum* sententiae addit confirmationem.

Cic. p. Mur. 15, 32. *atqui si diligenter, quid Mithridates potuerit et quid effecerit et qui vir fuerit, consideraris, omnibus regibus, quibuscum populus romanus bellum gessit, hunc regem nimirum antepones.* de Off. 2, 20, 71. *sed si res in contentionem veniet, nimirum Themistocles est auctor adhibendus.* i. e. utique,

sine dubio. vd. Beier. Rhet. ad Herenn. 1, 10, 81. Vellei. Pat. 2, 23, 4. *si quis hoc rebellandi tempus, quo Athenae oppugnatae a Sulla sunt, imputat Atheniensibus, nimirum veri vetustatisque ignarus est.* Vid. Misc. Observ. Tom. 8. p. 86.

4. De rebus agendis dicitur, quae non impediri nec vitari possunt, sed fieri debent. Nos dicimus *ohne Weiteres, geradehin.*

Cic. Orat. 28, 75. *nunc quidem iam, quocumque feremur, danda nimirum vela sunt.* i. e. nihil reliquum est, quam ut vela dentur. p. Marc. 6, 19. *quae non modo summa bona, sed nimirum audebo vel sola dicere.* Tacit. Hist. 1, 38. *obsidionem nimirum toleraturos.*

5. Etiam simpliciter addit affirmationem, cui subungitur expositio caussae. Sed numquam apud bonos quidem scriptores expositionem ipsam infert, ut reddi possit per *nemlich.* Bene dicitur *nimirum enim, nam nimirum.* Lucretius in afferendis caussis saepissime usurpat verba *nimirum quia*, quae significant *sine dubio, certe.*

Cic. de Nat. d. 3, 36, 86. *virtutem autem nemo unquam acceptam deo retulit. Nimirum recte: propter virtutem enim iure laudamur et in virtute recte gloriamur.*

Pro *enim* positum censent interpretes apud Tacitum Ann. 6, 2. *crediderat nimirum epistolae.* Sed loquitur Tacitus de certiore coniectura: sine dubio, uti persuasum mihi est.

Cic. p. Rosc. Am. 44, 128. *opinor enim esse in lege, quam ad diem proscriptiones venditionesque fiant: nimirum ad kalendas iunias.* Bene sensit Matthiae, quid offendat in *nimirum.* Non potest pro *id est* accipi, nec verba *opinor enim* in se habent, quo defendatur particula, uti Büchnero visum est, sed quo reiiciatur. de Am. 15, 52. *haec enim est tyrannorum vita, nimirum in qua nulla fides, nulla caritas.* Alii *in qua nimirum.* Fallitur Orellius, quum dicit Ciceronem saepenumero sic uti hac particula: ea enim non modo ambigua librorum auctoritate nititur, sed aliena est ab hac sententia.

Cic. de Off. 2, 20, 69. *nimirum enim inops ille, si bonus est vir, etiamsi referre gratiam non potest, habere certe potest.* de Inv. 1, 23, 32. *nam genus est omnium nimirum libidinum cupiditas, eius autem generis sine dubio pars est avaritia.*

Lucret. 3, 194. *haeret enim inter se magis omnis materiai copia: nimirum quia non tam levibus exstat corporibus.* 3, 227. 491. 565. 4, 371. 601. 6, 332.

6. Dicit *nimirum* is, qui aliquam sententiam excusando concedit et profitetur per se intelligi id, quod illam restringat. Germani dicunt *freilich*.

Cic. de Orat. 1, 4, 16. *quis non iure miretur ex omni memoria aetatum, temporum, civitatum tam exiguum oratorum numerum inveniri? Sed nimirum maius est hoc quiddam, quam homines opinantur.*

7. In conclusione additur ideoque cum *igitur, itaque* coniungitur.

Cic. Tusc. 3, 33, 79. *nimirum igitur ut in caussis non semper utimur eodem statu —, sed ad tempus, ad controversiae naturam, ad personam accommodamus, sic in aegritudine leuienda.* 5, 7, 18. *nimirum igitur confecta res est.* ad Att. 9, 9. *itaque nimirum hoc illud est, quod Caesar scribit.* Egregia est emendatio in Acad. 2, 35, 113. a Lambino facta.

8. In responsione *nimirum* reiicit dubitationem et cum ea ipsius interrogationis caussam.

Cic. p. Quint. 25, 79. *sed quid id ad rem? Nimirum, inquit, in eo caussa consistit.* Orat. 16, 50. Quintil. 12, 1, 9. *uter melior dicetur orator? Nimirum qui homo quoque melior.* 4, 1, 24.

II. 1. Alter huius particulae usus cernitur in ironia, non mutata quidem significatione. Comparari possunt *scilicet, videlicet.* Cavillatio, quae ita declaratur saepe, ex indignatione vel ex alio animi affectu profecta, aut gravior aut lenior est. Heindorfius contulit graecum δηλονότι.

Cic. Tusc. 1, 35, 86. *coronati Neapolitani fuerunt: nimirum etiam Puteolani.* ubi vd. Orellium in annot. german. Liv. 40, 9, 1. *aperienda nimirum nocte ianua fuit et armati comissatores accipiendi, praebendumque ferro iugulum, quando non creditur, nisi perpetratum facinus.* Horat. Sat. 2, 3, 120. *nimirum insanus paucis videatur eo, quod maxima pars hominum morbo iactatur eodem.* Iuvenal. 2, 104. *nimirum summi ducis est occidere Galbam et curare cutim summi constantia civis.* Tacit. Ann. 2, 82. *ideo nimirum in extremas terras relegatum.* Plin. Hist. n. 36, 2, 2. *trecentas sexaginta columnas M. Scauri aedilitate ad scenam theatri temporarii — viderunt portari silentio legum: sed publicis nimirum indulgentes voluptatibus.*

Cic. de Leg. 1, 8, 24. *et nimirum ista sunt, ut disputantur.* Miror haec placuisse criticis: nam Cicero academicus non ita affirmare potuit veritatem praecepti stoici: nec dicere *ista*

sunt pro *sunt ista*, nec *ista ut* pro *ista quae*. In *nimirum* inest ironica vis, sed scribendum: *et nimirum ista sunt, ut disputentur*. i. e. talia sunt, de quibus disputari possit.

2. Quod in ironica oratione saepe fit, ut ea, de quius quaerendum sit, occupemus affirmatione, id etiam er *nimirum* exprimitur. Ita orationis forma similis est ıterrogationi.

Horat. Sat. 2, 2, 106. *uni nimirum tibi recte semper erunt res.* Schol. Cruq. interrogationem esse dicit. Vd. Heindorf. Apulei. Met. p. 154, 4. (p. 81. Pric.) *nimirum, inquit, tanto compendio tuae redemptionis defraudare iuvenes meos destinas.* Vulgo additum est signum interrogationis.

*) In multis locis permutata sunt vocabula *nimirum* t *nimium*. vd. Goerenz. ad Cic. de Leg. 2, 1, 3. Plin. list. n. 36, 2, 2.

NIMIS. NIMIVM.

Vt originem verborum *nimium* et *nimis* cognoscaıus, illud necesse est teneamus, primaria eorum signiıcatione non id indicari, quod plus aequo sive ultra moıum sit. Nam quemadmodum *ne hilum*, quod est *non uidquam*, notionem recipit ampliorem omniaque neando complectitur, et alia multa formam a Graecis λιτότητα vocatam exprimunt, ita illud nomen, quod graeum μεῖον, latinum *minus* progenuit, in *nimium* cum ıegatione coniunctum significationem eius, quod non ıarvum vel haud parum esset, ad id retulit, quod maıum vel admodum multum esset.

Nunnesius *nimis* ex λίαν factum esse opinabatur, Doederlinus eiusdem esse stirpis cum *numero*. Quibus opinionibus nihil efficitur.

Ex adiectivo *nimius* prodierunt *nimis* et *nimium*, ıccusativus, in omni usu aequalia. *Nimie* dixerunt re ıentissimi demum scriptores.

1. Significatio adscendit per tres gradus, ut *nimis* t *nimium* dicatur primum pro *valde, multum, sehr:* ium pro *admodum valde, prorsus, gar sehr:* denique de eo, quod modum excedit, iusto maius, *zu sehr*. Atque prima illa significatio antiquissima est et a comicis saepe adhibita, sed, ut multa, in oratione cultiore re-

pudiata, a poetis tamen et a recentissimis scriptoribus etiam frequenter usitata. Gloss. Philox. ἄγαν, πάνυ, κομιδῇ, σφόδρα. Et componuntur *nimis* et *nimium* cum adiectivis, cum adverbiis, cum verbis: nec quidquam refert, utrum ante suum verbum, an post ponantur. vd. Cic. de Orat. 2, 38, 160. In comicorum sermonibus saepe sunt obviae formulae quaedam vulgaris loquutionis, velùti *nimis miror*, *nimis longum loquor*: et adduntur vocabula obtestationis, de quibus vide n. 9. In Ciceronis libris nullus reperitur locus, in quo *nimium* simpliciter pro *valde* accipi possit.

Nimis et *nimium* nihil differre, cognoscimus e Plauti Mil. 4, 2, 12. *illa ipsa est nimium lepida nimisque nitida femina.* Pseud. 1, 2, 71. *sed nimis sum stultus, nimium fui indoctus.* Cf. Cic. de Orat. 2, 21, 88. Rhet. ad Her. 1, 7, 11. *quod nimium apparate verbis compositum aut nimium longum est.* Ita optimi libri. Scripserunt editores *nimis longum*, quasi elegantius esset.

Plaut. Most. 1, 3, 134. *si pulcra est, nimis ornata est.* Amph. 1, 1, 62. *contra Teleboae ex oppido legiones educunt suas, nimis pulcris armis praeditas.* 1, 3, 8. *nimis hic scitus est sycophanta.* Amph. 1, 1, 285. *nimis similist mei.* ubi *nimis* monosyllabum. Sempronius Asellius apud Gellium 13, 3. *nam se patrem suum audisse dicere L. Aemilium Paulum, nimis bonum imperatorem, signis collatis non decertare, nisi summa necessitudo aut summa ei occasio data esset.*

Plaut. Trin. 4, 2, 86. *quos locos adisti?* sy. *Nimium miris modis mirabiles.* Mil. 4, 2, 8. Merc. 2, 4, 11. Virgil. Ge. 2, 458. *o fortunatos nimium, sua si bona norint, agricolas.* Nemes. Cyneg. 113. *caique nimis molles fluitent in cursibus aurae.* ubi Burmann. Lucan. 4. *quod caesareis numquam devota iuventus illa nimis castris, nec Rheni miles in undis exploratus erat.* ubi Cort. et Burmann. Claudian. III. Cons. Hon. 96. *o nimium dilecte deo.* Lactant. de Ira dei 20, 5. *adeo subiecta est peccato fragilitas carnis, qua induti sumus, ut nisi huic necessitati deus parceret, nimium fortasse pauci viverent.* De usu scriptorum ecclesiasticorum Martinii Lexic. phil. T. 2. p. 51. Exempla Apulei, Orosii, Marciani Capellae attulit Cortius l. l.

Plaut. Pers. 2, 5, 22. *nimis tu facete loquere.* Amph. I, 1, 58. *nimis ferociter legatos nostros increpant.* Asin. 3, 2, 35. *nimis aegre risum continui.* Men. 1, 1, 4. *qui fugitivis servis indunt compedes, nimis stulte faciunt.*

Plaut. Aul. 3, 6, 1. *nimium lubenter edi sermonem tuum-*

Plaut. Amph. 2, 2, 133. *nimis demiror.* Men. 2, 3, 33. Pseud. 1, 2, 67. *nimis sermone huius ira incendor.* Stich. 1, 2, 39. *numquam enim nimis curare possunt suùm parentem filiae.* Mil. 3, 2, 22. *nimis calebat.* Pers. 4, 4, 74. Terent. Eun. 2, 1, 16. *nimis me indulgeo.* Senec. Herc. Oet. 399. *quo nimis quisquis deos orabat ullos.* Quam multae exstent coniecturae criticorum, vide apud Gronovium: Cortius interpretatur: quo voto satis multa quisquis ullos deos orabat. Cic. Phil. 2, 41, 106. *incredibile dictu: sed tum nimis inter omnes constabat neminem esse resalutatum.* Garatonius explicat *valde, troppo.* at *nimis*, quod Gruterus narrat se in uno cod. palat. reperisse, in libro vaticano corruptum legitur *vinus*, in reliquis omnibus deest. Si *nimis* agnoscimus, reddendum est *nur zu sehr.* de Lege Man. 8, 7. *macula — quae penitus iam insedit ac nimis inveteravit in populi romani nomine.* Ita tres codices, ceteri *atque inveteravit.* Mihi quidem videtur *nimis* a glossatore adiectum, qui non pauca in codice erfurtensi interpolavit.

Plaut. Rud. 4, 5, 14. *nimis pene inepta atque odiosa eius amatio est.*

2. In quibusdam dictionibus *nimis* respondet germanico *gar.* Maius quid significatur quam *valde.* Id etiam fit in nominibus, quae magnitudinem et multitudinem rerum indicant. Atque hic usus etiam apud Ciceronem habet exempla. Arntzenius ad Aurel. Vict. Epit. 8, 11. superlativum gradum ita exprimi dixit. Vd. Bentleium ad Lucan. 3, 214. Quae Grysar in Arte latine scrib. p. 170. disputat de discrimine verbi *nimium* et comparativi, nec clara nec vera sunt.

Terent. Heaut. 3, 2, 7. *equidem te demiror, Chreme, tam mane, qui heri tantum biberis.* CH. *Nil nimis.* SY. *Nil, narras?* Reddunt *nicht zuviel:* sed non quadrat responsio Syri. Est vero *gar nichts.* Somniasse videtur Bothius, quum scriberet *nil minus.* Similiter Plaut. Rud. 4, 2, 14. *nimis homo nihili est, qui piger est.*

Virgil. Aen. 4, 657. *felix, heu nimium felix, si littora tantum numquam Dardaniae tetigissent nostra carinae.* Ge. 2, 458. vd n. 1. Propert. 2, 32, 43. (23, 99.) *o nimium nostro felicem tempore Romam.* Claudian. in Ruf. 1, 166. *nimiumque elatus avaro pascitur intuitu.*

Senec. Epist. 65, 11. *haec quae ab Aristotele et Platone ponitur turba causarum, aut nimium multa aut nimium pauca comprehendit.* Plin. Epist. 6, 29, 10. *tuitus sum Iulium Bassum ut incustoditum nimis et incautum.*

Cic. de Leg. 1, 19, 50. *erubescunt pudici etiam impudica loqui: ac nimis istorum philosophorum pudet, qui nullum vitium vitare, nisi iudicio ipso notatum, putant.* Suspectum videri potest illud *nimis*, quod ne pro *valde* accipias, refragatur usus Ciceronis: num vero altera significatio *gar sehr*, nur zu sehr, huic sententiae conveniat, vehementer dubito, et quum in duobus codicibus vocabulum hoc desit, omittendum puto cum Gernhardo.

3. Componitur *nimis* cum vocabulis *bene* et *male:* unde formula apud comicos *nimis factum bene.* Plaut. Stich. 2, 2, 50. Epid. 2, 2, 15.

Plaut. Men. 5, 7, 30. *nimis autem bene ora commentavi.* Aul. 2, 2, 31. *nimis male timui.* Pseud. 4, 1, 8. Rud. 4, 1, 15. *nimisque id genus edi ego male.*

4. Proprie *nimis* praeponitur verbis voluntatis et voti *velle*, *nolle*, ubi Germani *gar sehr* dicunt.

Plaut. Stich. 2, 1, 40. *nimis vellem hae fores herum fugisset.* 5, 4, 31. Asin. 3, 2, 43. Most. 1, 3, 109. *nimis velim lapidem, qui ego illi speculo diminuam caput.* Terent. Eun. 4, 7, 16. *fundam tibi nunc nimis vellem dari.*

Plaut. Bacch. 4, 10, 8. *sed nimis nolo desidiae ei dare ludum.*

Terent. Eun. 3, 5, 49. *tum equidem istuc os tuum impudens videre nimium vellem, qui esset status.*

5. Cum negatione coniungitur et dicitur *haud nimis, non nimis*, quod Germani *nicht gar sehr, nicht eben sehr.* Rhetores referunt ad figuram, quam μείωσιν aut ταπείνωσιν appellant. Sed apud comicos frustra quaesivi exemplum: nam quod legitur in Plauti Epid. 3, 3, 23. *non nimis potest pudicitiam quisquam suae servare filiae:* id alius est generis, et negatio ad verbum pertinet, sicuti apud Cic. de Orat. 1, 29, 133. Graeci etiam *οὐ πάνυ* eodem modo dixerunt. Demosth. Olynth. 3. (2.) p. 34. ubi non recte pro *οὐδαμῶς* accipiebant.

Cic. ad Att. 7, 24. *Philotimi litterae me quidem non nimis, sed eos, qui in his locis erant, admodum delectarunt.* de Amic. 8, 28. *ab altero propter probitatem eius non nimis alienos animos habemus.* de Orat. 2, 88, 361. ad Fam. 12, 30, 15. *illud non nimium probo, quod scribis.* ad Att. 7, 18. *sed haec non nimis exquiro a Graecis.* de Orat. 1, 29, 133. *quae a natura expetenda sunt, ea dicis non nimis deesse nobis.* ad Fam. 9, 22, 14. *testes,*

verbum honestissimum in iudicio: alio loco non nimis. Liv. 8, 4, 5. *est quidem nobis hoc per se haud nimis amplum.* Cornel. Alcib. 7, 1. ubi Brem. Cf. Vorstius de Latin. falso susp. p. 186.

Opponitur *admodum*: Cic. ad Att. 7, 24.

Caes. B. gall. 7, 36. *erat e regione oppidi collis — egregie munitus atque ex omni parte circumcisus: quem si tenerent nostri, et aquae magna parte et pabulatione libera prohibituri hostes videbantur. Sed is locus praesidio ab iis non nimis firmo tenebatur. Tamen silentio noctis Caesar ex castris egressus, prius quam subsidio ex oppido veniri posset, deiecto praesidio potitus loco duas ibi legiones collocavit.* Argumenta, quibus critici haec defendunt, non satis idonea sunt. Nam ex eo, quod Caesar occupavit collem prius, quam subsidio ex oppido veniri posset, non potest colligi, praesidium non firmum fuisse: nec satis magni est momenti, quod Petrarcha et graecus interpres in suis exemplis legerunt *non nimis*. Sed particula *tamen* et verba *non nimis* omnino declarant alteram scripturam non minus veram esse. Nam parenthesin qui signarunt, non reputarunt, quam aliena ea esset ab hoc loco.

6. Tertia vero nimii notio id significat, quod excelit vel modum vel exspectationem, ideoque cohibendum ut moderandum videtur. Eodem modo Graeci ἄγαν dixisse, monstravit Hermannus in Opusc. T. 2. p. 231. mmerito reprehensus a Schaefero in Plutarch. Tom. 5.). 324. Opponuntur vocabula *parum* et *satis*. Cic.). Cluent. 58, 160. Ruhnken. ad Rutil. Lup. p. 4. Spalling. ad Quintil. 3, 1, 5. Parei Lex. Crit. p. 791. Cf. Cic. le Fin. 5, 27, 81. *quod autem satis est, eo quidquid accesserit, nimium est.* Saepe additur in restringenda ententia vocabulum *fortasse*, veluti in Cic. p. Arch. 1, 28.: apud comicos ad confirmandam rem adiiciuntur oces obtestandi *hercle*, *ecastor* (Plaut. Aul. 1, 2, 28. 4, , 4. Men. 4, 3, 22. Mil. 4, 2, 70. Amph. 2, 2, 228.) et *andem* (Pers. 2, 1, 1. Pseud. 4, 1, 11.).

Cic. de Leg. 3, 1, 1. *tu vero eum nec nimis valde umquam, nec nimis saepe laudaveris.*

Plaut. Amph. 3, 2, 22. *nimis verecunda es.* Cas. 4, 3, 13. Merc. 3, 4, 9. *id illi vitium maximumst, quod nimis tardus est.* Cic. Brut. 92, 318. *nimis multa videor de me.* de Orat. 2, 71, 288. *sed haec ipsa mihi nimis multa videor in genera descripsisse.* ubi cum Heusingero Schützius et Gernhardus in delendo vocabulo errarunt. vd. Goerenz. ad Cic. de Fin. 1,

18, 57. Lucret. 1, 847. Horat. Epist. 1, 7, 91. Cic. de I 1, 9, 27. *nam et oculi nimis arguti, quemadmodum animo af sumus, loquuntur, et is qui appellatur voltus — indicat.* Emen tiones huius loci omnes male factae sunt: qui dicunt esse (los valde argutos i. e. mobiles, dicunt quod nemo ignorat. *nimis arguti loquuntur* idem est quod nimis argute loquunt nos Germani *die Augen verrathen nur zu sehr, was in der S vorgeht.* Tusc. 4, 31, 66. ubi *nimis* est immoderate, modo.

Plaut. Bacch. 4, 2, 12. *nimis iracunde.* Mil. 4, 7, 27. *ni morantur me diu.* Epid. 3, 1, 2. *nimis diu maceror.* 3, 2, *nimis longum loquor.* Terent. Heaut. 5, 5, 1. *enimvero Chre nimis graviter cruciat adulescentulum nimisque inhumane.* (de Am. 16, 58. *hoc quidem est nimis exigue et exiliter calculos vocare amicitiam.* Tusc. 3, 9, 20. *quod verbum* (in diae) *ductum est a nimis intuendo fortunam alterius.* de Off. 29, 104. *ludendi est etiam quidam modus retinendus, ut ne mis omnia profundamus.* ubi ab omni correctione est abstin dum. ad Fam. 7, 2, 3. *de Bursa te gaudere certo scio: sed ni verecunde miki gratularis.* Haec cum reprehensione dicta su Quintil. 9, 4, 88. *trochaeum ut nimis currentem damnet.* Pl Epist. 5, 19, 6. *nimis imperat voci.* ubi Cortius.

Postpositum: Plaut. Aul. 2, 3, 5. *verum scastor non pote subitum est nimis.* Terent. Heaut. 3, 1, 31. Plaut. Cas. 3, 15. 5, 2, 38. Most. 3, 1, 49. Rhet. ad Herenn. 4, 19, 27. *sunt omnia committenda fortunae, ne magnam nimis in nos beat dominationem.* Quare Kritzius cohibere debebat iudiciu quum in Sallust. Cat. 51, 23. ordinem verborum *grave nimi* pedestri oratione alienum esse censeret.

Terent. Andr. 2, 6, 19. *ait nimium parce facere sumpti* Adel. 2, 1, 14. *decede illuc, Parmeno. Nimium istoc abisti.* C de Orat. 2, 21, 88. *sicut facilius in vitibus revocantur ea, q sese nimium profuderunt* etc. in Cat. 1, 5, 10. Coel. ad Cic. 1, 1. *ut verear, ne tibi nimium arguta haec sedulitas videat* p. Cluent. 46, 128. *nimium multi.* de Fin. 5, 27, 81. *nemo mium beatus est.* p. Planc. 33, 82. Tusc. 1, 46, 111. *magna h et nimium fortasse Graeci putant.* Propert. 1, 15, 27. *audax nimium.* Ovid. Trist. 3, 1, 8.

Cic. de Fin. 2, 13, 41. *quod vos interdum vel potius nimi saepe dicitis.* i. e. *oder vielmehr nur zu oft.* de Leg. 2, 17, *nimis saepe secus aliquanto videmus evadere.*

Liv. 29, 21, 10. *aut Pleminio nimium aut sibi parum credit* Celsus 7, 29, 2. *quod consequitur is, qui neque nimium neque p*

rum hamos ducit. Quintil. 9, 4, 118. *cur alia paucioribus verbis satis plena, vel nimium, alia pluribus brevia et abscissa sunt?* Plin. Epist. 8, 6, 17. *facilius est, ut me — parum doluisse quam nimis credas.* i. e. *eher zu wenig als zu viel.*

Cum vocabulo *paullo* componitur: Cic. de Orat. 2, 21, 88. *verbis effervescentibus et paullo nimium redundantibus.*

Substantivum pro adiectivo positum. Quintil. 10, 1, 88. *Ovidius — nimium amator ingenii sui.* Apulei. Met. 7. p. 197, 6. *videtis istum pigrum tardissimumque et nimis asinum?* ubi Oudendorp. p. 486.

Singulari modo Plin. Pan. 45, 1. *et priores quidem principes excepto patre tuo, praeterea uno aut altero (et nimis dixi), vitiis potius civium quam virtutibus laetabantur.*

7. Augetur vis sententiae adiecto *quam*. Germani icunt *nur zu sehr*. Adiectivum *nimium* assumit *quantum:* de quo Carrio in Antiq. Lect. 2, 12. Henr. Stehani Schedias. 1, 29. Spaldingius ad Quintil. 4, 2, 70. roprie ad augendam vim coniungitur *tandem*.

Plaut. Most. 5, 2, 21. *nimis quam es orator catus.* Truc. 2, 5, 15. Most. 2, 2, 79. *nimis quam formido, ne manifesto hic me opprimat.* Capt. 1, 2, 17. *quod ego quidem nimis quam cupio ut impetret.* Apulei. Apol. p. 305, 13. *quaesisti tu nimis quam prudenter.*

Plaut. Bacch. 1, 2, 13. *nimium quam, o Lyde, es barbarus.*

Plaut. Pseud. 4, 1, 11. *nimis tandem ego abs te contemnor.* Pers. 2, 1, 2. *nimis tandem me quidem pro barda et pro rustica reor habitam esse abs te.* Mil. 4, 2, 70. vd. n. 9.

8. Poetae ad augendam vim orationis duplicant vocabulum: *nimium nimiumque*. Vd. Guilielmum in Quaest. Plaut. in Rud. 5. p. 442. Lamp. Grut. Parei Lexic. rit. p. 791.

Ovid. Her. 1, 41. *o nimium nimiumque oblite tuorum.* Tibull. 3, 6, 21. *iam venit iratus nimium nimiumque severis.* Restitui iussit Colvius in Apulcii Met. 8. p. 204, 1. *sed Thrasyllus nimium nimiumque clamare, plangere.* Codices enim quidam *nimium nimius.* Oudendorpius p. 52. non sine caussa dubitat. Sed vide Pricaeum p. 178. et p. 413.

9. Nec praetermittendum est, quo modo adiectis nominibus obtestationis fides addatur rebus nimiis significandis.

Plaut. Aul. 1, 2, 28. *nimis hercle invitus abeo.* 4, 6, 4. Men. 4, 3, 22. *nimis iracundo hercle.* Amph. 2, 2, 228. *nimis ecastor*

facinus mirum est. Mil. 4, 2, 70. *heu castor nimis vile est tandem.*

10. Lactantius scripsit de Opif. dei 3, 1. *queruntur hominem nimis imbecillum et fragilem nasci quam cetera animalia nascuntur.* Haec per ellipsin dicta sunt pro *nimis imbecillum et magis imbecillum quam* —. Vd. Biinemann. ad h. l. qui insolitam etiam notat dictionem in comparativo 9, 2. *si aliquid nimis propius admoveas, duplex videbitur.* Hoc tamen corruptum esse, omnes critici consentiunt.

11. Adverbium in vicem substantivi cedere ideoque cum genitivo coniungi in transitu notamus.

Cic. Orat. 51, 170. *nimis enim insidiarum ad capiendas aures adhiberi videtur.* Ovid. Fast. 6, 115. *haec loca lucis habent nimis.*

12. *Nimio*, quod saepe apud comicos cum comparativis componitur (de qua re Pareus in Lex. crit. p. 788.) etiam pro adverbio usurpatur atque idem significat, quod *nimis.*

Plaut. Truc. 4, 1, 6. *hoc nimio magnae mellitiae mihi.* Capt. 3, 3, 1. *nunc illud est, quum me fuisse quam esse nimio malim.* Cf. Oudendorp. ad Apulcii Met. 3. p. 229. ubi tamen nihil mutandum est.

13. De *nimiopere* dicendum est, quod Tom. 3. p. 577. de *magnopere* est dictum. Cf. Reisigii Grammat. p. 208. et quae Haasius addidit. In editionibus nunc separatis vocabulis legitur *nimio opere.* Cic. in Verr. 4, 59, 132. Paradox. 5, 2, 36.

14. Adverbium *nimie* recentissimae est originis. Nam quod olim apud Plautum Mil. 4, 6, 32. legebatur *tam nimie ut amarentur*, suppositum erat. Nec probari poterat viri docti in Observat Misc. T. 7. p. 197. proposita opinio Avianum Fab. 1, 5. scripsisse: *lassata puer nimie dat membra quieti* pro nimiae. Cf. Tom. 8. p. 1.

Pallad. de Re r. 3, 10, 27. *in locis nimie frigidis praecoquus ficus seramus.* i. e. valde frigidis. Capitol. Gordian. 6. Macrob. Sat. 6, 6. *a r a t non nimie, sed pulcre dictum.* i. e. nicht übertrieben. Augustin. Confess. 2, 9.

*) Saepissime librarii *minus* scripserunt pro *nimis.* vd. Manil. 1, 776. Drakenb. ad Liv. 36, 9, 7. et *minimum* pro *nimium.* Ruhnken. ad Rutil. p. 4. et *nimirum.* Quintil. 4, 2, 70.

NISI.

Latini conditionem significant vocabulis *si* et *si non* et *nisi*. Conditionem autem eam vocamus rationem, qua aliquid cogitando ponimus, quod ubi est, alterum vel est vel esse potest vel debet. Differt igitur conditio, qua aliquid consequitur, a caussa rerum, quae effectum habet: illam cogitatione concipimus, haec in rerum natura apparet. Sed quum in utroque inesset, quo aliquid efficeretur, facile fieri poterat, ut grammatici veteres has coniunctiones *si* et *nisi* appellarent caussales. Quando negatio accedit, aut res tollitur per conditionis notionem, quo fit *nisi*, aut res per negationem sublata in conditionem recipitur, unde fit *si non:* quod utrumque etiamsi in eadem sententia admitti potest, tamen utrique etiam manet proprietas quaedam. Quare in differentia istorum verborum declaranda multam operam consumserunt grammatici. Omnes intellexerunt quidem in *nisi* negationem attrahi et cum coniunctione copulari, in *si non* eam pertinere ad verbum aut ad aliud nomen singulare. Atque utriusque dictionis similem esse rationem tum eae linguae ostendunt, in quibus una tantum dicendi forma exstat, tum multitudo earum sententiarum, quae utroque modo latine exprimi possunt. Nam per *nisi* negatur id, quod conditionis nomine intercedit, per *si non* ponitur conditio, quae negationem in se habet: utrumque vero saepe ad idem redit, sive conditionem tôtam, sive primariam eius partem negando tollas. Atqui regulae, quibus grammatici usum verbi *nisi*, exceptis iis, in quibus *si non* poni debeat, constituunt, variae sunt, sed admodum incertae, nec ita expositae, ut qua necessitate adstrictus fuerit usus appareat. Disseruerunt praeter grammaticorum librorum auctores de hoc usu Herzogius in Comment. de loco Tacit. Agr. 2. p. 24. Gernhardus in Epistola ad Herzogium p. 11. peculiari libello Frid. Loeschkius in programm. scholast. Budissae 1839 edito, qui quidem diligenti cura universi usus exempla collegit et ipsum totius quaestionis principium acute perspexit, tamen eo non ita usus est, ut, quae inde deducenda erant, satis explanaret. Eodem anno Herzogius edidit dissertationem *de singulari particularum nisi et ni significatione et proprietate:* qua vir doctissimus, quanta ingenii subtilitate polleat, luculenter ostendit.

Omnes in eo falluntur, quod ab *nisi* tamquam a fundamento incipientes demonstrare student, quibus in locis mutetur legitimus usus et *si non* pro *nisi* ponatur. Contra enim demonstrandum erit, quo modo Latini *nisi* pro *si non* dixerint. Multi vero proprietatem dictionis *si non* quaesiverunt in eo, quod maior vis inhaereret negationi, imprimis in oppositis notionibus vel enuntiationibus. At hoc non est caussa, sed id quod efficitur: nam in vicissitudine utriusque partis sententiae est situm, quo negationis vis maior fiat et opposita designentur. Neque cum aliis existimemus *si non* dici, quando *non* ad unum aliquod nomen referatur. Nam quum *non*, ubi adest, semper ad unum nomen, quod iudicium constituit, referendum sit, quaeri debet, quando id fiat, ut adsit. Sed Gernhardus p. 12. commodum quoddam nominat, quo *non* a *si* seiunctum uni vocabulo praefigi, et negativa fingi possit oppositio, quae animi nihil optantis tranquillitatem declaret: velut Cic. de Off. 3, 32, 113. *decem illi, quos iuratos ad senatum misit Hannibal, se in castra redituros ea, quorum potiti erant Poeni, nisi de redimendis captivis impetrassent. si non redierunt, vituperandi.* „Si Cicero, inquit ille, scripsisset *si de redimendis captivis non impetrassent*, non modo oppositum *si* desideraretur, sed etiam Hannibal, qui optabat, ut captivi redimerentur, aequa mente videretur conditionem posuisse: insequens autem *si non redierunt* a philosopho tranquillo animo sumitur, ut doceat, quo pacto sint vituperandi.“ Tranquillitatis aut spei conceptae nullum est hic indicium. Si scriptum esset *si de redimendis captivis non impetrassent*, ipsa conditio tamquam necessaria pars erat posita, ut redirent legati non impetrata re: sed secundum verba Ciceronis postulabatur ab Hannibale, ut redirent legati, adiecta exceptione, quam Germani designant verbis *es müſste denn seyn, daſs.* In aliis exemplis Gernhardus caussam retulit ad concinnitatem oratoriam et ad elegantiam, quae in his rationibus logicis nihil valent. Illud autem, quod idem Gernhardus dicit, *nisi* arctius cum apodosis verbo finito coniungi, et quidem propterea, quod negandi particula cum *si* copulata sit: id omnino a veritate abhorrere videtur. Reisigius in Gramm. p. 457. sibi parum constans modo in *si non* negat inesse restringendi vim, modo concedit per haec verba aliquam partem sententiae restringi, additque consequutionem exprimi per *nisi:* quod

falsum esse iam Haasius indicavit. Herzogius, in ea via, quam Gernhardus aperuit, longius procedens distinguit iudicium rationis simplex a iudicio, quod cum solliciti et affecti animi sensu coniunctum sit, atque particulae *nisi* eam proprietatem tribuit, qua significet animum dicentis vehementius commotum et monitorem, ne quid eveniat aut admittatur: conditionem enim esse, sine qua id, de quo agitur, fieri nequeat, idque neglectum damno esse et fraudi. At si quae sunt in hoc particularum usu animi affectu commoti et solliciti partes, id quod nego, eae non versantur in avertendis rebus damnosis, sed in eo, quod quis veretur, ne res fiat non intercedente alia re. Neque in istam opinionem incidisset vir ingeniosus, nisi *ni* in *nisi* pro *ne* particula prohibendi et verendi accepisset, et propter hanc rem singulare genus conditionis statuendae finxisset, quod cum animi solliciti et suspensi affectu coniunctum esset. In quo illud mihi videtur mirum, quod optabili et desideratae rei per conditionis formulam constituendae addatur notio prohibendi aut verendi: et quum dicit Herzogius per *nisi* moneri et praecaveri, *ne* quis rem esse vel fieri arbitretur, si quid aliud *non* fiat, equidem non perspicio, quomodo illa duplex negatio una vocula *nisi* exprimatur: nec facile intelligitur, quo pacto in verbis Ciceronis *incautior fuissem, nisi a te admonitus essem* insit, quod animum vehementius commoveat, non insit in verbis *incautior fuissem, si a te non admonitus essem*, et quomodo illis verbis exponatur cautio, ne quid eveniat. Tamen et in Gernhardi tranquillitate et in Herzogii sollicitudine veri quid animadvertimus, quod ad proprietatem istarum particularum pertinet: de quo paullo post dicam.

Conditionalis quaecumque sententia, qua aliquid esse ponitur, ex quo res, de qua loquimur, ut fiat aut non fiat, sequitur, semper est affirmativa: potest tamen in se habere negatam notionem: nam una est ratio in his: *quod si a te non impetro, scribam ipse de me* (Cic. ad Fam. 5, 12.) et *quod si a te impetro, scribam ipse de me.* Duplex autem est forma huius sententiae, quae negationem in se habet, duplex usus verborum *si non* et *nisi.* Primum enim simpliciter componitur sententia cum conditione sua ita, ut consequentia exsistat, et protasis cum apodosi coniungatur. Quare ubicumque conditio, quae aliquam rem negatione tol-

sunt, et si non sunt, tamen. Cic. Phil. 2, 23, 54. *o miserum te, si intelligis: miseriorem, si non intelligis hoc litteris mandari.* ad Fam. 5, 19, 4. *sed ita — si feceris id, quod ostendis, magnam habebo gratiam: si non feceris, ignoscam.*

Plaut. As. 1, 3, 89. *si affers, tum patent: si non est quod des, aedes non patent.* Cic. de Fin. 1, 5, 15. *et tamen a philosopho, si afferat eloquentiam, non asperner: si non habeat, non admodum flagitem.*

5. De loco, quem in his sententiis *non* obtinet, miror viros doctos tam inanes regulas finxisse, quam hic repetere piget. Negatio etiam in his praefigitur ei nomini, quod est negandum, neque in iis, quae opposita habent *si — si non*, haudquaquam ipsa oppositio est caussa, quapropter *si* proxime attingit *non*, sed maior vis quum in oppositis verbis insit, vocabulum, quod opponitur antecedentibus, primum locum obtinet, atque praeponitur negatio. Quare nihil differunt haec: *si enim Faberianum venderem, explicare vel repraesentatione non dubitarem de Silanis —: si venales non haberet, transirem ad Drusum.* Cic. ad Att. 12, 31. et: *si non redisses, hae irae factae essent multo amplio-res.* Terent. Hec. 3, 1, 9.

II. Iam ad alteram formam conditionalis sententiae per *nisi* expressam pervenimus. Atque primum hoc est tenendum *nisi* esse *ne si*, et in his negationem eam, quae in negandis notionibus graeco μή respondet et antiquo usu, uti p. 29. expositum est, pro *non* dicitur: unde etiam facta sunt vocabula *nihil*, *nimirum*. Negando igitur per *nisi* removetur id, quod conditionis nomine accedit. Negatur universa sententia conditionalis contracta oratione. Nam ubi dico *actum de te est, nisi provides*, plenus sententiarum ambitus hic est: actum de te est: non est, si (*ne, si*) provides. Contrahuntur autem haec ita, ut altera pars conditionalis ex altera procedere eique ex adverso apponi videatur, et coniunctio *nisi* ad indicandam hanc vicissitudinem intercedat. Sicuti ergo, ubi *si non* dicitur, primaria sententia e conditionali pendet, ita contra in *nisi* conditionalis nectitur e primaria sententia. Ad eam enim accedit, nec protasin constituit directam, sed ex alia sententia sumptam, nec necessitatem prae se fert, qualis inest in absoluta conclusione. Id bene etiam Loeschkius perspexit et exemplo illustravit verborum Cicero-

nis de Sen. 7, 21. *at memoria minuitur. Credo: nisi eam exerceas.* Per se constat sententia *memoria minuitur*, quae pars sententiae conditionalis esset, si diceretur: *si eam non exerces, memoria minuitur:* sed quum dicitur *nisi eam exerces,* accedit sententia, quae primariam sententiam restringat, atque consequentiam aliunde afferat. Id Germani significant verbis *es müſste denn seyn duſs.* Hinc vero intelligitur, quo modo in eiusmodi sententia recondita sit affirmatio contrarii: veluti *memoria non minuitur, si eam exerces:* intelligitur etiam, quomodo duae coniunctiones componi possint *nisi quia, nisi quod* in contractis sententiis. Conspicua est eadem ratio in dictione *nisi non vis* (Plaut. Men. 5, 2, 87.), quam explices *non dico, si non vis.*

Errorem eorum, qui sententias per *ni* expressas ad *nisi* retulerunt, supra p. 188. notavimus. Ne quis tamen existimet, id, quod modo dixi, non quadrare in eas sententias, in quibus *nisi*, in priori parte sententiae positum, exhibere videatur directam protasin, veluti apud Cornel. Epam. 4, 3. *nisi id confestim facis, ego te tradam magistratui:* duplex est respicienda caussa. Nam coniunctio semel facta *nisi* etiam toto officio suo fungitur, et potest cum suis verbis etiam inverso ordine atque primo loco poni. Id enim, quod addendum est, anticipatur, et id, quod adhaerere solet, etiam interseri potest. Tum vero vulgaris linguae usus, ut paullo post videbimus, eam licentiam obtinet, qua *nisi* et *si non* commutentur. Nam saepe parum aut nihil refert, utrum cogitem, si alterum non fiat, alterum esse: in quibus per consequentiam directe componuntur res: an de una re praedicem, eam esse, sed non esse, si altera sit. Discrimen enim in eo cernitur, ut, ubi *nisi* dicitur, vis cogitationis contineatur in affirmata sententia, ubi autem *si non*, in negata, ex qua altera deducitur. Illud est *cogita rem non esse:* hoc est *ne cogita rem esse.* Iam singula percenseamus.

1. Per *nisi* significatur exceptio, quae ad aliquam sententiam accedit. Ponimus aliquam rem esse vel fieri non per consequentiam ex alius rei conditione, sed ita, ut reprimatur id, quod, si est, ipsam rem vel id, quod dictum erat, tollit vel impedit vel coercet. Grammatici in declarando hoc usu adhibent germanica *auſser wenn*, quibus tantum non omnia apta sunt exempla. Comparari potest ex parte quadam verbum *abgesehen*

von —. Ordo verborum nihil mutat: nam etiamsi praecedit haec exceptio, non ipsa est prior pars ratiocinationis, sed inversa oratio.

Plaut. Epid. 2, 2, 8. *mihi istuc nec scritur nec metitur: nisi ea, quae tu vis, volo.* i. e. nihil mihi utilitatis ex hoc negotio redit, eo excepto, quod voluntatem tuam exsequor. Men. 3, 2, 6. *non hercle is sum, qui sum, nisi hanc iniuriam meque ultus pulchre fuero.* Cic. de Sen. 15, 52. *vitis quidem, quae natura caduca est, et nisi fulta sit, ad terram fertur, eadem, ut se erigat, claviculis suis — quidquid est nacta, complectitur.* Hoc est *außer wenn sie gestützt ist: si non fulta est* significat *wenn sie nicht gestützt ist, so —.* Sallust. Cat. 20, 6. *mihi in dies magis animus accenditur, quum considero, quae conditio vitae futura sit, nisi nosmet ipsi vindicamus in libertatem.* h. e. quum considero, quae conditio vitae sine dubio sit futura, nos autem, si nosmet ipsi vindicamus in libertatem, sive, una hac exceptione. Si scripsisset *si non*, deduxisset rationem ita: quae conditio vitae inde oritura sit, quod non vindicamus nosmet ipsi in libertatem. Cic. Agr. 1, 9, 26. *deserite eos, a quibus, nisi prospicitis, brevi tempore deseremini.* ad Fam. 3, 11, 9. *nisi iam aliquid factum est per Flaccum, fiet a me.* ad Att. 4, 1. *nisi etiam praetermissos fructus tuae suavitatis praeteriti temporis omnes exegero, profecto hac restitutione fortunae me ipse non satis dignum iudicabo.* i. e. sine exactione.

Quo differant dictiones, cognoscere possumus vel in uno loco Livii 21, 18, 11. *si vos non tenent vestra foedera, nisi ex auctoritate aut iussu vestro icta, ne nos quidem Hasdrubalis foedus, quod nobis insciis icit, obligare potuit.* Cic. de Fin. 3, 3, 11. *nam si hoc non obtineatur, id solum bonum esse, quod honestum sit, nullo modo probari possit, beatam vitam virtute effici.* Ad haec Gruterus: „Primus Palatinus *nam nisi hoc obtineatur:* quod miror cur iverint mutatum librarii.“ At hoc librarii substituerunt illi, quod distinctiori conclusionis vi praestat. Ovid. Trist. 5, 9, 35. *at non parerem, si non meminisse putarer.* Omnis sententiae vis frangitur, ubi scripseris cum Heinsio *nisi si m. p.*

2. Contracta sive breviata oratione coniunctio in vicem adverbii cedit et eam, quam modo diximus, exceptionem indicat simpliciter, ut sit *excepto.* Vnde variae exsistunt ellipticae orationis formae. In iis praecipue notandae sunt sententiae relativae. Negatione praemissa collocantur vocabula *non nisi, nihil nisi* aliaque, de quibus deinceps dicam.

Cato de Re r. 48, 8. *nuces pineas ad eumdem modum, nisi tamquam allium, serito.* In quibus quum interpretes haererent, non viderunt sententiam esse: serito in eumdem modum, uno hoc excepto, ut fiat sicut in allio. 77. *eadem omnia facito, nisi alio modo fingito in solo tracta.* 89. *eodem modo, nisi prius date bibere.* Plaut. Bacch. 3, 2, 2. *homini amico, qui est amicus ita, uti nomen possidet, nisi deos, ei nihil praestare* (arbitror). Rud. 2, 4, 20. *nisi multis blanditiis, a me gutta non ferri potest.* Cic. ad Fam. 2, 16, 6. *nihil tamen umquam de profectione, nisi vobis approbantibus cogitavi.* de Leg. 2, 18, 45. *tincta vero absint, nisi a bellicis insignibus.* Ovid. Her. 2, 27. *dic mihi, quid feci nisi non sapienter amavi?*

Cornel. Dion. 1, 3. *eius consilio multum movebatur tyrannus, nisi qua in re maior ipsius cupiditas intercesserat.* Vellei. Pat. 2, 17, 1. *finito ex maxima parte, nisi qua nolani belli manebant reliquiae.* Vd. criticos ad 2, 37, 2. Ammian. Marc. 16, 3, 1. *per quos tractus nec civitas ulla visitur, nec castellum: nisi quod apud Confluentes — Rigomagum oppidum est.* ubi Kleinius (de Confluentibus p. 6.) non debebat de secernendis verbis *nisi* dubitare.

Tacit. Ann. 1, 50. *ne pax quidem, nisi languida.* Liv. 8, 12, 10. *negantibus, nisi Pedo capto aut dedito, triumphum.* Columell. 2, 21, (22,) 3. *vetant quoque lanarum caussa lavari oves, nisi propter medicinam.* Sueton. Aug. 6. *huc introire nisi necessario et caste religio est.* Q. Cic. ad Tir. 16, 8, 2. *neve naviges nisi explorate.*

Iustin. 25, 2, 10. *tantus terror gallici nominis et armorum invicta felicitas erat, ut aliter neque maiestatem suam tutari neque amissam reciperare se posse nisi gallica virtute arbitrarentur.* Librarii in omnibus codicibus praeter unum scripserunt *sine.*

Wunderus ad Cic. p. Planc. 15, 36. demonstravit Ciceronem, ubi praecederet praepositio, eam etiam post *nisi* iterum posuisse: de Fin. 4, 17, 47. *qui nulla in re nisi in virtute.* in Pis. 20, 48. *quod ad neminem nisi ad ipsum te pertineret.* Sed de Fin. 4, 9, 22. *neque virtus in ullo nisi in sapiente nec felicitas vere dici potest.* ubi Goerenius in eiecit, quoniam in plurimis codicibus non invenit: nec reprehenderim: nam abesse potest praepositio, quum v. *ullum* non plenam habeat notionem, quae esset, si Cicero scripsisset *in ullo homine.*

3. Nihil obstat, quo minus cum sententia per *nisi* xpressa coniungatur conditionalis enuntiatio altera.

Varro de Ling. lat. 9, (10,) 2. p. 554. Speng. *quare nisi in sua parte inter se collata erunt verba, si non conveniunt, non erit ita simile, ut debeat facere idem.* Cic. de Orat. 1, 33, 152.

neque ea quisquam nisi diu multumque scriptitavit, etiamsi vehementissime se in his subitis dictionibus exercuerit, consequetur.

4. De modo verbi cum *nisi* coniuncti pervaria exstant virorum doctorum praecepta, etiam talia, quae vel proprietatem vocabuli *nisi* non attingunt, vel ab omni ratione abhorrent. In exceptione id, a quo aliquid excipitur, per se constat, ideoque, nisi aliunde accedit alia caussa, per indicativum significandum est: id autem, quod excipitur, aut in rerum natura conspicitur certum, aut cogitatione concipitur esse posse. Hoc coniunctivum requirit, illud indicativum. Atque ubi res cum quadam affirmatione et certo iudicio dicitur per indicativum, ibi illud, quod, si incidat, restrictionem afferre potest, tamquam ex cogitatione cum coniunctivo additur: ubi Germani dicunt *es müſste denn seyn.* Id plerumque fit, quando negatio praecedit atque affirmatur aliquam rem non posse fieri: certe Cicero, Caesar aliique boni scriptores semper aut coniunctivum aut futurum ponere solebant. Cf. Wopkens Lect. Tull. p. 406. (804.) Ubi per *nisi quod* adiicitur, quod ante dicta coercendo corrigit, indicativo est locus. Exempla vide infra. Librarii ex suo more saepe substituerunt coniunctivum. vd. Burmann. ad Lucan. 3, 362. Dubium est, an Velleius Pat. 1, 18, 3. scripserit: *quae urbes cunctae liberalium studiorum fuere steriles, nisi Thebas unum os Pindari illuminaret.*

Plaut. Capt. 2, 1, 26. *nam doli non doli sunt, nisi astu colas, sed malum maximum, si id palam provenit.* Cic. de Rep. 1, 6, 10. *non igitur potestas est ex tempore aut quum velis, opitulandi rei publicae, quamvis ea prematur periculis, nisi eo loco sis, ut tibi id facere liceat.*

Plaut. Trin. 2, 4, 114. *plane periimus, nisi quid ego comminiscor.* Mil. 2, 5, 43. *te nusquam mittam, nisi das firmatam fidem.*

Caes. Bell. civ. 3, 44. *neque munitiones Caesaris prohibere poterat, nisi proelio decertare vellet, quod eo tempore statuerat non esse faciendum.* i. e. excepto eo, si...: *es müſste denn seyn, daſs.* idque de re, quae tantum cogitatur, dicitur. Cic. de Fin. 3, 21. *nec iustitiae nec amicitiae esse omnino poterunt, nisi ipsae per se expetantur.* 2, 31, 103. *non potuit, inquies, fieri sapiens, nisi natus esset.* de Rep. 1, 38, 60. *quod quidem, nisi unum sit, esse nullum potest.*

Cic. ad Fam. 2, 15, 7. *ego, nisi quid me Eteziae morabuntur, celeriter, ut spero, vos videbo.* 11, 29, 3. p. Cluent. 2, 6. *nomen iudicum amittemus, nisi hic ex ipsis caussis iudicabimus.*

Cic. de Fin. 4, 15, 41. *nam constitui virtus nullo modo potest, nisi ea, quae sunt prima naturae, ut ad summam pertinentia, tenebit.* Somn. Scip. 3. *nisi enim deus is, cuius hoc templum est omne, quod conspicis, istis te corporis custodiis liberaverit, huc tibi aditus patere non potest.*

Terent. Heaut. 4, 4, 8. *faciet, nisi caveo.* 5, 3, 1. *profecto nisi caves tu homo, aliquid gnato conficies mali.*

Maiorem vim addimus primariae sententiae, si e codicibus coniunctivum revocamus in Cic. Acad. 2, 29, 93. *frangite igitur eos, si potestis, ne molesti sint. Erunt enim, nisi caveatis.* Ita antiquae editiones perhibent: de Fin. 2, 14, 44. *quos nisi redarguamus, omnis virtus, omne decus, omnis vera laus deserenda est.* Goerenzius ex edit. Marsi et Crat. recepit *redarguimus*: quod an praestet dubitari non potest. Contra Sallust. Iug. 31, 25. *illis — parum est impune male facisse, nisi deinde faciendi licentia eripitur.* Codices non pauci *eripiatur.*

Omitto exempla, in quibus vel obliqua oratio vel alia causa coniunctivum ponere iubet, veluti Cic. Tusc. 1, 45, 108. 6, 29, 49. Sed Liv. 2, 45, 13. *itaque certum atque decretum est, non dare signum, nisi victores se redituros ex hac pugna iurant.* Non opus erat haec mutare: nam *iurant* non cum verbis *dare signum* cohaeret.

In oratione obliqua etiam accusativus cum infinitivo, sicut in relativis sententiis, admittitur. Tacit. Ann. 2, 33. *distinctos senatus et equitum census — ut locis, ordinibus, dignationibus antistent —: nisi forte clarissimo cuique plures curae, maiora pericula subeunda, delenimentis curarum et periculorum gaudendum esse.*

5. Non diversa est ratio earum enuntiationum, in quibus conditionalis, quem proprie vocamus, modus collocatur: quamquam non pauci sunt grammatici, qui praecipiunt, quacumque enuntiatione hypothetica per coniunctivum expressa caussam cum effectu coniungi idque vocabulo *nisi* significari. At etiam in his manet illa particulae vis, quae rem excludat et removeat, nec sententia, quae per *nisi* formatur, fundamentum habet in conditione proposita, unde id, de quo sermo est, pendeat, sed additur id, quod intercedere dicitur, quo minus res fiat. Per *nisi* intelligimus, quid, aliqua re exclusa vel remota, reliquum sit: per *si non* autem, quid posita aliqua re consequatur. Cic. ad Att. 13, 32. *quae cogitatio si non incidisset, non laborarem.* Absurdum esset dicere *nisi incidisset.* Sed ad Fam. 9, 24, 4. *quod ego non suspicans incautior fuissem, nisi a te*

admonitus essem. hoc est, admonitione tua non int cedente incautior fuissem. Sententia enim haec ine fuissem incautior, sed non fui, quum a te admoni essem: quam ad formam illa verba Epist. ad Att. vocari non possunt. Quare primariae sententiae v bum non pendet ex secundaria, quae additur, senten sed per se constat, et ubi coniunctivus dicitur, co tationem eo modo formamus, quo dicimus *hoc turpe set, hoc fecissem.*

Duas igitur habemus sententiarum formas. Alt indicat rem, quae est vel erat, praeterquam alia intercedit vel intercedebat. In ea indicativus verbi p marii ponitur. Cic. de Sen. 11, 36. *nam haec quoq nisi tanquam lumini oleum instilles, exstinguunt senectute.* Verr. 3, 52, 121. *illi ipsi, qui remansera vix decuma pars aratorum relicturi agros erant, n ad eos Metellus Roma litteras misisset.* in quibus gra matici substituere solent aliquod verbum, quod coniunc vo respondeat. Altera autem forma non de re vere fac sed de re, quae esse possit, aut quae cogitatur esse, e ponit, addito eo, quod illam tollat vel coerceat. haec designentur, Latini adhibent modum condition lem. Cic. de Off. 2, 1, 2. *nec me angoribus dedi quibus essem confectus, nisi iis restitissem.* Sic enim *si* cum imperfecti coniunctivo compositum sun aliquam rem, dum eam esse negat, ita per *nisi* eximit aliqua res, quae simul esse conceditur. Inter utra que autem partem sententiae intercedit vicissitudo, a que utraque versatur in cogitatione loquentis. Cu cumque vero scriptori id, quod negatum alicui rei pot conditionis nomine subiungi, cum exceptione affirm tionis coniungere licet.

Liv. 3, 19, 8. *nunc, nisi Latini sua sponte arma sumsisse capti et deleti eramus.* i. e. *abgesehen davon, daß die Latin freiwillig die Waffen ergriffen, waren wir verloren.* Tac Ann. 16, 32. *simul in amplexus occurrentis filiae ruebat, a interiecti lictores utrisque obstitissent.* Sueton. Galb. 19.

Cic. ad Q. fr. 1, 1, 7. *quibus fortasse nimis lenis videreti nisi haec lenitas illam severitatem tueretur.* de Fin. 3, 5, 1 *quod non fieret, nisi statum suum diligerent.* ad Fam. 12, 1 11. *qui nisi fuisset, Antonii reditus a Brundisio pestis patri fuisset.* 11, 6, 4. *quod factum esset, nisi ego venissem.*

scripsisset *si ego non venissem*, maior vis inesset in conditione supposita: *wenn ich nicht gekommen wäre*, so: iam vero adhaeret sententia minori cum vi: *es wäre geschehen*, wenn —, *abgesehen davon dafs ich kam*.

Cic. de Fin. 5, 29, 87. *pollicetur certe. Nisi id faceret*, cur *Plato Aegyptum peragravit?* In his nec *faceret* pro *facit*, nec *peragravit* pro *peragravisset* est dictum. Interrogatio spectat ad causam rei vere factae.

Quo modo differat imperfectum a plusquamperfecto, nihil attinet ad potestatem particulae. De hac re disseruerunt, quos Haasius nominat in notis ad Reisigii Gramm. p. 528. Adde Ellendtum de Formis enunt. condit. p. 38. Klotzium ad Cic. Tusc. 4, 26, 78.

6. Ab universa illa exceptionis ratione non receant eae dictiones, quibus post nomina multitudinis el quantitatis adduntur ea, quae excipiantur. Dicitur itur *nisi* eodem fere sensu, quo *praeter*. Sed horum erborum differentiam viri docti non uno modo definiunt. Herzogius p. 19. monstrat, *praeter* esse referentis et numerando excipientis ita, ut esse debeant, a uibus unum vel plura eximantur, vel multitudo, ex na aliquid excipiatur. Simplicior et magis perspicua ihi videtur esse ratio haec: per *praeter* significamus a, quae in ipsis rebus separata et excepta conspicimus aut eximenda esse dicimus, et ita quidem, ut primaria sententia emineat: *nisi* autem ad iudicium pernet et exceptio fit cogitatione. Nam quum Caesar ait . gall. 6, 3. *quum reliqui praeter Senones — venissent:* enones relictos et ab aliis separatos conspexit: nec oterat ullo pacto dici *nisi*. Sed ubi *nisi* dicitur, cogimus, non constare numerum vel multitudinem modo ictam, si quis ad ea, quae excipiantur, respiciat.)uare ex parte aliqua recte Herzogius observavit, *praeter* ocum habere in relationibus et in rebus, quae vere nt, significandis. Saepe in reddendo vocabulo *nisi* adibere poteris *abgesehen von*. Ceterum in hac contracta oratione coniunctio transit in usum adverbialem, t componuntur interdum vocabula insolentiori modo, no etiam res diversi generis excipi dicuntur.

Terent. Heaut. 1, 1, 90. *ancillas, servos, nisi eos qui opera rustico faciundo facile sumptum exercerent suum, omnis produxi ac vendidi.* Plaut. Capt. 4, 4, 8. *aulas calicesque omnis confregit, nisi quae modiales erant.* Sallust. Iug. 17, 6. *plerosque se-*

noctus dissolvit, nisi qui ferro aut bestiis interiere. Cic. ad A 11, 7. *prohiberi omnes Italia, nisi qiorum ipse causam cog visset.*

Sallust. Iug. 44, 4. *plerumque milites stativis castris habel nisi quum odos aut pabuli egestas locum mutare subegerat.*

Sallust. Iug. 75, 3. *igitur omnia iumenta sarcinis levari iu nisi frumento dierum decem.*

Plaut. Men. Prol. 59. *ei liberorum, nisi divitiae, nihil e* Quae Gronovius attulit, ut monstraret *nisi* dictum esse sed, aliena erant. Comparari potest Graecorum usus, quo X Anab. 1, 1, 5. *οὐ γὰρ ἦν χόρτος, οὐδὲ ἄλλο δένδρον οὐδέν*

7. Exceptione sive restrictione facta designari po est id, quod nihilominus perstat: unde opponuntur *n — ceteroquin, nisi — tamen.* Germani *abgesehen vo*

Cic. Orat. 25, 83. *quem, nisi quod solum, ceteroquin re quidam vocant Atticum.*

Plaut. Truc. 2, 7, 12. *nam hoc assimile est, quasi de flu qui aquam derivat sibi: nisi derivetur, tamen omnis ea eq abeat in mare.* Erant qui *nisi* pro *etiamsi* positum exis tharent.

8. Interdum per *nisi* significatur terminus, q quid circumscribitur, praesertim in iis, quae perm tuntur aut prohibentur.

Sueton. Tib. 26. *prohibuit etiam statuas atque imagines, s permittente se, poni.* Aug. 31. Tib. 71. *militem quoque gra testimonium interrogatum nisi latine respondere vetuit.* Aug.

9. Rhetorica forma est, qua per *nisi* interiicitu quod ante dicta aut coerceat aut tollat: idque fit omi sis iis, quae spectat interiecta sententia.

Ovid. Her. 2, 37. *perque tuum mihi iurasti, nisi falsus et est, — avum.* i. e. non est iuramentum, si falsus ille est.

10. *Nisi* quum semel facta esset coniunctio co ditionalis, facile fieri potuit, ut in vulgari sermone, pra sertim a scriptoribus serioris temporis, cum *si non* cor mutaretur. Quod Cornel. dixit Con. 2, 3. *neque ve non fuit apertum, si ille non fuisset, Agesilau Asiam Tauro tenus regi fuisse erepturum:* est in Ag 6, 1. *talem se imperatorem praebuit, ut eo tempore or nibus apparuerit, nisi ille fuisset, Spartam futura non fuisse.* Tum *nisi* dictum est pro *nisi si.* Cond tio enim additur per exceptionem. Tamen etiam

is apud bonos scriptores alium esse sententiarum nodum agnoscimus. Nam ubi *nisi* dicitur, primaria sententiae pars maiorem habet potestatem quam secunaria. Liv. 24, 22, 17. *sed mihi credite, inchoata estra gloria, nondum perfecta est: periculumque ingens manet, nisi paci et concordiae consulitis, ne ibera efferatur respublica.* Si dixeris *si paci et concordiae non consulitis*, minueris vim verborum *periulum ingens manet.* Itaque severior est minatio, uando conditio, quae eam tollat, per *nisi* adiicitur. ic. in Verr. 4, 39, 85. *vivum te non relinquam, moiere virgis, nisi mihi signum traditur.* Grammatici locent post verba *perii, peream, moriar* poni *nisi*, on *si non.* At vehementer dubito, an ullus antiquae etatis scriptor dixerit *peream nisi.* Dixerunt enim *ni*, uod est *si non.* vd. p. 193.

Cic. p. Cluent. 2, 6. *postulo — ut ne quid huc praeiudicati afferatis: etenim non modo auctoritatem, sed etiam nomen iudicum amittemus, nisi hic ex ipsis caussis iudicabimus, si ad caussas iudicia iam facta domo deferemus.* Male ante Classenium legebatur *ac si.* Sed *nisi — iudicabimus* dictum videtur pro *si hic non ex ipsis caussis iudicabimus:* tamen suspecta sunt illa verba ob repetitae sententiae ieiunitatem: nec comparari possunt 6, 18. *haec nisi omnia perspexeritis in caussa, temere a nobis illam appellari putatote.* Horat. Art. p. 191. *nec deus intersit, dignus nisi vindice nodus inciderit.* Non praestat, quod Schellius cum Cuninghamo scripsit: *ni — inciderit.* Sallust. Cat. 52, 33. *ignoscite Cethegi adulescentiae, nisi iterum patriae bellum fecit.* Non in conditione nititur haec deprecatio, sed additur per exceptionem res, quae non erat facta. Accedit hoc ad ironiam: nam Germani dicunt: *es müſste denn seyn, daſs* etc. Sic inepte legebatur apud Curtium olim 6, 10, 31. *parum est enim tot modo liberorum parentem in unico filio acquiescentem eo quoque orbari, ni ipse in rogum meum imponitur.* Bene restituit Zumptius *nisi.*

Apud Plaut. Aul. 2, 8, 23. scribendum esse *nimirum occidor, ni intro huc propere celeriter.* iam Bentleius perspexit. Truc. 2, 7, 59. Goellerus bene restituit: *perii hercle hodie, ni hunc a te abigo.* In Rud. 5, 4, 59. scribendum est: *perii hercle, ni me suspendo. Occidi.* Et Trin. 2, 4, 114. *plane periimus, ni quid ego comminiscor.* Et Most. 1, 3, 85. *di deaeque omnes me pessumis exemplis interficiant, ni ego illam anum interfecero.* Cic. ad Att. 16, 11. *moriar, nisi facete.* Sed haec ex coniectura

criticorum. Codices *facete nisi*: Bosius *facete ni sit*, quod soloecum. Nec dubitari poterit, quin in Cic. Epist. ad Fam. 15, 19. scribendum sit *peream, ni sollicitus sum.* Sed Suetan. Claud. 4. *Tiberium nepotem tuum placere mihi declamantem gratuisse peream nisi, mea Livia, admiror.* Ovid. Met. 2, 514. *mentior, nisi — nuper honoratas summo — coelo videritis stellas.*

Formula est *nisi molestum est* saepe cum urbanitate, interdum cum ironia adhibita. Tamen inveniuntur etiam loci, in quibus *si non* legitur. Loeschkius caussam quaerit in eo, quod in iis additum est *tibi.* At hoc ab eamdem caussam est adiectum, qua dicitur *si non.* Plena atque certa enim est conclusio. Per *nisi* adhaeret tamquam in parenthesi illa modestiae formula.

Plaut. Epid. 3, 4, 25. *volo te verbis pauculis, si tibi non molestum est.* P. *Non edepol scio molestum non est, nisi si dicis, quid velis.* In his nihil mutandum videtur, nisi ut metri caussa inseratur *si.* Periphanes enim ait: illud *non molestum est* equidem non scio, nisi si dicis, quid velis. Cic. ad Fam. 3, 12, 31. *his de rebus quid acturus sis, si tibi non est molestum, rescribas mihi velim.*

Catull. 55, 1. *oramus, si forte non molestum est, demonstres, ubi sint tuae tenebrae.*

Plaut. Poen. Prol. 50. *sed nisi molestumst, nomen dare vobis volo comoediae.* Pers. 4, 4, 49. Rud. 1, 2, 32. Trin. 4, 2, 87. *lubet audire, nisi molestumst.* Terent. Ad. 5, 3, 29. Cic. p. Cluent. 60, 168. Acad. 1, 4, 14. de Fin. 1, 8, 28.

11. Tamen non omnia possunt ad certam regulam redigi: nam usus interdum liberior negligentiae speciem prae se fert, nec desunt exempla dictionis non satis accuratae etiam apud bonos scriptores.

Liv. 21, 41, 15. *nec est alius ab tergo exercitus, qui, nisi nos vincimus, hosti obsistat.* Videtur dici debuisse *si nos non vincimus.* Excusationem vero in eo aliquis quaerat, quod verba *nisi nos vincimus* tamquam in parenthesi sunt interiecta. Plin. Hist. n. 25, 5, 21. *nec album facile colligitur, caput aggravans, maxime nisi praesumatur allium.* Cic. de Off. 2, 11, 40. *ille autem, qui archipirata dicitur, nisi aequaliter praedam dispertiat, aut interficiatur a sociis aut relinquatur.* Dicendum erat *si non aequaliter dispertiat.* Sed hic locus non uns de caussa suspectus videtur: et bernensis codex, nescio an cum aliis, praebet *ni.*

12. Ea vis, quae, ut non semel dixi, sententiae primariae, ubi *nisi* antecedit in altera parte, maior competit, augetur etiam adiectis vocabulis *certe, profecto, scilicet.*

Cic. p. Cluent. 66, 189. *quod nisi esset, certe postea deprehensa re, non illa ut ab improbo viro discessisset, sed ut a crudelissimo hoste fugisset.*

Cic. ad Att. 4, 1. *nisi etiam praetermissos fructus tuae suavitatis omnis exegero, profecto hac restitutione fortunae me ipse non satis dignum iudicabo.* de Inv. 1, 31, 52. Liv. 21, 41, 8. *quem nisi saguntinum scelus agitaret, respiceret profecto, si non patriam victam, domum certe patremque.*

Tacit. Ann. 3, 54. *nisi provinciarum copiae et dominis et servitiis et agris subvenerint, nostra nos scilicet nemora nostraeque villae tuebuntur?*

13. Sed iam de iis exponendum est, in quibus alia vocabula cum hac particula coniungi solent.

Nisi forte, formula omnibus temporibus usitata, duplicem habet usum. Aut enim eam sententiam, quae affirmata antecedit, fortuita re interiecta, vel mitigandi vel dubitandi caussa coercet et aliquam eius partem excipiendo tollit, aut per ironiam dicta, quum conditionalis sententia non prorsus valeat, sed tantum in speciem veritatis pronuntietur, confirmat per id, quod falso nomine opponitur, primariam sententiam. Vide Tom. 2. p. 737. Ironiae locus est maxime in negatione, quae dissimulando opponit rem non veram aut perversam, Cic. de Sen. 33. *denique isto bono utare, dum adsit: quum absit, ne requiras: nisi forte adolescentes pueritiam, paullum aetate progressi adolescentiam debent requirere.* Hoc est: scilicet non ita se habet, si forte — debent requirere. In his, nisi alia caussa accedit, quae coniunctivum afferat, ab optimo quoque scriptore indicativus ponitur: cuius explicandi rationem Gernhardus in eo invenisse sibi videtur, quod coniunctivus ironiae vim tollat: tamen eum recte poni, ubi res, de qua ironice dubitetur, adiunctam habeat conditionem. Graeci dicunt εἰ μή, εἰ μὴ ἄρα. Vide Bremium in libro, qui inscriptus est: *Philologische Beitraege aus der Schweiz* p. 181. Eodem modo etiam simplex *nisi* usurpatur.

Plaut. Aul. 3, 3, 15. *quid — curas, utrum crudum an coctum edim, nisi tu mihi es tutor?* Cic. p. Rosc. Am. 50, 147. *tamen oppugnas eum, quem neque metuere potes, neque odisse debes, nec quidquam habere iam reliqui vides, quod ei detrahere possis: nisi hoc indignum putas, quod vestitum sedere in iudicio vides.* 45, 131. de Fin. 1, 5, 16. ubi Goerenz. Matthiae ad Cic. p. Rosc. 29, 81. Boneckius ad Catil. 2, 10, 22. Gernhard. ad libr. de Amic. 13, 48. Quintil. 4, 1, 70. *quomodo et similitudine, dum brevi, et translatione atque aliis tropis utemur interim: nisi cui divina illa pro Ligario ironia — displicet.*

Goerenzius ad Cic. de Fin. 1, 17, 56. duas fecit regulas: vocabula *nisi forte* composita semper ironiae inservire, seiuncta de vera sententia dici: et semper addi coniunctivum verbi. At collocationi non competit haec potestas, et coniunctivus suam habet rationem non omnibus locis aptam. Sed praeceptorem suum iam Beierus ad Cic. de Off. 1, 33. p. 254. refutavit.

Cic. ad Att. 6, 7. *οὐ γὰρ ἂν τόδε μεῖζον ἔχει κακὸν quam quum quinquennium prorogabamus, aut quum, ut absentis ratio haberetur, ferebamus: nisi forte haec illi tum arma dedimus, ut nunc cum bene parato pugnaremus.* de Fin. 1, 17, 56. *non placet autem, detracta voluptate aegritudinem statim consequi, nisi in voluptatis locum dolor forte successerit.* de Off. 1, 1, 3. 2, 18, 62. *propensior benignitas esse debebit in calamitosos, nisi forte erunt digni calamitate.* 3, 34, 93. Plancus ad Cic. 10, 11, 1. *tantis enim tuis officiis non videor mihi respondere posse: nisi forte — ita sensurus es, ut me referre gratiam putes, quum memoria tenebo.* Cic. de Leg. 1, 2, 7. In quibus omnibus nullus est ironiae locus. Alia ex Apuleii libris sumpta vide apud Oudendorp. Tom. 2. p. 418.

Cic. de Fato 16, 37. *ex his igitur necesse erit, invito Epicuro, alterum verum esse, alterum falsum: — nisi forte volumus Epicureorum opinionem sequi, qui tales enuntiationes nec veras nec falsas esse dicunt.* p. Mil. 7, 17. *mors quidem illata per scelus iisdem et poenis teneatur et legibus: nisi forte magis erit parricida, si qui consularem patrem, quam si quis humilem necaverit.* de Div. 2, 45, 95. de Nat. d. 3, 18. ubi Creuzer. p. Flacc. 2, 4. p. Rosc. Am. 29, 82. de Sen. 6, 18. in Verr. 2, 7, 21. 69, 169. 3, 80, 186. Alia affert Beierus l. l. de Leg. 1, 1, 2. *dum latinae loquentur litterae, quercus huic loco non deerit, quae mariana dicatur, eaque canescet saeclis innumerabilibus: nisi forte Atticae tuae sempiternam in arce oleam tenere potuerunt.* h. e. mariana quer-

cus sempiternam habebit per carmina memoriam: nisi olea Athenis non carminibus, sed in rerum natura sempiterna erit. Quintil. 10, 1, 70. 2, 8. Sallust. Iug. 3, 4. ubi Kritzius et ad 31, 20. Ochsnerus in Eclog. p. 255. affert Huldrici Progr. p. 4. et Wyttenbach. ad Plutarch. Consol. p. 109. F.

Quintil. 2, 8, 6. *nemo sic in maioribus eminet, ut eum minora deficiant: nisi forte Iovem quidem Phidias optime fecit, illa autem, quae in ornamentum operis eius accedunt, alius melius elaborasset.* Rhet. ad Herenn. 4, 4, 6. *sunt enim multa laboriosa, quae si faciatis, non continuo gloriemini: nisi forte etiam, si vestra manu fabulas aut orationes transscripsissetis, gloriosum putaretis.* Alii codices *putetis.* Sed coniunctivus *putaretis* ex altero *transscripsissetis* prodiit. Sallust. Iug, 14, 10. *quippe quis hostis nullus erat, nisi forte quem vos iussissetis.* Bene Kritzius monet coniunctivum ex relativo pendere. Apud Cic. ad Att. 8, 10. *nisi forte — censucris*, quem locum grammatici afferunt, apertum est futurum esse: apud Quintil. 12, 2, 2. meliores libri suppeditant indicativum.

Lactantius 1, 8, 2. *nisi forte arbitremur.* Sed ne hic quidem siue varietate scripturae. de Ira 10, 35. *nisi forte quis arbitretur.* Vide Bunemann. ad 1, 13, 1. Apulei. Apol. p. 294, 24. *nisi forte hoc vos ad mendacium induxerit.* Sed Oudendorp. ex antiquis libris *induxit.* Certa exempla Bunemannus affert ex Hilarii libris.

De loco Taciti, in quo infinitivus post *nisi forte* in oratione obliqua legitur, vide Tom. 2. p. 738. et supra n. 8.

14. Additur *vero*, ubi affirmatio accedit, quod Graeci dicunt εἰ μὴ γε. Vtrumque transit in usum ironicum. Cicero saepe hac loquendi forma utitur, qua, quaestione de veritate alicuius rei praemissa, adiicit per *nisi vero* sententiam, qua contrarium apparet esse absurdum. Apud Sallustium nullum exstat exemplum, nec apud Tacitum.

Cic. de Orat. 1, 57, 242. *nisi vero — tu libellis aut praeceptis soceri tui caussam M'. Curii defendisti.* ubi ironiam, quam interpretes notant, equidem non sentio.

Cic. in Verr. 5, 9, 24. *haec omnia sero redemit Apollonius, iam moerore ac miseriis perditus: sed tamen ceteros docuit, ante istius avaritiae ac scelori occurrere: nisi vero existimatis, hominem pecuniosissimum sine aliqua caussa quaestus electum ad tam incredibile crimen.* p. C. Rab. 6, 19. de Nat. d. 3, 11, 27. p. Mil. 5, 14. 7, 19.

Cic. p. Mil. 8, 8. *an est quisquam, qui hoc ignoret — aut negari solere omnino esse factum, aut recte ac iure factum esse defendi? Nisi vero existimatis, dementem fuisse Africanum etc.* 30, 81. 33, 91. p. Sulla 9, 28.

15. Id quod antea dixi, accedere vel adhaerere sententiam per *nisi* formatam, cognoscitur eo, quod eiusmodi sententia antecedenti opponitur, et quod haec coniunctio componitur cum aliis *quia*, *quod*, *quum*, et cum *tamen*. In his vero structuris quum non statim appareret, quo referri deberet *nisi*, Manutius et qui eum sequebantur, Vechnerus Hellenolex. 2, 3. p. 425. et Ruhnken. ad Terent. Andr. 4, 1, 40. Drakenborch. ad Liv. 24, 20, 10. Schwarzius ad Plin. Pan. 86, 5. Oudendorp. ad Apulei. Met. p. 283. Dukerus ad Flor. 1, 22, 3. Walther ad Tacit. Ann. 1, 33. aliique docuerunt pro *sed*, *attamen* poni: alii ellipticam esse dicendi formam existimarunt, velut Fabri ad Sallust. Iug. 24, 5. Walchius ad Tacit. Agr. p. 154. Rothius p. 255.: Kritzius vero attractionis quadam vi fieri dicit, ut *nisi* non cum verbo, quod negandi verbo antecedenti opponendum sit, coniungatur, sed cum eo, quod ex illo omisso aptum esse debeat. Itaque Terentii verbis Eun. 3, 4, 9. *nequeo satis mirari, neque coniicere, nisi, quidquid est, procul hinc lubet prius, quid sit, sciscitari.* expressam putat sententiam: prorsus dubito, quid sentiam, nisi hoc mihi certum est, mihi lubere, quidquid est, sciscitari, quid sit. At si indolem particulae recte perspectam tenemus, non dubitabimus simplicem verborum structuram esse hanc: nequeo coniicere: non nequeo, si (*ne si*) lubet sciscitari. Haec opponuntur, et dum secernuntur, exceptio fit. Quare facile potest substitui particula *sed*. Eodem modo Graeci πλὴν dicunt de diversis rebus, alias per μέν — δέ opponendis. Vide Doederlein. ad Soph. Oed. Col. 76.

Cic. ad Fam. 13, 73, 2. *de re nihil possum iudicare: nisi illud mihi certe persuadeo, te talem virum nihil temere fecisse.* Plin. Hist. n. 22, 22, 86. *est vero caussa, quare venena monstremus inter gramineas coronas: nisi libidinis caussa expetenda alicui videtur.* i. e. non ita, si videtur —.

16. Formula est *nescio nisi* saepe, nec tantum a comicis, uti Westerhovio (ad Terent. Andr. 4, 1, 40.)

isum est, usurpata. Cf. Paul. Manut. ad Cic. Epist. im. 13, 4. Ald. Manut. ad Sallust. Iug. 24. Drakenb. d Liv. 24, 20, 10.

Terent. Pherm. 5, 8, 59. *quo pacto aut unde haec hic resciit?* D. *Nescio: nisi me dixisse nemini, id certe scio.* 3, 1, 10. Andr. 4, 1, 39. Adel. 4, 5, 54. Heaut. 3, 2, 31. Cic. p. Rosc. Am. 35, 99. ubi Matthiae. Terent. Hec. 1, 2, 117. *quid egerint inter se, nondum etiam scio: nisi sane curae est, quorsum eventurum hoc siet.* i. q. sed sane curae est. Terent. Heaut. 4, 2, 45. *nescio: nisi ex ipsa quaeras, unde hunc habuerit.*

17. In verbis *nisi quod*, *nisi quia* explicandis rammatici aut tenebant interpretationem, tamquam a significarent *auſer daſs*, aut machinas admovebant imis artificiosas, ut, quae suppressa viderentur in ratione, eruerent: nam modo ante particulam *nisi*, nodo post eam omissam esse sententiam dicebant. Valchius in *nisi quod* substituit *nisi quod dici potest* ive *dicendum est:* Rothius autem cuicumque senten- iae aliam accommodat supplendam. Schwartius *nisi* ro *sed* accipiens substitui iussit contrariam sententiam, t *nisi quod tamen* esset pro *verumtamen*. At quae uppleantur simplicissima esse debent, et sunt qui- lem. Verba enim *nisi quod* contractam in se habent anc sententiam: *non est, si est quod*, sive *non est, i in considerationem venit quod.* Cic. ad Fam. 13, , 5. *cum Patrone Epicureo mihi omnia sunt, nisi uod in philosophia vehementer ab eo dissentio.* i. e. ed non sunt, si reputo quod etc. Tacit. Ann. 1, 33. *ola Agrippina paullo commotior, nisi quod castitate t mariti amore quamvis indomitum animum in bo- um vertebat.* Supplet Waltherus cum Rothio: illo in- enio ne ipsam quidem culpae expertem fuisse: Kritzius: quae res non poterat non damnosa fieri, nisi alubrem temperationem hoc attulit, quod. Falluntur mnes: nam simplicissima est ratio haec: *Agrippina aullo commotior*, sed *non* erat (non ita dicamus), *si* rat (si reputamus) *quod.* Neque aliter *nisi quia.* Sal- st. Orat. Licin. 6. *quom interim more pecorum vos ultitudo singulis habendos fruendosque praebetis uti omnibus, quae maiores reliquere: nisi quia vo- ismet ipsis per suffragia, uti praesides olim, nunc lominos destinatis.* hoc est: non vos fruendos prae- etis, si est, quia vobis dominos destinetis. Atque his

loquendi formulis utuntur Latini ad significandam exceptionem, qua id, quod antea dictum, non totum tollitur, sed aliquid apponitur, quod primariam sententiam aliquo modo moderetur aut coerceat. Cuius dictionis caussa non semper est in modestia scriptoris quaerenda, neque in *nisi quia* indignationis signum conspicitur, quod Herzogius opinatur. Differunt autem *nisi quod*, *nisi quia*, *nisi quum* a simplici *nisi* singularis rationis vel caussae vel temporis nomine. *Quod* reddi potest per *inwiefern*. Sunt vero qui praecipiant, semper praecedere negativam sententiam. Id nec ratio ulla confirmat, nec desunt exempla affirmatae sententiae.

Varro de Ling. lat. 5, 2. (6, 2.) *quod nocet, nox: nisi quod graece νύξ nox.* Plaut. Capt. 2, 3, 34. *nam equidem, nisi quod custodem habeo, liberum me esse arbitror.* Cic. ad Att. 2, 1. *Tusculanum et Pompeianum valde me delectant: nisi quod me illum ipsum vindicem aeris alieni, aere non corinthio, sed hoc circumforaneo obruerunt.* Ovid. Her. 18, 11. *adscensurus eram, nisi quod, quum vincula prorae solveret, in speculis omnis Abydos erat.* Abesse poterat *quod*.

Sallust. Ing. 67, 3. *id misericordiane hospitis, an pactione aut casu ita evenerit, parum comperimus, nisi, quia illi in tanto malo turpis vita integra fama potior fuit, improbus intestabilisque videtur.* In quo loco critici frustra laborabant, ut mancam, quae visa erat, orationem explerent. Est vero haec: an casu ita evenerit, parum comperimus: non parum, si — improbus videtur: hoc est, excepto eo, quod improbus videtur. Tacit. Ann. 14, 14. *notos quoque equites romanos operas arenae promittere subegit donis ingentibus, nisi quod merces ab eo, qui iubere potest, vim necessitatis affert.* i. e. hoc tamen non constat, quum reputamus, quod — affert: i. e. cum hac exceptione. Plin. Pan. 86, 5. *et fecisset, nisi quod pene ipso contubernio principis felicius iucundiusque est desiderare principem desiderantem.* Tacit. Agr. 6. *vixerunt mira concordia per mutuam caritatem et invicem se anteponendo, nisi quod in bona uxore tanto maior laus quam in mala plus culpae est.* Dronkius bene exposuit sententias scriptoris, non earum nexum: sed quod Herzogius rationem quaerit in ea aequalitate, qua Agricola eiusque uxor concordiam coluisse dicantur, id mihi a verbis ipsis alienum videtur. Dixerat Tacitus *miram* concordiam, additque illa verba eo consilio, ut causssam admirationis minuat. Est enim sententia haec: sed *non* miram dixerim utriusque coniugis concordiam, *si* reputo, quod etc.

Praecedente negatione: Sallust. Iug. 89, 6. *Metellus oppidum Thalam magna gloria ceperat, haud dissimiliter situm munitumque, nisi quod apud Thalam non longe a moenibus aliquot fontes erant.* 95, 3. Varro de Ling. lat. 8 (9), 46. *sic in obliquis casibus cur negent esse Diespitri, Diespitrem, non video, nisi quod minus est tritum in consuetudine quam Diespiter.* Cic. de Fin. 5, 89, 92. Sallust. Iug. 95, 3. *tamen ab negotiis nunquam voluptas remorata, nisi quod de uxore potuit honestius consuli.* Per ambages sententiam hanc constituit Kritzius. Simplicior haec est: non ita, si respicis id, quod de uxore potuit honestius consuli. Nos *abgesehen davon daſs* etc. Tacit. Ann. 6, 24. *potuisse avum audire, legere, in publicum promere, nisi fidei, nisi quod Actii centurionis et Didymi liberti epistolas earvorum nomina praeferebant.*

Plin. Epist. 8, 17, 6. *nam parvulum differt patiaris adversa an exspectes: nisi quod tamen est dolendi modus, non est timendi.* 6, 21, 6. Paneg. 7, 7. ubi Schwarzius. Plaut. Truc. 4, 3, 11. *quid sit negoti falsus incertusque sum, nisi quia timeo tamen.*

Plaut. Pseud. 1, 1, 104. *atque id futurum unde, unde dicam nescio, nisi quia futurum est.* Rud. 4, 3, 85. *nescio, neque ego istas vostras leges urbanas scio, nisi quia, hunc meum esse, dico.* Cist. 2, 1, 12.

Cic. Orat. 36, 126. *id ita dici placet, ut traducatur ad perpetuam quaestionem atque de universo genere dicatur: nisi quum de vero ambigitur, quod quaeri coniectura solet.* Varro de Ling. lat. 8 (9), 12.

Cic. de Fin. 2, 22, 74. *numquam facies. Cur? nisi quod turpis oratio est.* Alii codices *nisi turpis oratio est.* quod Otto falsum putat. At illis verbis quaeritur de ratione et causa, his de re, quae sit. Illud reddas *wenn nicht inwiefern*, quod est, non aliam ob causam: hoc autem *abgesehen von der Unschicklichkeit*, quod est, praeter turpem orationem. 2, 31, 102. *ne id quidem, nisi multa annorum intercesserint millia.* Alii libri *nisi quum:* quod ad temporis notionem refertur: illud ad rei ipsius conditionem.

18. Eadem est caussa in verbis *nisi ut*, in quibus nihil insolitum videtur, quando de consilio est sermo. Saepe tamen ita loquuti sunt serioris aetatis scriptores, ut intelligendum esset *ita ut*. Quare crici interdum illud *ut* eiecerunt, Vd. Acidalium ad Tacit. de Orat. 33.

Sueton. Calig. 23. *aviae Antoniae secretum petenti denegavit, nisi ut interveniret Macro praefectus.* Plin. Epist. 2, 11, 16. *neque enim iam inchoari poterat actio, nisi ut noctis intervenia scinderetur.* Tacit. Ann. 3, 57. *nec tamen repertum, nisi ut effigies principum, aras deum — aliaque solita censerent.* Dial. de Orat. 33, 5. *nec quisquam percipere tot reconditas aut tam varias res potest, nisi ut scientiae meditatio, meditationi facultas, facultati vis eloquentiae accedat.* Cum Acidalio plurimi editores ejecerunt ut, quod intelligas *nisi ita ut — accedat.* Cl. Miscell. Observ. Tom. 7. p. 402.

19. Eadem est ratio, ubi *tamen* adiectum videmus. Herzogius a sua sententia prius exposita aliquantum recedens, non negat secundarium argumentum annecti, quod coniectantis et suspicantis sit, atque exceptionis speciem prae se ferat. Sed sententiarum nexum mancum et interruptum ita explere iubet: „esse aliquid statuerim, nisi verendum sit, ne quis contra moneat, aut ne quid prohibeat, quominus ita statuam: verum id eiusmodi est, ut obstaculo non haeream conditionemque vel sententiam acceptam velim.“ His vero supplementis omnino non opus est. Cic. ad Fam. 13, 1, 10. *equidem si, quid ipse sentiam, quaeris, nec cur ille tantopere contendat video, nec cur tu repugnes: nisi tamen multo minus tibi concedi potest quam illi, laborare sine caussa.* Hoc est: tamen non est ita, si multo minus tibi concedi potest etc. Vtuntur vero hac dictione ii, qui suae sententiae ante expositae aliam, quae istam restringat, cum quadam asseveratione per *tamen* expressa opponunt et alteri sententiae non minorem auctoritatem concedunt.

Sallust. Iug. 24, 4. *plura de Iugurtha scribere dehortatur me fortuna mea et iam antea expertus sum, parum fidei miseris esse: nisi tamen intelligo illum supra quam ego sum petere.* Interpretes subtilitate inter se certant. Sed negatio in *nisi* refertur ad totam, quae antecedit, enuntiationem: *non tamen ita, si intelligo.* 100, 5. Cic. ad Fam. 5, 14. *nihil mihi gratius facere potes: nisi tamen id erit mihi gratissimum, si, quae tibi mandavi, confeceris.* Celsus 5, 26, 24. *nam nodus vulnus laedit: nisi tamen longe est.* i. e. tamen non laedit, si longe est. Quintil. 10, 1, 2.

Plin. Epist. 1, 2, 6. *libelli, quos emisimus, dicuntur in manibus esse, quamvis iam gratiam novitatis exuerint: nisi tamen*

auribus nostris bibliopolae blandiantur. i. e. hoc tamen dici non potest, si —: Germani *es müſsten denn.* Paneg. 93, 3. *ullamne tibi pro beneficiis referre gratiam parem possumus? nisi tantum illam, ut semper nos meminerimus consules fuisse.* Schwartzius in Turselliao affert *nisi tamen:* quod criticos attendere oportet.

Adverbialiter Columell. 3, 1, 3. *hanc nos ceteris stirpibus iure praeponimus, non tantum fructus dulcedine, sed etiam facilitate, per quam omni pene regione et omni declinatione mundi, nisi tamen glaciali vel praefervida, curae mortalium respondet.*

20. Haec, quae exposui, non infringuntur per ea, in quibus *nisi* oppositum sibi habet *sin.* Nam quum *nisi* tollat totam enuntiationem, opponi potest in altera parte id, quod contrarium sistat.

Cic. ad Att. 10, 7, 15. *qui nisi vincit, nomen populi romani deleatur necesse est: sin autem vincit, nullano more exemploque vincet.* p. Cluent. 6, 18. *haec nisi omnia perspexeritis in causa, temere a nobis illam appellari putatote: sin, erunt et aperta et nefaria, Cluentio ignoscere debetis, quod haec a me dici patiatur.* Classen eiecit *autem* auctoritate trium librorum.

21. *Nisi si* Latini cuiusvis aetatis, sed non unius generis eo modo loquuntur, quo Graeci *εἰ μὴ εἰ*, de quorum verborum usu Heindorfius et Stallbaumius disputarunt ad Plat. Gorg. 36. (p. 480 B). Exempla collegerunt Gifanius in Observ. p. 293. (148.) Heinsius ad Ovid. Her. 4, 111. Duker ad Flor. 4, 7, 15. Gronov. ad Liv. 28, 31, 2. Drakenborch. ad Liv. 6, 6, 5. Elegantiam dictionis praedicant Burmannus ad Quintil. 3, 10. et Heinsius. Reliqui grammatici aut pleonasmum esse dicunt, aut ellipsin. Et potest id, quod post *nisi* omissum est, substitui verbis *nisi hoc est si* —: tamen adverbiali specie particula non aliter cum *si* componebatur, quam cum *quod, quia*, ut esset *hoc uno excepto.* Dicitur autem ita in afferendo eo, quo ante dicta, alioquin certa, infringantur aut reiiciantur, maxime in eo, quod longius distare aut non admodum probabile videatur. Tum fere idem est quod *nisi forte*, et cum ironia dictum. Etiam *nisi vero si* et *nisi si forte* dixit Cicero aliique. Sed Buttmannus ad Quintil. 12, 9, 11 negavit *nisi si* umquam dici in ironia, nec *nisi si forte* poni pro ironico *nisi forte:* utrumque per errorem, uti exempla monstrant. Quin-

tilianus et Columella dixerunt *nisi si tamen*. Germani loquuntur *es müſste denn seyn*. Praesertim verba *si quis* ante se habent *nisi*. Vid. Oudendorp. ad Caes. B. gall. 1, 31. Cum comicis Cicero ita loquitur saepius in epistolis et in dialogis: in orationibus raro. Poetae gravitatem exceptionis hoc modo expresserunt: ideoque Heinsius elegantiam quamdam sectatus in multis Ovidii locis restitui iubebat, etiamsi perpauci sunt, in quibus libri non variant. Scriptores recentioris saeculi saepissime ita loquuti sunt, Columella fere in quacumque pagina. Nisi aliunde accedit caussa coniunctivi ponendi, ab antiquis scriptoribus semper indicativus apponitur. Bene de his particulis disseruit Kieſslingius ad Tacit. Germ. p. 26.

Plaut. Curc. 1, 1, 51. *tam a me pudica est, quasi soror mea sit: nisi si est baculando quippiam impudicior.* Men. 5, 1, 23. Truc. 3, 2, 2. 4, 3, 8. Terent. Andr. 1, 5, 14. *repudiatus repetor. Quam ob rem? nisi si id est, quod suspicor.* Eun. 4, 7, 26. Varro de Lat. ling. 8 (9), 1. *neque analogia est repudianda, nisi si non est homo ex anima, quod est homo ex corpore et anima.* de Re r. 2, 9, 9. *nisi si — etiam illuc perveniri* etc. Vatin. ad Cic. Epist. 5, 9, 6. *profecto tibi illum reperiam, nisi si in Dalmatiam aufugerit.* Celsus 2, 8. p. 72. *quae non facile senescunt, nisi si multa signa bonae valetudinis subsequta sunt.* 3, 21. p. 166. 1, 3. p. 33. Ovid. Met. 5, 614. *vidi praecedere longam ante pedes umbram: nisi si timor illa videbat.* Quintil. 3, 10, 2. *quia, quamvis in multis personis, causae tamen una est, nisi si conditio personarum quaestionem variaverit.* 9, 2, 98. *nec mercetur fidem, qui sententiolas gratis iurat, nisi si potest tam bene quam Demosthenes.* 9, 4, 102. Declam. 13, 11. Columel. 2, 10, 17. 2, 21, 4. 4, 10, 1. et al. Tacit. Germ. 3. *quis — Italia relicta Germaniam peteret, informem terris, asperam coelo, tristem cultu adspectuque, nisi si patria sit.* Annal. 15, 53. 6, 25. Agr. 32. Sueton. de Gramm. 16.

Ironiam nemo negabit in his inesse: Terent. Ad. 4, 8, 2. *meum officium facio: quod peccatum a nobis ortumst, corrigo: nisi si me in illo arcadiasti esse hominum numero, qui ita putent* etc. Ovid. Met. 14, 177. *quid mihi tunc animi, nisi si timor abstulit omnem sensum animumque, fuit?* Sed alii libri aliter. Eodem modo: Livius 26, 3, 3. *qui autem solum se restantem prodesse rei publicae, nisi si mors sua remedio publicis cladibus futura esset, putasset?* 28, 31, 2. *nuntiis ad L. Marcium missis,*

nisi si terere frustra tempus sedendo ad Gades vellent, redeundum ad imperatorem esse.

Terent. Eun. 4, 3, 20. *nisi si domum forte ad nos rediit.* Cic. de Orat. 2, 58, 237. *miseros illudi nolunt, nisi si se forte iactant.* de Leg. 1, 2, 7. *Sisenna — omnes adhuc nostros scriptores, nisi qui forte nondum ediderunt, de quibus existimare non possumus, facile superavit.* Goerenzius narrat in quodam codice extare *nisi si qui.* Id non falsum esset. Conf. quae Moserus ad 2, 26, 65. Brut. 16, 61. *cuius quidem scripta praeferenda putem, nisi si quem Appii Caeci oratio — et nonnullae laudationes forte delectant.* Ita Manutius ex antiquis libris. Peter negat *nisi si* dici, quando sequatur *forte*, nullo argumento exposito.

Cic. ad Fam. 14, 2, 1. *noli putare me ad quemquam longiores epistolas scribere, nisi si quis ad me plura scripsit, cui puto rescribi oportere.* in Cat. 2, 4, 6. *nisi vero si quis est, qui Catilinae similes cum Catilina sentire non putet.* in Verr. 2, 25, 62. *in utriusque bonis nihil erat, quod restitui posset, nisi si quid moveri loco non potuerat.* Ita e codd. restituit Zumptius. ad Att. 2, 3. *nisi si quid erit eiusmodi* etc. 2, 11. Restituit Goerenzius in Cic. de Leg. 2, 26, 65. Caes. B. gall. 1, 31. *nisi si quid in Caesare populoque romano sit auxilii, omnibus Gallis idem esse faciendum, quod Helvetii fecerint.* Ovid. Met. 14, 560. *iactatis saepe carinis supposuere manus, nisi si qua vehebat Achivos.* Liv. 6, 26, 5. *hic noster, hic plebis nostrae habitus fuit critque semper, nisi si quando a vobis proque vobis arma aeceperimus.* Quintil. 1, 6, 2.

Quintil. 6, 1, 34. *stratum denique iacere et genua complecti: nisi si tamen persona nos et anteacta vita et rei conditio prohibebit.* Columell. 3, 13, 8. *nisi si tamen uligo palustris obvia — prohibeat infodere.* Schneiderus *statim* coniecit. Sed vide 4, 16, 4.

Discrepant libri ita, ut altera scriptura etiam probari possit, in Ovid. Her. 17, 151. Met. 10, 200. 5, 20. Temere Heinsius coniecit in Met. 14, 177. Her. 4, 111. Trist. 5, 9, 35. Saepe etiam iam librarii peccarunt. Vid. Quintil. 4, 3, 5.

Valer. Aedit. Epigr. in Anthol. 3, 242. *at contra, hunc ignem Vencris, nisi si Venus ipsa, nulla est quae possit vis alia opprimere.* Dubito an antiquior poeta ita loquutus fuisset adverbialiter pro *nisi*. Sed in codice Lindenbruchius legit *si non Venus ipsa*: quod melius.

Mira est sententia Waltheri ad Tacit. Ann. 2, 63. ellipsin non in *nisi*, sed in *si* esse quaerendam, et q cat Tacitus Ann. 6, 25. *nisi si negatis alimentis adsim finis*, esse sensum: nisi, si forte non voluntate exsti adsimulatus est finis. Nec ea, quae Bremius ad Cor 13. tradidit, quidquam efficiunt.

22. Accedo ad dictiones eas, in quibus pr sae negationi *nisi* ita respondet, ut ad id, quod tur, constituendum per duplicem negationem p diamur: veluti *nihil — nisi, non aliud — nisi, nisi, quid nisi?* De iis praeter grammaticae res disseruerunt Herzogius in libello saepe a me la et Krügerus in Comment. de formulae *nihil alii cere quam* vel *nisi* usu. Brunsvigae a. 1838. Vterque exceptionis notionem agnoscit: Herzogi tem, bene intelligens omnem rationem vocabuli *n* sitam esse in cogitatione et iudicio scriptoris, state monendi et praecavendi, quae insit, id effi tat, ut significetur non alia conditione rem a esse, nisi ea, quam scriptor suo iudicio statuat probaverit. Quo vereor, ut ipsa dictionis hui tura explicetur: nam quod addit ille p. 19. *nisi* es nentis et intendentis, sive eo enitentis, ut aliis q sententiam suam approbet: quo fiat, ut huius p lae praecipuus locus sit in demonstrandis iis, dubii aliquid inhaerere videatur: id mihi quide ex ipsa particulae natura petitum videtur. Illu miremur, originem harum dictionum per usum es scuratam: nam coniunctio, quae ad verbum on referenda esset, induit speciem adverbii: tame mitiva verborum indoles non poterat penitus exs Exemplum apponam Sallustii lug. 85, 33. *nihil m nisi turpem famam.* Si haec ad originem suam cas, habebis hanc sententiam: *nihil metuere*, i dici potest, si respicis turpem famam. Sed ut cata negatio in aliis verbis, veluti in *nihil non, quam non* transit in affirmationem, ita etiam *ni nisi, non — nisi* potestatem nanciscuntur gravio firmationis, quae ad eximendam aliquam rem a quasi quis cogitet re vera metuere, si turpem f respicimus. Atque hinc etiam intelligitur, quo verba *nihil nisi*, quae pro *uno* dici videntur, et *uo* quod est *solum*, ab his ipsis differant. Haec enim

ant unam vel solam rem: in illis haec notio per cogitationem conficitur: nam illis negationibus id efficitur, it declaremus veram esse sententiam, si cogitatione excludatur id, quod per *nisi* accedit. Discrimen autem, quod inter *nisi* et *praeter* intercedere supra p. 227. exposui, etiamsi constat, tamen in his formulis saepe non multum valet. Cic. ad Fam. 6, 1, 11. *simus igitur ea mente, quam ratio et veritas praescribit: ut nihil in vita nobis praestandum praeter culpam putemus.* 9, 16, 12. *sic video philosophis placuisse iis, qui mihi soli videntur vim virtutis tenere: nihil esse sapientis praestare nisi culpam.* cf. Heusinger. ad Cic. Of. 2, 2, 8. Cic. Somn. Scip. 4. *infra autem iam nihil est, nisi mortale et caducum praeter animos genteri hominum munere deorum datos.*

Cic. de Am. 5, 18. *sed hoc primum sentio, nisi in bonis amicitiam esse non posse.* Sallust. Iug. 34, 5. *bellum renovari, quod nisi ex illius lubidine geri non posset.*

Sallust. Iug. 61, 1. *neque oppidum capi neque Iugurtham nisi ex insidiis aut suo loco pugnam facere.*

Cic. ad Fam. 2, 10, 6. *vineis, turribus oppugnabam oppidum munitissimum Pindenissum tantisque opibus, tantoque negotio, ut mihi ad summam gloriam nihil desit nisi nomen oppidi.*

Nihil amplius, nisi. Cic. p. Planc. 41, 99. *de praetore Macedoniae nihil dicam amplius, nisi eum et civem optimum semper et mihi amicum fuisse.* Hirtius B. Afr. 16. *circumspicere enim Caesarem, neque amplius facere, nisi hostium iacula vitare.*

Interrogatio par est negationi. Cic. p. Planc. 33, 80. *quid est pietas nisi voluntas grata in parentes?* Krügerus „non omnino nihil esse pietatem vult, sed hoc concedit, esse voluntatem gratam in parentes: ad hanc non referri vult istam negationem: unde patet pietatem sola et una voluntate grata in parentes contineri.“ Sallust. Iug. 85, 16. *quid responsuros creditis, nisi sese liberos quam optumos voluisse?* Ovid. Her. 2, 27. *dic mihi, quid feci, nisi non sapienter amavi?*

Sallust. Epist. Mithr. 17. (6.) *neque quidquam a principio nisi raptum habere.* Iug. 14, 18. *postremo Masinissa nos ita instituit, ne quem coleremus nisi populum romanum.* Orat. Lep. 3. *nam quid a Pyrrho — defensum est aliud quam libertas et suae cuique sedes, nec cui nisi legibus pareremus.* Cic. Tusc. 1, 27, 66. *nec invenietur umquam, unde ad hominem veniat pos-*

sint, nisi a deo. de Am. 5, 18. *negant enim quemquam rum bonum nisi sapientem.* Et paullo post: *negabunt sapienti posse concedi.* Davisius (ad Cic. de Fin. 1, 12 mannus (ad Lucan. 9, 578) aliique temere existimarunt dictis omissum esse verbum *aliter* sive *aliud.* Lucan. *estne dei sedes nisi terra et pontus et aer.* Esse dicunt pi *alia sedes nisi.* Phaedr. Epil. 3, 17. *nec quidquam pos meliores carpere.* Supplent *aliud.*

23. Negatio, quae in *non nisi* inest, ad n personae refertur, ut fiat *nemo nisi*, et ad ten nomen, ut sit *numquam nisi.* Hoc pro adverbic situm significat *immer nur*, atque vel ad unum ve vel ad totam enuntiationem spectat. Id bene pe ctum habuit Wolfius, temere negavit Waltherus in tis ad Tacit. Ann. 1, 26. Vide Wopkens. Lect. p. 50. (35). et not. ad h. l. Illud autem *nemo* non modo personas distinguit, sed etiam res ad sonam relatas, veluti Sallust. Cat. 33, 4. *quam* (l tatem) *nemo bonus nisi cum anima amittit.*

Sallust. Cat. 13, 1. *nam quid ea memorem, quae ni qui videre, nemini credibilia sunt.* Cic. de Nat. d. 1, 1 *est enim vis tanta naturae, ut homo nemo velit nisi homi milis esse.* i. e. ut homo quicumque velit non (ullius) nisi nis similis esse. Acad. 2, 24, 75. *videor tibi — imitari quam nisi clarum, nisi nobilem.* ubi sine caussa corre critici. ad Fam. 6, 6, 19. *numquam nisi honorificentissime peium appellat.* Tacit. Ann. 1, 26. *numquamne nisi ad se familiarum venturos?* Lipsii emendatio probari non de Sed quod Waltherus opinatus est, pannonicas legiones c aliis exercitibus, prorsus absonum est. Legiones querel neminem umquam ad se praeter filios familiarum venisse *numquamne nisi* ad totam sententiam pertinet.

24. Ab his non diversa est ratio verborum, qu *aliud* additur atque dicitur *nihil aliud nisi*, quae modo differant ab *nihil aliud quam*, egregie expo runt Koelerus et Krügerus. *Quam* enim compari nem rerum exhibet et refertur ad nomen *aliud:* autem spectat ad antecedentem negationem, ut nc nem constituat exceptionis: veluti Cic. de Leg. 1 25. *est autem virtus nihil aliud quam in se perfect ad summum perducta natura.* Componuntur *virtu natura* ex aequo ita, ut alterám pro altera accipere

sis. Per negationem *nihil* tollitur diversitas, et *quam* eamdem habet vim, qua post comparativos et post *tam* aequationem indicat. Sed de Orat. 2, 12, 51. *erat enim historia nihil aliud, nisi annalium confectio.* In his dicitur historia constitisse sola annalium confectione, sive praeter annalium confectionem nihil fuisse. Tusc. 1, 24, 58. *ita nihil aliud est discere nisi recordari.* Si scripsisset *quam*, aequalia dixisset: nunc negavit aliud quid in discendo inesse: quod Germani dicunt *nichts weiter, blos.* Nec tamen negari potest esse sententias, quae utrumque et comparandi et excipiendi modum admittant. Cic. de Lege Man. 22, 64. *difficile est dictu in Asia — ita versari nostrum imperatorem, ut nihil aliud quam de hoste ac de laude cogitet.* Vnus codex erfurt. habet *nisi.* Illud res comparat: *non aliam rem quam laudem:* hoc significat *non de alia re, praeter hanc unam:* illud Beneckius servat ob auctoritatem reliquorum codicum: hoc praestare Krügerus affirmat ob sententiae proprietatem. Vtrumque bene se habet: sed si accentu mutato reddis *nichts anderes* aut *nichts anderes*, hoc praeferes, quod est *nihil aliud quam:* sin vero usum Ciceronis consideras, qui *nihil aliud nisi* uni verbo subiungere solet, a librariis putabis ex recentiori scribendi more illatum esse *quam.*

Grammatici duplex esse dicendi genus statuunt, alterum, in quo verba *nihil aliud* habeant suum verbum, alterum, in quo verbum omissum sit, veluti in *nihil aliud quam.* Sueton. Aug. 83. *nihil aliud quam vectabatur et ambulabat.* Tertium quidam addunt, in quo idem verbum ad utramque partem referendum sit. Cic. Phil. 3, 5, 13. *quamquam vos nihil aliud nisi de praesidio retulistis:* etiam constructione paullum mutata, sicut in illo loco Cic. p. Lege Man. quem modo attuli. Hinc ortae sunt disceptationes, quibus ellipsium fautores fortiter impugnabantur. Nemo tamen rationem et diversum usum accuratius distinxit: nam ellipsin, quam logicam vocamus, a grammatica distingui debere nemo negabit. Atque in omnibus istis dictionibus cogitare nos oportet duo verba, et quum Cicero ait *nihil aliud nisi de praesidio retulistis* cogitandum est *nihil aliud retulistis, nisi de praesidio retulistis.* Sed grammatica est ratio, qua haec contrahuntur et ad unum verbum referuntur, omisso altero: unde formula exsistit, quae pro adverbio haberi potest, sed ad logicam nor-

mam reducta, verbum agendi sive faciendi addendum requirit. Ita Livius dixit 2, 32, 10. *ventrem in medio quietum nihil aliud quam datis voluptatibus frui.* Iam vero quaeritur, num eadem etiam per *nihil aliud nisi* exprimi possint. Antiquiores scriptores non ita loquuti sunt, sed recentiores, qui, obscurata origine horum verborum, adverbialem usum iam stabilitum habebant. Atque in natura vocabuli *nisi*, quam exposuimus, cernitur caussa, cur non idem fieri potuerit. Cicero enim et qui sunt istius aetatis *nihil aliud nisi* dicebant ita, ut aut duo verba apponerentur, aut idem verbum ex utraque parte sententiae aptum esset. Iam Beneckius ad Orat. p. imp. Pomp. p. 809. animadvertit Ciceronem in hac structura semper verbum uniusmodi adiungere, quod constructionem etiam cum accusativo admittat: et Stürenburgius ad Orat. p. Arch. 4, 8. hunc scriptorem numquam dixisse *de nulla alia re, nisi de civitate dico*, sed semper ad istud verbum aptasse accusativum *nihil aliud*, ut fieret *nihil aliud nisi de civitate dico.* Illud revoca ad intelligendum idem, quod in altera parte dicitur, verbum, in quo duplex construendi modus quadrat: hoc autem monstrat vocabulis *nihil aliud nisi* formulam fuisse factam, quae adverbii instar usurparetur. Ceterum quod grammatici tantum non omnes observasse sibi visi sunt Ciceronem abstinuisse a formula *nihil aliud quam*, sed semper fere dixisse *nihil aliud nisi*, id non verum esse Otto ad Cic. de Sen. p. 240. et Beneckius collectis exemplis sat multis demonstraverunt ideoque falsas suspiciones ab Ochsnero in Eclog. p. 252. commotas propulsarunt. Posterioris aetatis scriptores frequentius usurpabant *quam*, idque etiam, ubi *praeter* legerant, substituerunt, veluti Lactantius 3, 18, 10. in loco Ciceronis de Off. 2, 2, 5.

F. A. Wolfius, quem Herzogius p. 19. nominat auctorem cuiusdam praecepti, numquam de hac re disputavit, sed Koelerus erat, qui in Wolfii Analectis IV. p. 334. recte exposuit differentiam, in eo tamen falsus, quod *nihil aliud nisi* dicit componi debere cum duobus verbis diversis. Quae Ramshornius disputat Gramm. p. 875. eorum plurima non intelligo.

Librarii *nisi* et *quam* commutarunt in Cic. Tusc. 1, 24, 57. Iustin. 1, 6, 16.

Cic. p. Sulla 12, 35. *nam si Torquatus Sullam accusasset, ego quoque hoc tempore nihil aliud agerem, nisi eum, qui accusatus*

esset, defenderem. Ernestius erravit, quum deleto vocabulo *agerem* orationem latiniorem et elegantiorem fieri existimabat. Cic. p. Rosc. Am. 37, 108. *si nihil aliud fecerunt, nisi rem detulerunt, nonne satis fuit his gratias agi?*

Cic. ad Fam. 15, 21, 5. *quod si in his scribendis nihil aliud, nisi, quod necesse fuit, de uno me tamdiu cogitavisses, ferrem eosem, si te non amarem.* Certius iubet intelligi *fecisses.* Utrumque vero pars commune habet verbum *cogitare.* p. Sulla 22, 65. p. Sest. 28, 61. Phil. 10, 4, 8. p. Planc. 26, 64. *sic tum existimabam, nihil homines aliud Romae nisi de quaestura mea loqui.* de Off. 1, 23, 80. *bellum autem ita suscipiatur, ut nihil aliud nisi pax quaesita videatur.*

Tusc. 1, 31, 75. *quid aliud agimus, quum a voluptate — quum a re publica, quum a negotio omni seocamus animum; quid, inquam, tum agimus, nisi animum ad se ipsum adsocamus?* Phil. 8, 13. *quid est enim aliud tumultus, nisi perturbatio tanta, ut maior timor oriatur?*

Ex ea ratione, qua verbis dicendi, existimandi praetermissis ea ponuntur, ad quae ista sunt referenda, scripsit Cic. ad Q. frat. 2, 10. *nihil dicam aliud, nisi verebor, ne quando ego tibi, quum sum una, molestus sim.* Similiter Terent. Eun. 4, 5, 9. *nil dixit, tu ut sequerere sese? ch. Nil: nisi abiens mi innuit.* Illud *nil* per se constat, ut ait, nihil dixit, et adiecta est sententia, qua Chremes se corrigat.

25. Sicuti in priori parte omitti potest verbum, ta contracta oratione omittitur verbum etiam in altera arte, imprimis in sententiis, quae consilium aut coatum indicant. Dicitur enim *nihil*, sive *nihil aliud gere, nisi ut —, nisi ne —.* Krügerus hanc dicendi formam ad id genus refert, quod in utraque parte verbum habeat expressum. Tamen omissum est illud, ex uo *ut* pendet. Graeci loquuntur οὐδὲν ἄλλο — ἢ πως, et Latini in comparandis rebus *nihil aliud agere — quam ut.*

Cic. ad Fam. 16, 4, 8. *nihil laboro, nisi ut salvus sim.* Acad. 2, 3, 7. *neque nostrae disputationes quidquam aliud agunt, nisi ut in utramque partem dicendo eliciant — aliquid* etc. Cic. Agr. 2, 6, 15. *reperio nihil aliud cogitatum, nihil aliud susceptum, nihil aliud actum, nisi ut decem reges — constituerentur legis agrariae simulatione atque nomine.* p. Quint. 30, 91. *res ipsa — cogere videtur, ut te — obsecret obtesteturque P. Quintus per senectutem — ne solitudinem suam nihil aliud, nisi ut vestrae naturae benitatique obsequamini.*

Cic. p. Lig. 4, 10. *quid autem aliud egimus, Tubero, nisi ut, quod hic potest, nos possemus?* p. Coel. 13, 32. *quid est aliud, quod nos patroni facere debeamus, nisi ut eos, qui insectantur, repellamus?*

Cic. ad Fam. 16, 6, 3. *nihil est, quod festines, nec quidquam cures, nisi ut valeas.* p. Mil. 21, 55. *ille, qui semper secum scorta — duceret, tum neminem, nisi ut virum a viro lectum esse diceres.*

Cic. ad Fam. 12, 2, 2. *nullam aliam ob caussam me auctorem fuisse Caesarem interficiendi criminatur, nisi ut in me veterani incitentur.*

Cic. Acad. 2, 2, 6. *nec quidquam aliud videndum est nobis,— nisi ne quid privatis studiis de opera publica detrahamus.* ad Att. 13, 20. *quidquamne me putas curare in toto, nisi ut cui ne desim?*

26. Sed Krügerus opinabatur, in his sententiis saepe non significari consilium, sed per circumlocutionem indicari ipsam actionem. Certe nos Germani ita loquimur. Sed grammatici satis exposuerunt, quo modo Latini, ubi aliquid agi diceretur, caussam intelligerent in consilio vel in cogitatione positam esse.

Cic. ad Q. frat. 1, 3, 6. *quae si queri velim praeterita, nihil agam, nisi ut augeam dolorem tuum, indicem stultitiam meam.* i. e. nisi agam eo consilio sive eo modo, ut. de Fin. 5, 19, 53. *nihil aliud acturos, nisi ut omne tempus inquirendo ac discendo in naturae cognitione consumant.* Orat. 51, 170. *hic enim invidiosus numerus nihil affert aliud, nisi ut sit apte verbis comprehensa sententia.* Liv. 21, 29, 5. *nec Scipioni stare sententia poterat, nisi ut ex consiliis coeptisque hostis et ipse conatus caperet.* i. e. ita ut. Tacit. Agr. 15. *nihil profici patientia, nisi ut graviora tamquam ex facili tolerantibus imperentur.*

Cic. p. Coel. 13, 32. *quid est aliud, quod nos patroni facere debeamus, nisi ut eos, qui insectantur, repellamus?* Potuit quidem dici *nisi repellere*, sed diversa sententia.

Critici multis in locis, in quibus *nisi* post *nihil aliud* legitur, aut omissum dicebant *ut*, aut adeo restituendum esse. Sed vide quae Wopkensius in Lect. Tull. 1, 9. p. 78. contra Davisium disputat. Terent. Heaut. 4, 1, 44. *quid nunc suspicare aut invenis de illa?* so. *Nescio, nisi ut ex ipsa quaeras, unde hunc habuerit.* Faernus auctoritate codicis bemb. ut eiecit.

27. Non alia est ratio, sed diversus modus verorum *nihil — nisi quod*, *nihil — nisi si*, *nisi dum*: iam contracta est oratio, et sententia, quae per *quod* t *si* adiecta est, locum obtinet unius nominis, nec aliunde pendet.

Cic. ad Fam. 9, 16, 4. *de illo autem — nihil video quod timeam, nisi quod omnia sunt incerta, quum a iure discessum est.* ad Att. 7, 4. *nihil me aliud consolatur, nisi quod illum — non arbitror fore tam dementem, ut haec in discrimen adducat.* ad Fam. 7, 18, 2. Liv. 40, 14, 5. *nihil aliud scio, inquit, nihil arguo, nisi quod cum ferro comissatum venerunt.*

Cornel. Att. 13, 2. *in quo nihil commutavit, nisi si quid vetustate coactus est.*

Senec. Herc. fur. 212. *nec ulla requies, tempus aut ullum vacat, nisi dum iubetur.* Terent. Heaut. 1, 1, 98. *nec fas esse, ulla me voluptate hic frui, nisi ubi ille huc salvus redierit meus particeps.*

28. Ne quid praeteream, in verbis *quid est aliud nisi* duplicem rationem viri docti statuunt, quum dicunt *quid aliud* modo praedicati, modo subiecti locum obtinere. Vide Krüger. p. 15. At vereor, ne in ipsa demonstratione exemplorum fallantur. Afferunt quidem locos, in quibus addita sunt verba *si hoc non est*. Cic. de Off. 3, 13, 55. *quid enim est aliud erranti viam non monstrare, quod Athenis exsecrationibus publicis sancitum est, si hoc non est emtorem pati ruere et per errorem in maximam fraudem incurrere?* Haec explicant ita: quid aliud est erranti viam non monstrare, si emptorem pati ruere non est erranti viam non monstrare. Non reputarunt in hac sententia scribendum esse *quid aliud est*. Atque hac dicendi forma res duae aequales componuntur: quod vieri potest ex utraque parte. Quare etiam in his *aliud* existimabimus esse praedicatum reddemusque: *was ist einem Irrenden den Weg nicht zeigen Anderes, wenn es nicht dies ist* —. Sed Stürenburgius p. LVII verba *si hoc non est* eiecit tamquam absurdissimum glossema, nec leguntur in codice tertio berneusi, nec in edit. Suffridi Petri, sed apud Nonium in v. *ruere*. Tamen sana sunt illa verba. Nulla exstat scripturae varietas in Verr. 3, 30, 71. *quid est aliud capere conciliare pecunias, in quo te lex tenet, si hoc non est*

vi atque imperio cogere invitos lucrum dare alteri? Quare in verbis Livii 6, 40, 8. *sub conditione, inquit, nos reficietis decimum tribunos. Quid est aliud dicere, quod petunt alii, nos adeo fastidimus, ut sine mercede magna non accipiamus?* neque cum Krügero *aliud* esse subiectum putabimus, neque verba *si hoc non est* desiderabimus.

Sunt vero alii loci, in quibus post *quid est aliud* duo infinitivi appositi sunt, non intersecta particula *nisi* aut *quam*. Eam nescio qua de causa omissam putat Heusingerus ad Cic. Phil. 2, 4. Krügerus autem alterum, qui sit subiecti, infinitivum adiectum dicit alteri explicationis caussa; veluti in illo loco Phil. 2, 4, 7. *quid est aliud tollere e vita vitae societatem, tollere amicorum colloquia absentium?* Haec verba *tollere amicorum colloquia abs.* per epexegesin esse subiecta. At non sunt. Sed Cicero duas res comparat cum eo, quod Antonium fecisse antea narravit: quid est aliud tollere e vita vitae societatem? quid est aliud tollere amicorum colloquia absentium, nisi hoc, quod tu fecisti? Cic. de Off. 2, 23, 83. *quid est aliud aliis sua eripere, aliis dare aliena?*

Cic. in Pis. 20, 47. *quid est aliud furere, nisi non cognoscere homines, non cognoscere leges?* Ita olim legebatur inepta sententia: furere nihil aliud esse, nisi non cognoscere homines, neque *aliud* pro subiecto haberi potest, ut iubet Krügerus. Sententia est: furere et non cognoscere homines et non cognoscere leges quid est aliud, quam quod tu fecisti? Quare codicibus adstipulantibus recte Orellius eiecit *nisi*. Cf. Phil. 5, 2, 5.

29. Grammatici de ordine inverso partium sententiae per *nihil aliud nisi, quid est aliud nisi* expressae multum disputarunt atque interdum optimis scriptoribus falsa negligentiae suspicione iniuriam fecerunt. Ii vero verbis *quid aliud* adiungere solent nomina rei definiendae, per *nisi* addere id, quocum illa comparetur. Sed oratio in hac dictione aut adscendit, ut intelligamus rem non minorem esse, aut descendit, ut dicatur eam non maiorem esse: utra vero ratio a scriptore adhibita sit, sententiarum decursus ex iis, quae antecedunt, declarat. Cic. de Sen. 2, 5. *quid enim est aliud gigantum modo bellare cum diis, nisi naturae repugnare?* hoc est: bellare cum diis non maius est

quam naturae repugnare. Si scripsisset inverso ordine, sententia fuisset: naturae repugnare non minus est quam bellare cum diis. Nemo autem sanus in hac naturae praedicatione cogitabit, naturae repugnare non maius esse quam bellum cum diis gerendum.

Cic. de Div. 2, 35, 73. *quid est aliud nolle moneri a Iove, nisi efficere, ut aut ne fieri possit auspicium, aut si fiat, videri?* h. e. nolle moneri a Iove non maius est quam evitare auspicia. Idem inverti poterat in hunc modum: evitare auspicia non minus est quam nolle moneri a Iove.

Cic. Phil. 8, 8, 21. *quid est aliud se ipsum hostem iudicare, nisi de eo referre non audere, qui contra se consulem exercitum duceret?* Alii codices inverso ordine *quid est aliud de eo referre — duceret, nisi se ipsum hostem iudicare?* Utrumque ordinem Orellius rectum, sed alterum illum difficiliorem appellat, eumque deleto *nisi* praefert. Consensit Krügerus ob emphasin. At omitti non potest *nisi*, quum verba *de eo referre* antecedentibus opponantur, nec adiungi possint: neque *nisi* potest pro *si hoc non est* accipi. Quare nihil restat, quam ut credamus iis libris, qui eum vaticano exhibent: *quid est aliud de eo referre non audere —, nisi se ipsum hostem iudicare?*

30. In iis observationibus, quibus censores latinitatis maximam operam dederunt, ea est, qua negant *non nisi* non interiectis aliis vocabulis componi solere. Dixit de hac re etiam Klotzius ad Lael. p. 136. eosque scriptores, qui *non nisi* non interpositis verbis collocarunt, inter eos retulit, quorum sermo iam desiisset purus adeo atque emendatus esse. Attamen nomina Celsi et Quintiliani, ne recentiores memorem, non detrectanda sunt, nec omnia videri debent falsa, quae cum tempore mutata sunt. Atque quum *nisi* pro adverbio poneretur, et recte diceretur *nonnumquam, nonnulli*, nihil obstabat, quo minus etiam diceretur *nonnisi*. Sed Cicero, quando *nisi* post *non* ponendum erat, semper loquutus est ita, ut quaedam verba intercederent, quoniam adverbialem usum, quo *non nisi* significabat *solum, nur*, approbare noluit. Ab Augusti temporibus ne elegantiores quidem scriptores abstinebant ab illa dictione, ut videtur, e vulgari consuetudine nata. Ceterum ad hoc genus non ea exempla attinent, in quibus *nisi* praecedit, aut in quibus conditionalis sententia plene est expressa, praecedente *non*, uti Cic. p. Rosc.

Am. 35, 101. *profecto non tam perspicue istorum maleficia videremus, nisi ipsos caecos redderet cupiditas.*

Plaut. Amph. 1, 1, 2, 34. *non loquar, nisi pace facta.* Cic. de Am. 20, 72. *quod non fere contingit, nisi iis, qui etiam contemnendos se arbitrantur.* Quintil. 8, 6, 28. *quia non est nisi pars auratura.*

Cic. Tusc. 2, 1, 1. *nam nec pauca, nisi e multis, eligi possunt.* ad Q. frat. 3, 1. *neque fere solet, nisi in his aedificiis fieri, in quibus est atrium maius.* Liv. 22, 38, 4. 31, 17, 9. *militaris aetas iurare neminem vivum nisi victorem ocis excessurum.* 4. *nihil — nisi.* Sueton. Caes. 58. *neque — nisi, neque — nisi.*

Celsus 3, 4. *alvum duci non nisi raro concedo.* 3, 18. *quum — frictio non nisi in remissione eius utilis sit.* 4, 3. 6, 16. et saepe alias. Ovid. Trist. 3, 12, 35. *ille quidem, mirum, ni de regione propinqua non nisi vicinas tutus araret aquas.* Quintil. 5, 11, 115. *quia bello parta non nisi eadem ei possideantur.* 10, 1, 20. *ac diu non nisi optimus quisque — legendus est.* 10, 3, 29. Martial. 8. Praef. *meminerit non nisi religionis purificatione lustratus accedere ad templa debere.* Plin. Hist. n. 28, 9, 37. *omnino enim non nisi ad ea, quae purganda sint — salsa petitur.* 17, 23, 35, 22. *quum tam longo iudicetur aevo, nobilia quae non nisi in arbustis gigni* etc. Sueton. Caes. 52. *quam denique accitam in urbem, non nisi maximis honoribus praemiisque auctam remisit.* 56. *quum antea consules et duces non nisi transversa charta scriptas mitterent.* Plin. Epist. 5, 6, 10. *campi, quos non nisi ingentes boves, et fortissima aratra perfringunt.* 4, 13, 8. nbi Heusing. Cf. supra p. 58. Sueton. Calig. 24. *nam Claudium patruum non nisi in ludibrium reservavit.* Aug. 21. 33. Claudian. B. Get. 81. *patrii numen iuraverat Istri, non nisi calcatis loricam ponere rostris.* Eumen. Paneg. Const. 16. *campos atque colles non nisi teterrimorum hostium corpora fusa texerunt.*

Alia ratio est apud Liv. 39, 28, 5. *Eumenes enim, non nisi vicissent Romani, sed nisi bellum gessissent, manere in regno suo non potuit.* Non enim ad *nisi* referri non potest.

Sueton. Caes. 44. *mox Parthis inferre bellum per Armeniam minorem, nec nisi ante expertos aggredi proelio.* 60. *nec nisi tempore extremo ad dimicandum cunctantior factus est.* 69.

Transverso ordine *nisi — non* Cic. ad Fam. 1, 1, 1. *quoniam tu, nisi perfecta re, de me non conquiesti.* de Sen. 8, 27. *quae dirimi, nisi detestabili scelere, non potest.* Caes. B. civ. 3,

87. *iuravit se, nisi victorem, in castra non reversurum.* B. gall. 1, 44. Sal. Cat. 13, 1. *quae, nisi his, qui videre, nemini credibilia sunt.* Quintil. 7, 3, 28. 10, 7, 1. Sueton. Caes. 13. 79.

31. Vix operae pretium est refutare opinionem, ia Turnebus et Gruterus ad Cic. de Leg. 1, 20, 54. reinshemius ad Flor. 1, 12, 8. Cortius ad Sallust. Iug. 1, 5. Grysar in libro Artis lat. scrib. p. 541. statuerunt *nisi* dici pro *non nisi*. Refutarunt eam iam Lambinus ad Cic. locum, Gronovius ad Liv. 34, 16, 1. et ad lin. Hist. n. 34, 14, 41. Kritzius ad Sallustii Iugurtam. Exempla enim, quae illi afferunt, aut per negligentiam librariorum negatione sunt destituta, aut alio odo explicanda. Aug. Grotefendus in Gramm. p. 457. istimabat omitti posse primariam sententiam cum gatione, veluti apud Liv. 34, 16, 1. *circumducto exercitu procul navibus suis castrisque, ubi spem nisi virtute haberent, inter medios hostes proelium ommisit.* Haec verba in uno codice moguntino legantur, qui a docto quodam viro recognitus, sed etiam ultis in locis interpolatus est. Livii quidem non sunt: que ipse coniunctivus *haberent* declarat. Scripserat terpolator *non nisi.*

Cic. d. Leg. 1, 20, 54. *quippe — his, nisi quod honestum esset, nihil putarit bonum.* Codices omittunt *nihil:* nam quae narrat Goerenzius de duobus libris a se collatis, minorem habent fidem, quam ut non existimem formulam istam stoicam apud Ciceronem non semel obviam ab aliena manu esse illatam, sed in ea obliteratam postea alteram negationem. Omitti igitur utramque debet. Columell. 7, 3, 15. *quo magis etiam propter hos casus nisi validissima, quae non comprehendatur hieme.* Corrupta haec esse, nemo negabit: exciderunt post *validissima* aliquot verba. Apud Florum 1, 12, 8. constat melior scriptura consensu bonorum librorum, sicuti in Livii 26, 21, 4. 37, 5, 2. et apud Sallustium. Solinus 12. *mare undosum inquietumque toto in anno: nisi pauculis diebus est navigabilis.* Oudendorpius coniecit *non tibi.* Sed *nisi* defendi potest. vd. n. 33.

32. Schaeferus ad Plinii Epist. p. 794. et in Praef. XIV. monstrat, ubi verba *nonnisi* legantur, saepe eram negationem abunduntor apponi pro affirmativa niunctione. De hac re diximus p. 58.

33. Ernestius ad Cic. p. Planc. 15, 36. quum dosset post *ullus* non poni *nisi*, sed *praeter* et *prae-*

terquam, Schellerus in Observ. p. 107. aliique interpretes Plancianae exstiterunt, qui monstrabant *nisi* etiam recte dici non praecedente negatione. Wunderus, ne Ernestius ineptus videretur, eum opinatus est dicere voluisse, *nisi* tum tantum poni, quum quae opponatur enuntiatio sententiam negativam contineat: et verba Ciceronis: *quod genus iudiciorum si est aequum ulla in re, nisi in hac tribuaria, non intelligo* etc. ita explicuit, quasi Cicero in mente habuisset sententiam *non est autem aequum ulla in re*. At talis sententia non pertinet ad vocabulum *nisi*, sed ea etiam stare poterit omissis verbis *nisi in hac tribuaria*. Res vero aliter se habet. Distingui enim debent genera loquutionis, quorum in altero qualecumque verbum negativum praecedit, aut negativa notio.

Cic. de Am. 5, 18. *negant enim, quemquam esse virum bonum nisi sapientem*. i. e. dicunt neminem esse. Sueton. Aug. 6. *huc introire nisi necessario et caste religio est*. i. e. nefas est, non licet. Quae eadem est ratio, qua in interrogatione post *quid est* sequitur *nisi*: nam intelligitur *non est*, sive *nihil aliud est*.

Alterum genus additam habet exceptionem, quae aliquam partem vel rationem excludit, etiam nulla negatione praemissa. Germani dicunt vel *abgesehen von* vel *ausgenommen*. *Nisi* igitur fere idem est quod *praeter*. Vide supra p. 227. Atque ita etiam *ullus — nisi*, *quisquam — nisi* dicuntur.

Cic. de Orat. 2, 9, 36. *si quisquam dicitur, nisi orator, formare orationem —: aut si qua via ulla, nisi ab hac una arte traditur aut argumentorum aut sententiarum — fateamur* etc. p. Rosc. Am. 12, 33. *quod inter omnes constat, nisi inter eos, qui insaniunt*. Liv. 2, 59, 7. *nemo ullius, nisi fugae, memor*. Terent. Heaut. 1, 1, 90. vd. p. 227. Sueton. Ner. 33. *denique bustum eius consepiri, nisi humili levique materia, neglexit*.

34. Comici usurpant formulas quasdam vulgaris sermonis, e quibus notandae videntur hae: *nisi modo*, *nisi quidem*. Nos dicimus *wenn nicht eben*, *außer eben*.

Plaut. Most. 3, 3, 2. *numquam edepol me scio vidisse usquam ablectas aedes, nisi modo hasce*. Mil. 4, 4, 29. *ordine is: nisi modo unum hoc*. int. addas.

Plaut. Mil. 2, 3, 1. *nisi quidem ego hodie ambulavi dormiens in tegulis, certe edepol scio* etc. Trinum. 4, 2, 56. Cist. 1, 1, 89.

35. Sicuti vocabulo *si* praemittitur sententiae negandae caussa *quod*, ita etiam praecedit particulam *isi*.

Suetoo. Tib. 62. *quod nisi cum et mors praevenisset et Thrasyllus — compulisset* etc.

*) In libris scriptis commutata videmus *nisi* et *um*. vd. Heindorf. ad Cic. de Nat. d. p. 202. 264. et *bi*. vd. Heusinger ad Cornel. Nep. p. 172. Drakenborch. d Liv. 9, 5, 8.

NON.

Vt originem vocabuli *non* explicemus, nihil opus st ad Indos migrare. Omnibus fere linguis humanis ommunis est vox negationis per litteram *n* formata, a qua vocales *a e o* mutabilem vicem praestant. Rustici etiam apud nos naturali consuetudine edocti et *ne* t *na* et *no* loquuntur. Littera *n*, quae in *non* adhaeret, aut ea videtur esse, quae in *tamen* accedit, aut a, quam in *alioquin* et *sin* non sine significatione desse diximus Tom. 1. p. 235. Quare incredibile videtur, quod Doederlinus Synon. lat. T. 6. p. 238. ait: *on* ex detruncato verbo *ἀναίνομαι* natum esse. Quod ero Schneiderus Grammat. p. 12 et 174. *nenu* per pocopen *non* esse factum dicit, id Weissenbornius rammat. p. 174. eo produxit, ut affirmaret primam ormam fuisse *noenum*, quod esset *ne oenum*, *ne num:* in quo illud mirum videtur, quod Latini ad negationem attraxisse putantur notionem statim omittendam, nec patet, quomodo illud *unum* obscurari potuerit. Conr. Schwenkius a *νεύω* cum *vel* derivat, quum negandam et affirmandam rem nutu capitis significemus.

Non est negatio simplex et generalis, qua negamus rem esse aut eam esse aliquid, ideoque etiam in is sententiis obvia, quibus aliae negandi particulae proprie sunt destinatae. De discrimine, quod inter *on* et *haud* intercedit, vide Tom. 3. p. 17. Sed Haacks in Reisigii Grammat. p. 407. controversias in hac

quaestione exortus ita componere conatus est, ut diceret *non* esse negationem obiectivam, quae rem esse neget, *haud* negationem subiectivam, quae in animo sive in sententia loquentium sita sit. Hoc vero praeceptum ad illam rationem pertinet, qua grammatici multas verborum formas distinguere solent, non satis ad animum illud revocantes, quod in verbis subiectivum recte appellari possit. Omnis enim negatio fit cogitatione, qua tollitur notio aliqua, neque id, quod non esse dicitur, usquam apparet in rebus ipsis, sed iis cogitando tribuitur: quare si quid subiectivum in negatione conspicitur, illud est, quod *ne* cum imperativo dicitur voluntatem indicans: tamen numquam *haud* ita componitur cum verbo. Dicendum erat *ut non* suppressa coniunctione fieri *ne*, atque ita significari tollendam essentiae notionem. Sed *non* simpliciter negat et notionem tollit in iudiciis, quae vel τὸ εἶναι vel τὸ τί εἶναι spectant. Nam quae subtiliori quadam ratione distinguenda erant, loquendi usus uno vocabulo comprehendebat. Vide p. 29.

I. 1. *Non*, quod, quum iudicii sit particula, proprie adiicitur verbis, etiam cum adiectivis et adverbiis componitur ita, ut unius nominis notionem tollat: quod Graeci per μή efficiunt. Quare dicitur saepe eodem modo, quo nomina cum negativis particulis *in* et *ne* composita. Sic *non sanus* idem est quod *insanus*, *non docti* idem quod *indocti*, sicuti *non scio* pro *nescio*, *non queo* pro *nequeo* ponitur. Cf. Bentlei. ad Horat. Epist. 2, 2, 80. Burmann. ad Lucan. 3, 156. Hottinger. ad Cic. de Div. 2, 9, 22. Atque penuria, qua latina lingua laborat, nominum compositorum haud raro ad obscuritatem perducit, ut apud Rutil. Lupum 1, 7. *ituque unius opera mea non citatum bellum non necessarium scitis.* Nos dicimus *einen unnöthigen Krieg.* Causam vero, cur Cicero cum adiectivis, quae negationem in se habent, non coniunxerit *haud*, sed *non*, Tom. 3. p. 39. indicavi. Livius paucis in locis *non* cum adiectivis et adverbiis composuit. Eos collegit Stürenburgius in Comment. 1. de particula *haud* p. 148. Participia quo differant ab adiectivis, etiam hac in re conspici, non est quod exponam.

Cic. de Fin. 2, 31, 103. *res tota, Torquate, non doctorum hominum.* i. e. indoctorum. ad Att. 1, 20. *nihil non submissum.*

Liv. 1, 23, 9. *non contenti libertate certa.* 3, 33, 2. *minus insignis, quia non diuturna mutatio fuit.* 23, 14, 6. *non hostiliter.* Alia Stürenburg. p. 148. Propert. 1, 2, 26. *quaerite non sani pectoris auxilia.* 1, 3, 8. *Cynthia non certis nixa caput manibus.*

Cic. Brut. 25, 95. *quum civis egregius, tum non indisertus fuit.* in Caecil. 21, 67. *sociorum querimonias delatae ad hominem non inertissimum.* Alia apud Stürenburg. 143.

Cic. de Nat. d. 3, 19, 50. *apud quos non inurbane Stratonicus — inquit.* de Div. 2, 13, 30. de Inv. 2, 3, 11. Quintil. 11, 3, 11. *in hoc igitur non contumaciter consentio.* ubi Spaldingius alia comparat.

In sex locis, quos Stürenburgius attulit e Ciceronis libris, ut verba *non nescius* probaret, *non* pertinet ad verbum.

Librarii ob similitudinem significationis saepe utramque formam, etiam litteris consimilem, commutarunt, veluti *indignus* et $\overline{n}$ *dignus.* vd. Klotzium ad Cic. Lael. p. 196.

2. Notandus est rhetoricus usus, quo *non* adiectis, quae negativam notionem continent, praefixum per guram, quam alii *μείωσιν*, alii *λιτότητα* appellant, non minuit virtutem rei, sed constituit magis, veluti Livius olybium appellat *non incertum auctorem* 33, 10, 10: e qua dicendi ratione Duker. et Drakenborch. ad 30, 5, 5. In aliis tamen mediocritas exprimitur, sicut urtius 7, 2, 36. *aliis gravis erat, plerisque non inrata militia.* Erat non grata quidem, sed certe non ravis. Cum superlativis coniuncta negatio vitiis et virtutibus aliquid detrahit, quo etiam mediocritas desinetur.

Quintil. 1, 12, 18. *ut ait non ignobilis tragicus.* Vide Drakenborch. ad Liv. 30, 45, 5. Curt. 7, 10, 7. *quaero itaque, an vivere velitis non inimici mihi, cuius beneficio victuri estis?*

Cic. de Nat. d. 2, 17, 46. *Epicurus — homo non aptissimus ad iocandum.* in Verr. 5, 32, 84. *committere igitur eum non fidelissimis hominibus noluit.* 2, 14, 36. *ipsum autem Heraclium hominem esse maiorem natu, non promptissimum.*

Cic. ad Fam. 9, 1, 2. *etsi tot tantisque rebus urgemur, ut nullam allevationem quisquam non stultissimus sperare debeat.*

3. Cum substantivis componebatur *non* per eam formam, quam p. 29. et p. 96. illustravimus, hyphen vocatam. Vnum fit vocabulum. Cf. Spalding. ad Quin-

til. 4, 1, 73. Nec aliter Graeci. Thucyd. 1, 137. *τὴν τῶν γεφυρῶν οὐ διάλυσιν.* Koen. ad Gregor. Cor. p. 98. Sed antiquiores scriptores praeter Lucretium non praefixerunt praepositionem. Ceterum etiam infinitivi pro substantivis positi assumunt hanc negationem.

Cic. Acad. 1, 11, 39. *nec vero* (arbitrabatur) *aut quod efficeret aliquid aut quod efficeretur, posse esse non corpus.* Quintil. 4, 1, 73. *contraque est interim prooemii vis etiam non exordio:* ubi nonnulli libri praemittunt *in: in non exordio.* vide Spalding. 4, 1, 22. *nam et minari et deferre etiam non orator potest.* 2, 15, 17. 12, 10, 29. *pene non humana voce vel omnino non voce potius.* Ovid. Met. 5, 61. *et comes et veri non dissimulator amoris.* Pompeii Comm. artis Donati 11. p. 144. Lindem. *excusatio est non peritia.*

De vocabulis *non nemo* vide n. 6.

Cic. de Fin. 4, 14, 36. *tamquam de non animali aliquo loquantur.* Ita edidit Goerenzius non modo non animadvertens animal etiam dici hominem, sed non respiciens usum praepositionis. Scribendum erat *de inanimo aliquo:* ut Madvigium edidisse nunc video. Sed Lucret. 2, 930. (929.) *scire licet gigni posse ex non sensibus sensus.* v. 932. (930.) *dumtaxat oriri posse ex non sensu sensus.*

Cic. de Fin. 2, 7, 18. *si — hoc non dolere solum voluptatis nomine appellaret.* 2, 3, 9. p. Mil. 1, 2. *ne non timere quidem sine aliquo timore possimus.*

Marklandus auctori epistolarum Bruti ad Cic. script. iniuriam fecit, quum reprehenderet verba epist. 16. *vindici quidem alienae dominationis non vicario ecquis supplicat, ut optime meritis de re publica liceat esse salvis?* quasi pro *non* scribendum esset *nedum.*

4. Quo modo *ne minus, ne plus* dicatur, expositum est p. 30. Neque aliter *non minus.* Nisi enim alia caussa accedit, scriptoribus datur optio, de qua Zumptius ad Cic. Verrin. 2, 67, 161. Vsitatius erat *ne minus.* Librarii, qui usum verbi *ne* nescirent, saepe substituerunt *non.* vd. Drakenb. ad Liv. 38, 24, 5. Zumptius etiam hoc observavit, perinde esse, utrum *non minus* numero praeponeretur, an postponeretur.

Liv. 42, 28, 9. *quum centum et quinquaginta non minus adessent.*

5. *Nullus, numquam* facta sunt ex *ne ullus, ne umquam*. Sed dicebatur etiam *non ullus, non umquam*. Grammatici, ut video, omnes formae illi, quam emere appellant *solutam*, et cum graeco οὐδὲ εἷς comparant, maiorem vim tribuunt, quasi sit *ne unus quidem* vel *omnino nullus*: (vid. Gruner. in Act. Soc. lat. ienens. T. 5. p. 236. Zumpt. ad Cic. Verrin. p. 43.) cuius significationis caussam non satis perspicio: neque poetae, in quorum carminibus indubitata exempla huius usus exstant, ad illam opinionem nos perducunt: neque alia est ratio aut maior vis in verbis *nec ullus, nec umquam*. Quod in prosaicis libris perpauci adhuc inveniuntur loci, in quibus *non ullus, non umquam* sine codicum discrepantia legitur, factum videtur per librariorum ignorantiam. Illud vero, quod antea dixi, iam Bremius sensisse videtur, quum ad Cic. de Fato 15. moneret Ciceronem non alio modo *non ullum* dixisse, quam ut *non* ad verbum referret. Eum sequutus est Goerenzius ad Acad. 2. p. 74. Giesius ad libr. de Div. 1, 9, 15. idem observat, *non ullum* a Cicerone non dici nisi aliquo vocabulo interposito, nec apud eum inveniri verba *non umquam*: quod Peter ad Brut. 8, 33. saepe dictum esse affirmat. Certe non multa sunt huius dictionis exempla. Sed illud etiam constat veteres non loquutos esse *in re non ulla, locum non ullum*. Semper enim *non ullum* praecedit, si adest, nomini suo.

Haec iam scripseram, quum Madvigii liber ad me pervenit, in quo ad Cic. de Fin. 3, 15, 50, idem fere dixit: neque aliter Haasius in Reisigii Gram. p. 350.

Cic. Brut. 90, 312. *prima caussa publica pro Sext. Roscio dicta tantum commendationis habuit, ut non ulla esset, quae non digna nostro patrocinio videretur.* Restituit Zumptius. Div. in Caec. 18, 60. *si vero non ulla tibi facta est iniuria.* de Fin. 3, 15, 50. *quam si non ullam esse diceremus.* in Verr. 3, 53, 124. *se non ulla in re Verri similem futurum.* Tusc. 1, 39, 94. *reor, non ullis [illegible] posset esse iucundior.* ubi Grell. ad Fam. 6, 9, 3. *sic semper idilexi, ut non ullo cum homine coniunctius viverem.* ubi non credam codici taurin. qui habet *nullo ut.* Plancus ad Cic. in Ep. ad Fam. 10, 18, 3. *non ullam rem aliam extimescens.* Praecedit alterum non p. Cluent. 13, 39. Paradox. 2, 16. ad Att. 2, 19. *idem affirmat verbum de me ullum non esse facturum.* Alii *illum*.

Propert. 1, 2, 7. *non ulla tuae est medicina figurae.* Virgil. Aen. 10, 717. *non ulli est animus stricto concurrere ferro.* 2, 726. Ovid. Trist. 5, 12, 63. ex Pont. 2, 7, 64.

Horat. Serm. 1, 1, 96. *ita sordidus, ut se non umquam servo melius vestiret.*

Cic. Tusc. 5, 9, 24. *non usquam id quidem dicit omnino.*

6. In adverbiis diversitas quaedam apparet, quum aut ipsa afficiantur negatione praemissa, aut ad negationem accedat adverbialis notio. Nam differunt *non prorsus* et *prorsus non*, *omnino non* et *non omnino*, et quaecumque alia, in quibus adverbium aut negationem assumit, aut ad verbum negatum pertinet. Eadem est ratio in nominibus cum negatione copulatis *non nemo* h. e. quidam, certus aliquis, *non nihil* h. e. aliquid, aliquantum, saepe etiam haud parum, et *nemo non* h. e. omnes, *nihil non* h. e. *omnia.*

De verbis *non prorsus* dictum est a Goerenzio ad Cic. de Fin. 2, 6, 17. sed non accurate. Tria enim sunt distinguenda, etiamsi *prorsus*, quod est *geradehin*, semper refertur ad verbum. Nam *prorsus non assentior* significat, non dubium est quin assentiar, *geradehin stimme ich nicht bei.* Cic. Tusc. 4, 4, 8. *prorsus non arbitror. Non prorsus*, intelliga non est, quod nullo cum dubio assentiar, quemadmodum Cic. de Nat. d. 3, 8, 21. *nullo modo prorsus assentior.* i. e. *keinesweges stimme ich geradehin (unbedingt) bei.* Quintil. 2, 10, 13. (aetores comici) *nec ita prorsus, ut nos vulgo loquimur, pronuntiant, quod esset sine arte, nec* etc. Sed in responsione *non* poni potest solum ita, ut addatur *prorsus* acuendae orationis caussa, quasi sit *non, prorsus non.* Ita Terent. Heaut. 5, 1, 21. *argentum ut dares.* M. *Non.* CH. *Qui non?* M. *Non, inquam.* CH. *Neque ipse gnatus?* M. *Nil, prorsum.* i. e. *Nichts, durchaus (nichts).* Atque ita Cic. de Fin. 2, 5, 16. *tu autem inter haec tantam multitudinem hominum intericctam non vides nec laetantium nec dolentium? Non, prorsus, inquit.* Comma, quod post non in editionibus Lambini et Gronovii legitur, non recte delerunt editores posteriores.

Quintil. 10, 7, 24. *vel soli tamen dicamus potius, quam non omnino dicamus.* Goenerus transponenda censuit verba *omnino non*, transposuit Spaldingius.

Cic. p. Leg. Man. 21, 62. *quum esset non nemo in senatu qui diceret.* in Catil. 4, 5, 10. *video de istis, qui se populares haberi volunt, abesse non neminem, ne — sententiam ferat.* p. Man. 39, 85.

Cic. de Am. 26, 99. *aperte enim adulantem nemo non videt, nisi qui admodum est excors.* Cornel. Att. 10, 1. *ut Antonius rediit in Italiam, nemo non magno in periculo Atticum putarat.* 11, 1. *nemini non ibi perpetuo manendi potestas facta est.* Sueton. Tib. 61.

Cic. p. Planc. 24, 83. *non nihil egisti hoc loco.* ad Fam. 1, 7, 7. *virum — non nihil suspicantem propter aliquorum opinionem suae cupiditatis te a se abalienatum illa epistola retinuisti.* 4, 14, 3. *quo in periculo non nihil me consolatur, quum recordor* etc. 3, 6, 14. Vd. Ruhnken. ad Rutil. Lup. p. 120. Apud Caesarem Bell. g. 3, 17. *non nihil esse non parum, aliquantum,* non *paullum*, recte monuit Lippertus.

Cic. ad Att. 8, 4. *in quo vitio nihil mali non inest.* Asin. Poll. ad Cic. 10, 31, 4. *adeo est enim invisus mihi, ut nihil non acerbum putem, quod commune cum illo sit.* Plin. Pan. 53, 1. *et alioquin nihil non parum grate sine comparatione laudatur.*

Liv. 8, 26, 5. *nulla rerum suarum non relicta inter hostes — rediere.* 28, 25, 1.

7. Ea verba, quae negationem in se habent, quando oluta particula efferantur, grammatici docent maiori i negationem amplificari, quemadmodum *non scire, on queo* dicatur. Aliter tamen Cicero Orat. 47, 157. *on scire quiddam barbarum nimirum habere videur, nescire dulcius:* quibus tantum usus romanus emonstratur: nam Plautus, Terentius cum ceteris, ut idetur, antiquioribus scriptoribus saepe dixerunt *non cio.* Westerhov. ad Terent. Eun. 1, 2, 31. *Non queo* tiam Cicero scripsit multis in locis (ad Fam. 14, 1, 11. le Am. 12, 41. de Fin. 1, 3, 10. in Verr. 2, 69, 165. vd. Coerenz. ad Cic. de Leg. 2, 1, 2.) quemadmodum Lucreius aliique. Sed Schorus de Rat. disc. lat. ling. p. 63. bservavit Ciceronem *nequeo* ab initio orationis semel, aepe in media oratione dixisse. De rhetorico usu, quo egatum verbum contrariam notionem exprimit, veluti *on surgere* est *adsidere* (λιτότης vocari hanc formam ani p. 257. diximus), non est, quod hic dicam. Vide Gerh. Vossii Comm. Rhetor. T. 2. p. 185. Markland. ad Statii Silv. 1, 1, 82.

8. Sed grammatici in explicandis veteribus scriptoibus multa solent de maiori quadam huius particulae ri disputare. At si qua est, eam non propriam aut praecipuam obtinet particula, sed ubi ea primum locum

occupat in oratione, intenditur voculatione non aliter quam quodcumque aliud nomen. Hoc enim certum est, nisi aliena caussa intercedat, *non* semper suo, quod negetur, nomini, et si plura in unam notionem coeant, aut unam rem complectantur, suis nominibus praeponi. In iis autem primum locum id sibi vindicat, quod maiorem vim sententiae affert. Nam quum Cicero dicit Philipp. 8, 8, 23. *cui qui non paret, non ab eo mandata accipienda sunt*, illud *non* pertinet ad verbum *accipienda sunt*, cui inhaerent reliqua praemissa. Acad. 2, 17, 54. *cur id potius contenditis, quod rerum natura non patitur, ut non suo quidque genere sit tale, quale est?* Illud *suo quidque genere esse* una notione comprehenditur. Cf. librum de Arte lat. scrib. p. 331. et ad Wopkens. Lect. p. 321. Sed potest una sententia duplici modo exprimi: veluti Cic. Manil. 23, 67. *qui ad unum deferenda omnia esse non arbitrantur.* Haec etiam dici poterant *qui non ad unum d. o. e. arbitrantur.* Attamen pronomina interdum ita interponuntur, ut *non* a suo verbo separari videatur. Cic. Tusc. 3, 32, 77. *non tu illi luctum, sed stultitiam detraxeris.* Ceterum ubi *non* carere videtur suo verbo, fit per ellipsin. Varro de L. lat. 8, 18. *ut ab aequinoctiali circulo ad solstitialem et hinc ad septemtrionalem divisum, sic contra paribus partibus idem a bruma versum contraria parte non.*

Cic. de Fin. 4, 21, 69. *quibus non illi plus tribuunt, qui illa bona esse dicunt, quam Zeno, qui negat.* in Verr. 3, 3, 6. *qui civium romanorum iura ac libertatem sanctam apud omnes haberi velit, is non tibi plus quam inimicus esse debeat?* Vtroque in loco Goerenzius affirmat *non* a nomine *plus* maiorem vim habere. At neutro in loco *non* ad *plus* pertinet, sed ad totam sententiam, in qua nomen primo loco positum eminet. Fallitur idem vir doctus in loco de Fin. 2, 27, 89. ubi eadem de caussa scripsit: *quibus rebus efficiuntur voluptates, haec non in potestate sunt sapientis.* Maior enim vis orationis inest in vulgatis *non sunt in potestate.* Quintil. 10, 1, 101. *at non historia cesserim Graecis.* Ita Spaldingius edidit e sodd. pro *at historia non cesserim* addens: „nostrum acrius est in negatione, velut illud Virgilii Georg. 4, 530. *at non Cyrene.*" Non gravior est negatio, sed verba *historia cesserim* arctius sunt coniuncta una notione. Vis oppositionis est in *at.* Cic. ad Q. Fratr. 3, 8. *quare non equidem iam te rogo, ut* etc. haec una est verborum complexio. Acad. 2, 11, 33. *dicat ea, quae cernā*

possent, non se ei ademisse. Goerenzius ad Cic. de Fin. 1, 16, 50. aliique docuerunt *non* significare idem quod *ne quidem*. At maior vis, sicubi inest, non ex ipso vocabulo prodit, sed per rectam sententiae oppositionem. Cic. Verr. 3, 57, 132. *haec te vox non perculit? non perturbavit?* ubi Ernestius male coniecit *percussit*. Tacit. Ann. 1, 41. *feminas illustres, non centurionem ad tutelam, non militem.*

Cic. p. Planc. 18, 4. *neque ego nunc consilium reprehendo tuum, quod non eas tribus, quibus hic maxime notus erat, ediderit.* Alii libri *quod eas tribus — non ediderit.* Illud non falsum est, ut Wunderus arbitratur, sed diversum. Nemo enim improbabit verba: *quod non tribus huic benevolas ediderit.* Quando scripseris *quod eas tribus — non ediderit*, sententia est: quod illas tribus, quae edi poterant, edere noluerit, sed repudiaverit: quando autem legitur: *quod non eas tribus — ediderit*, est, quod praesertim non eas tribus, sed alias ediderit. Neque hoc alienum videtur. Sed Varro de Ling. lat. 4 (5), 1, 4. *non, si non potuero indagare, eo ero tardior.* Tacit. Ann. 16, 18. *habebatur non ganeo et profligator, ut plerique sua haurientium, sed erudito luxu.* Cramerus in Triade Excurs. in Gell. p. 22. vidit *non* suum locum habere ante *ut plerique*, nisi scribatur *eruditus luxu.*

Satis est demonstratum, *esse*, quando primo loco ponatur, significare *vere esse*. vd. Libr. de arte lat. scrib. p. 331. Hinc *non est ita* et *non ita est* eo differunt, ut illud maiorem vim habeat in verbo *est*. Cf. Kritz. ad Sallust. Cat. 51, 11. qui tamen verba *non ita est* reddere debebat *nicht also ist's.*

In passivorum verborum formis compositis rarior est non mutata, veluti Cic. in Verr. 4, 44, 96. *non ausus est.* Vide Zumpt. ad 4, 32, 71. Particulae interiectae interdum *non* a vocabulo suo removent. Quintil. 4, 2, 36. *verbis non sordidis quidem, non tamen exquisitis.*

Falluntur ii, qui in iis offendunt, quae negationem habent a verbo suo per multa vocabula interposita remotam: nam etiam haec vocabula ipsi verbo inhaerent ita, ut unam conficiant notionem. Curtius 7, 6, 27. *quorum posteri nunc quoque non apud eos tam longa aetate propter memoriam Alexandri exolevernnt.* 4, 6, 18. *plurimus deinde sanguis manare coepit, omnibus territis, quia non quam alte penetrasset telum lorica obstante cognoverunt.* Omnia, quae post *non* leguntur, in unitatem notionis coeunt.

Poetis maior est concessa libertas, quae tantum exemplis cognosci potest. Ovid. Trist. 3, 4, 24. *nam pennas ambo non*

habuere suas. i. e. non suas habuerunt. Virgil. Aen. 7, 736. *patriis sed non et filius arvis contentus.* Sed probari non decuit id, quod Scaliger Catullum scripsisse arbitrabatur 63, 62. *quod enim genus figurae est, ego non quod habuerim?* Et ob sententiam et ob loquendi normam est scribendum: *quod enim genus figurae est, ego nunc quod obierim? ego puber, ego adolescens, ego ephebus, ego puer.*

9. In relativis sententiis negatio aut ad universam sententiam pluribus vocabulis expressam spectat, et dicitur *qui non*, aut ad unum ex illis vocabulis eminens verbum attinet. Cic. de Am. 7, 23. *quae tam firma civitas est, quae non odiis atque dissidiis funditus possit everti?* Sed de Nat. d. 3, 39, 92. *nihil esse, quod deus non possit efficere.* Si dixisset *quod non deus possit efficere*, non unam dei potentiam, sed res efficiendas respexisset. Et attrahitur negatio a relativo, reliquis in unius notionis complexum compositis: quare ubi non singulari vi intenditur, etiam *quin* dicitur pro *qui non*. Atque Madvigius observasse sibi visus est, ubi non simpliciter praecederet *quis est, nemo est*, sed definitio, ex qua aliquid necessario sequeretur, fere semper dictum esse *quin*. Vide eius annot. ad Cic. de Fin. p. 195.

Cic. de Div. 1, 55, 125. *eodem modo nihil est futurum, cuius non causas id ipsum efficientes natura contineat.* Alia vide in Wopkensii Quaest. Tull. p. 321 (237).

Cic. de Div. 1, 7, 12. *nihil est autem, quod non longinquitas temporum excipiente memoria prodendisque monumentis effici atque assequi possit.* Alii libri *quod — non possit.* de quo loco vide annot. ad Wopkens. p. 322.

10. Negatio, quae, ut aliquid fieri prohibeatur, cum imperativo aut cum coniunctivo verbi coniungitur, numquam per *non* exprimitur, nisi in coniunctivo inest vis, quam grammatici potentialem appellant, aut *non* cum singulari quodam vocabulo componitur, nec ad modum verbi refertur, veluti *ut non* dicitur. Hinc etiam maior exsistit negationis potestas, praesertim in distinguendis contrariis. Vd. Wagner. ad Virgil. Aen. 12, 78. Reisigii Gramm. p. 588. ibique Haasium. Dixi de hac re iam p. 38. An Weissenbornius in Gramm. p. 216. idem senserit, nescio: nam eius verba sunt valde obscura. Vide Borrichii Cogitationes de scripto

ossii p. 178. Ruhnkenium, qui Quintilianum sequeatur, ob nimiam severitatem castigabant Frotscher aliique: tamen ipsa regula, quae vera est, non tollitur exceptione, nec multa sunt exempla, quae ab ea recedunt. tque poetae, ut negationem acuerent, ex vulgari sermone interdum admisisse videntur, quae grammaticae ationi repugnabant. Sed perfectum coniunctivi, quando ptativi vice fungitur, etiam apud optimos scriptores diunctum habet *non*. In votis poetae interdum *non* ixerunt, et ubi coniunctivum pro futuro posuerunt. De *tinam non* vide p. 39.

Removenda sunt exempla falsa aut dubia, aut a criticis male accepta. Apud Catullum 66, 81. quidquid statuatur de depravatis verbis, certe negatio *non* cum verbo *tradite* non est coniungenda. Ovid. ex Ponto 1, 2, 165. *non petito ut bene sit, sed uti male tutius.* Corruptum esse hunc locum codicum varietas monstrat. Legitur enim in iis *non potes, non petit, non pete quod:* in cod. gothan. *nec petis ut.* Illud *non petito* ab Heinsio est factum. Eleganter Roverius *non petimus bene sit.* De loco Art. am. 3, 129. vide p. 39. In Heroid. 17, 164. *sed tu non ideo cuncta licere puta:* coniungenda sunt verba *puta non ideo omnia licere:* uti Horat. Epist. 1, 1, 29. *non tamen idcirco contemnas lippus inungi.* Acidalius in Plauti Cist. 2, 3, 20. coniecit *non manc hic, ubi* etc. Sed oratio interpellante Phanostrata non absolvitur, ut desideretur verbum: *non enim hic* —. Terent. Hec. 3, 2, 7. *non visas.* Ibi Bentleius acute perspexit interrogationis rationem, quam infra in NONNE exponam: Bothius mentem doctissimi critici non assequutus est. Ovid. Art. am. 1, 389: *aut non tentaris aut perfice.* Etiam hoc scripsit Heinsius, non Ovidius. In Taciti Dial. 17. quod Acidalius coniecerat *ne dividatis* confirmarunt codices.

Laur. Valla recte observavit Elegant. 3, 28. prohibitivum *ne* non cum coniunctivo primae personae, nisi pro *ut non* sit, coniungi, sed dici *non timeam, non sperem* pro timere, sperare non possum, aut non debeo. Pergit ille: „ita in aliis personis, ut idem Quintilianus *non exspectes*, ut *statim gratias agat, qui sanatur invitus*, id est, exspectare non debea. Non enim eo modo dixit, quo dicere solemus, quum vetamus, *ne me exspectes amplius.* Hic enim negatio est, non vetatio."

Plin. Epist. [illegible], 9. *proinde hoc te non moveat, si cetera non refragantur.* i. e. non est quod hoc te moveat. Cic. p. Cluent. 57, 155. *interea quidem, per deos immortales, quoniam omnia commoda nostra, iura, libertatem, salutem denique legi-*

bus obtinemus, a legibus non recedamus. I. e. non est quod recedamus. Tacit. Hist. 1, 84. *caput imperii et decora omnium provinciarum ad poenam vocare non Hercule illi, quos quum maxime Vitellius in nos ciet, Germani audeant.* Plin. Hist. n. 24, 8, 32. *virgam populi in manu tenentibus intertrigo non metuitur.* Sed alii libri *metuitur.*

Ovid. Met. 15, 187. *mala posse pati non ulla putetis.* i. e. putetis nulla mala pâti posse. Horat. Epist. 1, 18, 72. *non ancilla tuum iecur ulceret ulla puerve.* i. e. nulla. Tibull. 2, 1, 9. *non audeat ulla lanificam pensis imposuisse manum.*

Virgil. Aen. 12, 78. *non Teucros agat in Rutulos: — nostro dirimamus sanguine bellum.* Wagnerus bene intellexit haec inter se opponi et *non* addi uni nomini Teucrorum. Ovid. Art. am. 3, 133. *munditiis capimur: non sint sine lege capilli.* i. e. sed non sine lege sint capilli. Am. 3, 9, 68. *et sit humus cineri non onerosa tuo.* i. e. levis.

Rutil. Lup. 2, 9. *quapropter prodigam in multos largitionem abstinentiae testimonium non credideris.* ubi Ruhnkenius scribendum censuit *ne.* Sed verbi est optativus modus. Senec. Nat. qu. 1, 3, 3. *huius rei caussam in humore esse non dubitaveris.* Sed quod Lipsius scripsit *ne*, etiam in codicibus exstat.

Davisius et Lallemandus vehementer errabant, quum in Cic. Tusc. 1, 8, 17. recipiebant: *malo non roges.*

Horat. Art. p. 459. *licet, succurrite, longum clamet, io cives, non sit, qui tollere curet.* Wolfius in Mus. Antiq. T. 1, p. 582. existimat poetam dicere non de eo, quod fieri possit, sed de eo, quod fieri debeat. At Horatius scribere non potuit *ne sit, qui tollere curet.* Coniunctivus pro futuro est positus. Nos Germani: *so möchte sich niemand finden.* Sat. 2, 5, 90. *difficilem et morosum offendes garrulus: ultro non etiam silcas.* Alio modo Ovidius Trist. 3, 7, 29. *pone, Perilla, metum: tantummodo femina non sit devia, nec scriptis discat amare tuis.* Nam poeta aut ita scripsit, aut quod Gronovius vidit, *tantummodo femina ne sit devia, neu scriptis* etc. Per votum loquitur. Trist. 4, 1, 7. *quamquam soli possunt prodesse potentes, non prosit potius, si quis obesse potest.* Virgil. Georg. 1, 456. *non illa quisquam me nocte per altum ire — moneat.* Horat. Epod. 2, 53. Sed Pers. 1, 5. *non, si quid turbida Roma elevet, accedas.* Non est admonitio modesta, sed gravior. Flumius solocismum appellat.

Plaut. Trin. 1, 2, 96. *non vellem: neque de illo quidquam neque emerem neque venderem.*

Cornel. Ages. 4, 1. *quare venire non dubitaret.* Sed codices antiqui habent *ne*. Tacit. Ann. 1, 11. *proinde in civitate tot illustribus viris subnixa non ad unum omnia deferrent.* Coniunge *non ad unum.*

Alius generis haec sunt Plin. Hist. n. 29, 1, 8. *non sint artis ista, sed hominum: non magis haec urbi timuit Cato, ut equidem credo, quam reginae.* i. e. concedamus non esse artis, nec magis etc. Valer. Max. 4, 3. Ext. 4. *mox, inquit, de ceteris: interim a sole mihi velim non obstes.* Vulgari modo dicitur pro *velim ut non obstes.* Idque non alienum erat a scriptoribus infimae aetatis: Lactant. Epit. 57, 14. *non mors terreat, non dolor frangat, quo minus vigor animi — servetur.* 62, 3. 64, 12.

11. Duplici particula negativa tolli negationem vix perae pretium est exemplis demonstrare. Saepe maior st vis affirmandi, quam hac verborum collocatione conequimur: in quibusdam verbis adeo propria notio nutatur, velut *non posse non* significat necessitatem gendi. Ceterum in verbis *nec* p. 131. (adde Werner. t Heusinger. in Veehneri Hellenolex. p. 383.) et *ne uidem* p. 64. (add. Wopkens. Lect. Tull. p. 394.) iam nobis est expositum, qua ratione post *non* una noio per negationes in suas partes dividitur, aut addita ltera negatione oppositio fit rerum negandarum. Poeae autem, Graecos imitati, interdum duplicarunt negationem ita, ut res non affirmaretur, sed fortius negaretur. Id numquam a prosaicis scriptoribus factum sse contendit Bremius ad Cornel. Att. 11, 5. Tamen li fecerunt aut per negligentiam ad vulgare dicendi genus propius accedentes, aut ubi vocabulum *nullum* el *nemo* aderat.

Cic. de Fin. 3, 8, 29. *qui mortem in malis ponit, non potest eam non timere.*

Liv. 2, 45, 5. *nolle inultos hostes, nolle concessum, non patribus, non consulibus.* 3, 11, 6. *ut nemo, non lingua, non manu promptior in civitate haberetur.*

Inverso ordine Petron. 58. *nec sursum nec deorsum non cresco.*

initio sententiae positum *non* maioris esse posse potestatis quam *nec*, critici non semper animadverterunt. Quo modo autem *non* dicatur sequente *et*, declaravi Tom. 2. p. 499. ubi adde Horat. Art. poet. 195. Praemittitur *non* etiam disiunctioni per *et — et*, *et — nec* expressae. Garaton. ad Cic. p. Mil. 31. Giesius ad libr. de Div. p. 323.

Cic. p. Flacco 22, 53. *non est ita, iudices, non est profecto.* Parad. 2, 16. *non enim magnitudo animi eius cruciabatur a Poenis, non gravitas, non fides, non constantia, non ulla virtus, non denique animus ipse.* Multa exempla collegit Drakenb. ad Liv. 40, 15, 5. De usu Sallustii disseruit Kritzius ad Catil. 52, 6.

Cic. in Pis. 16, 37. *confer nunc, Epicure noster, ex hara producte, non ex schola, confer, si audes, absentium tuarum cum mea.* 19, 43. *fortunae enim ista tela sunt, non culpae.* ad Fam. 12, 2, 6. *itaque omnibus est visus, ut ad te antea scripsi, venire suo more, non dicere.* Liv. 3, 44, 8. *ait se iure grassari, non vi.* 40, 15, 5. *id enim vitiis meis, non cedenda, esse ius fasque est, non modestia, consequar.* ubi vide Drak.

Cic. p. Mil. 7, 19. *perinde quasi exitus rerum, non hominum consilia legibus vindicentur.* Tusc. 2, 12, 29. *quasi de verbo, non de re laboretur.* ubi Matthiae ipse confitetur se male conlecisse ac non. Sallust. Iug. 31, 10. *perinde quasi ea honori, non praedae habeant.*

Liv. 42, 3, 6. *quod non Pyrrhus, non Hannibal vixissent.* 37, 20, 4. *non stratos, non infrenatos magna pars habebant equos.* 21, 11, 5. *non nocte, non die umquam cessaverant ab opere.* Alia multa apud Drakenb. ad Liv. 8, 34, 10. ad 40, 15, 5. ad 21, 11, 5. Virgil. Aen. 12, 427. Curtii usum bene exposuit Mutzellius ad 3, 8. p. 52.

Non quinquies positum vide apud Cic. in Verr. 3, 4, 8. et Livium 5, 6, 17. 30, 33, 8. Alia vide apud Drakenb. ad 8, 34, 10.

Facile intelligitur, qua gravitate dicantur haec: Cic. de Leg. 2, 4, 9. *intelligi sic oportet, et hoc et alia iussa ac vetita populorum vim non habere ad recte facta vocandi.* Quintil. 10, 7, 19. *non quia nostris quoque temporibus non et fecerint quidam hoc et faciant.* Cic. de Cato 8, 15. *non et natus est quis oriente canicula, et is in mari moriatur.* Topic. 13, 54. *non et legatum argentum est, et non est legata numerata pecu-*

sia. de Div. 2, 51, 106. *non igitur et sunt dii, nec significant futura.*

18. Negativae sententiae per *non* expressae opponi otest id, quod in rem negatione remotam succedat.)uare alterum hoc collocatur per particulas *at, sed, amen, sed certe, sed tamen, sed potius, verum, potius, ceterum.* Quorum usus est monstrandus: ratio ier se patet.

Cic. p. Planc. 27, 67. *non valuit rebus iisdem, quibus fortasse nonnulli: at valuit assiduitate, valuit observandis amicis.* Orat. 29, 104. *non assequimur: at quid deccat, videmus.* Acad. 2, 18, 56.

Cic. ad Fam. 1, 9, 30. *tantum dicam brevi non mihi exercitum, sed duces defuisse.* p. Mil. 4, 10. *est enim haec, iudices, non scripta, sed nata lex: — ad quam non docti, sed facti, non instituti, sed imbuti sumus.* p. Arch. 4, 8. Alia apud Kritzium ad Sallust. Iug. 100, 4. p. 533.

Cic. de Orat. 2, 12, 54. *ceteri non exornatores rerum, sed tantummodo narratores fuerunt.* Partit. Orat. 7, 24. 36, 124. Cic. p. Mur. 22, 45. *adiungitur enim accusationis cogitatio, non parva res, sed nimirum omnium maxima.*

Cic. Tusc. 5, 33, 93. *vides, credo, ut Epicurus cupiditatum genera diviserit, non nimis fortasse subtiliter, utiliter tamen.* Celsus 5, 26, 30. *at si plaga in summa cute generis tutioris est, potest non pervetus, modice tamen datum ad implendum quoque proficere.*

Cic. de Orat. 2, 88, 360. *quare hac exercitatione non erucnda memoria est, si est nulla naturalis: sed certe, si latet, evocanda est.* de Div. 13, 23.

Cic. de Off. 1, 31, 110. *admodum autem tenenda sunt sua cuique, non vitiosa, sed tamen propria.* ad Att. 12, 13. Liv. 7, 30, 17.

Cic. ad Q. Fr. 1, 1, 12. *possunt in pactionibus faciendis non legem spectare censoriam, sed potius commoditatem conficiendi negotii et liberationem molestiae.* ad Att. 12, 20. in Verr. 4, 64, 144.

Cic. in Verr. 4, 3, 5. *erant aenea praeterea duo signa, non maxima, verum eximia vetustate.* Parad. 6, 3, 50. de Orat. 1, 60, 254. p. Balbo 4, 10. *cui senatus populusque romanus amplissimae dignitatis praemia dedit non postulanti imperia, verum etiam recusanti.* in Verr. 4, 22, 49. *duo pocula non magna, verum tamen cum emblematis.*

Cic. de Off. 3, 18, 57. *non tuti, non viri boni, versuti potius, obscuri.*

Sallust. Iug. 92, 4. *ad aliam rem aggreditur non eadem asperitate, qua Capsensium, ceterum haud secus difficilem.* Senec. Epist. 85, 3. *sapientem non vinci moerore, ceterum tangi.*

II. 1. Progredior ad eas dictiones, in quibus *non* cum aliis particulis collocari solet.

Componuntur igitur vocabula *non etiam*, et apud poetas *non et*. De *neque etiam* vide Tom. 2. p. 552. Alia ratio est verborum *etiam non*, *quoque non*.

Cic. ad Att. 4, 5. *dices ea te monuisse, suasisse, quae facerem: non etiam ut scriberem.*

Ovid. Met. 4, 271. *pars fieri potuisse negant: pars omnia veros posse deos memorant: sed non et Bacchus in illis.* 8, 290. *quaeque inhonoratae, non et dicemur inultae.* Virgil. Aen. 7, 736. Calpurn. 2, 61. *rusticus est, fatcor, sed non est barbarus Idas.* Codices habent *sed non et*, a criticis approbatum: tamen non elegantius. 6, 56. *ungula, quae viridi sic exultavit in arvo, tangeret ut fragiles, sed non curvaret aristas.* Codices *non et*.

Varro de Ling. lat. 8 (9), 17. *si enim usquequaque non esset analogia, tum sequebatur, ut in verbis quoque non esset.*

2. In opponendis rebus negationi addi possunt particulae, quae oppositionem exprimunt, veluti *autem*. *Non vero* Latinos numquam dixisse Laurent. Valla observavit Elegant. 2, 14. et post eum Scioppius in Voss. Animadv. p. 24. Sed Cellarius in Antibarb. p. 221. et in Curis post. p. 162. cum Borrichio Cogitat. p. 278. affert Cic. de Sen. 9, 27. *qui* (Milo) *quum iam senex esset athletasque se in curriculo exercentes videret, adspexisse lacertos suos dicitur illacrimansque dixisse: at hi quidem iam mortui sunt. Non vero tam isti quam tu ipse, nugator.* Addit tamen ipse, *vero* hic esse particulam respondentis.

Vlpian. in Dig. 1, 16, 3. *non vero in totum xeniis abstinere debebit proconsul.* Cellarius ut Vlpianum vindicaret, a Triboniano verba ita interpolata esse dixit.

3. De *neque enim* diximus p. 115. Hic est declarandum, quo differat *non enim*. Atque in *non* soluta est oratio ob vim vel uni vocabulo vel sententiae con-

tribuendam. Negatio enim gravior est. Graeci οὐ γάρ, quod ab οὐδὲ γάρ eodem modo differt. observarunt Gryear in libro Artis scrib. p. 656. bstius ad Quintil. 10, 1, 8. et Hensius in Reisiamm, p. 462. Gernhardus ad Cic. de Sen. 6, gaverat, *non enim* initio periodorum reperiri Ciceronem. Quare exempla collegit Matthiae ad Mil. 4, 11. Cf. Lippert. ad Caes. Bell. gall.

Cic. p. Mil. 4, 11. *quapropter hoc manebat in causa, iudicium vitae dubio, quia probaturus sim* etc. 1, 1. 5, 14. 8, p. Quint. 28, 89. p. Balb. 2, 6. p. Flacc. 28, 68. de Orat. 16, 129. ad Fam. 7, 17, 4. Caes. B. gall. 3, 25. B. civ. 32. Liv. 2, 58, 12. 39, 2. Quintil. 10, 1, 128. 10, 6, 8. in responsione Cic. de Leg. 1, 5, 17. *non calet is, quaerimus sermone.*

in parenthesi Cic. p. Balb. 20, 53. p. Mil. 18, 47.

ut proxime in alio nomine Cic. Orat. 61, 206. *non ad eam rem aliquam, sed ad plures accommodatus.*

Cum particulis, quae restringunt sententiam, nitur *non*, etiamsi illae ad aliud nomen, quod ur, pertinent: *non scilicet*, *non quidem*, *non*

Cic. ad Att. 9, 10. *eam potissimum deliberare non scilicet ira re, sed certe minus infracta.*

Tacit. Dial. 8, 2. *auditurus Catonem non quidlibet auditorem, tamen sequiorem.*

Cic. ad Att. 13, 21. *in quo (libro) non sane multa mutavi, tamen quaedam.* de Fin. 2, 13, 43. *post enim Chrysippum* ne ad disputandum. Vd. Gernhard. ad Cic. Parad. p. 169.

Notandae sunt, ut usus demonstretur, etiam ae comparationis, in quibus *non* collocatur cum ativis et cum particulis *tam* aliisque, sequente ulo *quam*. Per *non tam* — *quam* res, quae les videri possunt, ita componuntur, ut altera inusse recipiat pondus. Vd. Kritzius ad Sallust. Iug. 4. et infra TAM. Cortius cum Fabro arbitrabantur significatione dici *non* — *quam*, omisso compavocabulo. Quibus obloquutus est Kritzius, num*non* — *quam* poni pro *non* — *sed*, his autem

verbis non duas res diversas comparari, sed a
rem omnino negari esse: quare ubi ita legatur
dicibus, corruptionem esse corrigendam. Tame
cabulum *tam* a scribis adiectum esse facilius p
mus quam omissum. Beneckius ad Iustin. 12,
defendit hanc dictionem, *magis*, non *tam* on
esse existimans: sed paullo obscurius significa
constituit hanc: per *non — quam* lectori permi
alterum, quod primo loco negatur, esse co
Equidem ita sentio. Verbis *non — sed* dicitur,
sit et quid non sit: nam sententiam habemus: no
hoc, sed illud. At verbis *non tam — quam* et *non —*
duae res inter se comparantur, quod duplici r
fieri potest: nam aut modus et qualitas rerum co
ratur, quarum altera alteri praestat, et dicitur n
modo alteram esse, quo sit altera, id est *non t*
quam: aut componuntur duae res ita, ut altera
succedere videatur, nec declaretur ἡ ποιότης, sed t
Loquuntur igitur *non — quam potius*, veluti Titius
Macrob. Sat. 2, 12. *quid mihi negotii est cum*
nugacibus, quam potius potamus mulsum mixtum
graeco. et omisso voc. *potius:* ut antiquiora ex
omittam, Curt. 7, 7, 27. *nec mea ars quam bene*
tia me pertinebat. Illud Germani reddunt *nicht s*
(wohl) — als: hoc *nicht — als vielmehr.* Illud
monstrat, quid res qualitate et modo differant: alt
quid genere.

Cic. Topic. 1, 2. *ego te non tam vitandi laboris mei*
quam quod id tua interesse arbitrarer, ut eos per te ipse i
hortatus sum. in Verr. 2, 34, 83. *non tam suae delect*
caussa, quam ad invitationes adventusque nostrorum ho
Liv. 2, 44, 7. *auxilia — non tam Veientium gratia co*
quam quod in spem ventum erat, discordia intestina dissol
romanam posse. Cornel. Iphicr. 1, 1. *Iphicrates Athe*
non tam magnitudine rerum gestarum quam disciplina n
nobilitatus est. ubi Bremius bene monet, non negari m
tudinem rerum gestarum, sed dici, Iphicratem summam
dem meruisse disciplina militari. Curt. 4, 6, 30. *obsidi*
non tam claritate urbis nobilitata est quam geminato p
regis.

Liv. 25, 15, 9. *quem facile elici ad certamen temere ine*
rebantur posse, non militum, quos perpaucos habebat, f
quam iuventutis lhurinae. Ita optimi codices omnes. 2,

quandoquidem non facile loquor, inquit, Quirites, quam, quod loquutus sum, praesto, crastino die adeste. Si verum est, quod Drakenborchius narrat, florentinum librum haberenon *tam facile*, dubito, an uni huic reliqui omnes cedant. 26, 31, 2. *non, quid ego fecerim, in disquisitionem venit, quam quid isti pati debuerint.* nullo in libro legitur *tam*, in quibusdam *sed* pro *quam*, quod librarii non intellexerunt. Cf. Gronov. ad hos locos. 4, 2, 1. *id adeo non plebis quam patrum, neque tribunorum magis quam consulum culpa accidere.* Sallust. Iug. 100, 4. *vigilias ipse circumire, non diffidentia, futurum quae imperavisset, quam uti militibus exaequatus cum imperatore labos voluptatibus esset.* Ita bene quidem codices aut multi: quod Kritzius inceptum esse censet, tamen non est. Redde: *er hielt selbst bei den Wachten Umgang, nicht aus Mifstrauen, als vielmehr, um die gewünschte Gleichheit der Strapazen zu zeigen.* Iustin. 12, 8, 14. *tandem orare, ut reliquias cultem suas paternis sepulcris reddat, quorum non studiis defleiatur quam annis.* Plin. Pan. 58, 5. *quamquem non ambitio quam livor et maligaitas videri potest.* Ita codices boni; vulgo additur *magis*.

ed *non tam* etiam ita dicitur, ut nulla exprimatur omparatio, sed significetur *non ita, non admodum*: uod Germani dicunt *nicht eben, nicht eben sehr*. De ua re disputarunt Goerenzius ad Cic. de Leg. 1, 14, 0, sed variis exemplis mixtis, et Ellendt. ad Brut. 15, 3. qui comparationem suppressam putat. Si quid inelligendum, hoc est: non tam — quam exspectas, sive uam quis putabit. Atque in hoc genere dicendi fieri otest, ut post *non tam* sequatur *sed*, ubi res compaandae maiori cum vi opponuntur: *nicht eben dies — ondern*.

Cic. Brut. 15, 58. *eō oratorem appellat et suaviloquentiam tribuit: quae nunc quidem non tam est in plerisque.* Madvigius, ad ea quae sequuntur prospiciens, explicat: non tam esse suaviloquentiam nunc in oratoribus, quam ipsam laudandam et requirendam esse. Id vere claudicat. Intellige: non tam, quam vulgo putatur. Liv. 38, 21, 10. *sed non tam patentibus plagis moventur.* Non artificio opus est, quo Walchius anacoluthon, quod putat inesse, expediat. Redde *aus offenen Wunden machen sie sich nicht eben viel.* Cic. de Div. 2, 27, 58. *atque haec in bello plura et maiora videntur timentibus: eadem non tam animadvertuntur in pace.* i. e. *sie werden nicht eben bemerkt.* Prave scripsit Schützius *tum*. Apud Livium 33, 45. Kreyssigius e cod. bamberg. recepit *ita*.

Cic. de Fin. 1, 1, 1. *quidam autem non tam id dant, si remissius agatur: sed tantum studium tamque operam ponendam in eo non arbitrantur.* Madvi Ottone recte exponunt: non tam id reprehendunt mis magnum studium.

6. De *non dumtaxat* loquuti sumus p. 334. Reisigius in Gramm. p. 434. docuit hu serioris fuisse aetatis atque pertinere ad Livii nitatem.

7. De *iam non* dixi Tom. 8. p. 134. Qu ibi negavi his vocabulis significari *nicht mehr*, monstrari posset, nisi in antiquis libris manet Joco Varr. de Re rust. 2, 2, 2. *quae ita* (de hum) *ab aetate, si neque vetulae sunt, neque agnae: quod alterae iam nondum, alterae i possunt dare fructum.* Haasius in Ephemeri mermannianis a. 1838. n. 83. mihi non persu sam esse eam, quam proposui, explicationem *iam*: sed quos adiecit locos scriptorum, in usu rum apponam. *Iam non.* Cic. p. Sulla 13. in 22, 49. 5, 69, 177. Liv. 8, 2, 12. Hor. Epis 44. Valer. Max. 2, 7, 15. Senec. de Ira 1, 1 Ann. 13, 17. Hist. 2, 33. *Non iam.* Cic. p. S ad Att. 5, 7. Flor. 3, 5. Tac. Ann. 4, 41. 15, 11. Hist. 2, 17. Agr. 41. 42. 44. *Nec iam.* Tac 6, 36. 14, 14.

8. Etiam totis sententiis praefigitur *non*, relativis: unde dicitur *non quod, non quo, nc* Plura enim verba, quibus sententia continetur nominis instar sunt, cui negatio praemittitu vero usum hunc cum Matthiae (Opusc. p. 58.) mus e Graecorum consuetudine ductum, qui con nes post pronomina demonstrativa in pronomi tiva, eorumque casum in eum, quo demonst praecessit, mutare solent: nam Latini ut *non* *non eo quo* dicerent, Graecorum exemplo no habebant, quum haec relativorum ratio omnib guis communis esset. *Quo* et *quod* reddas *in* Illud non mutat hanc significationem suam, *ut* positum esse videtur, nec semper consiliu finem significat, quae est sententia Klotzii ad Cic p. 253. quamquam ipse hic vir doctus p. 340. hoc modo etiam id indicari, quod factum esse

ias, nec verba Cic. ad Att. 10, 1. *quod scribis, non uo aliunde audieris, sed te ipsum putare* etc. reddi osse *in der Absicht.* Quod addit de cogitatione louentium inversa, non satis intelligo. Germani dicunt *icht in wiefern du es irgendwo gehört habest.* Burmannus ad Ovid. Her. 17, 37. miro nomine *quo* eleantius vocat quam *quod.* Henr. Stephanus Schediasm. , 7. Lambinus et ante eos Laurent. Valla Eleg. 2, 37. bique *quod* pro *quo* reponendum esse censuerunt falsa pinione. Variae sunt formae huius structurae. Etiam erba *non quia*, sicuti *non quo* coniunctivum assumunt, ltera in parte indicativo posito.

Cic. Orat. 39, 134. *sunt enim similia illis, quae in ample ornatu scenae aut fori appellantur insignia, non quod sola ornent, sed quod excellant.* Agrar. 2, 1, 1. de Nat. d. 3, 36, 87. Celsus 3, 2. p. 114. 3, 4. p. 122.

Cic. Tusc. 2, 23, 56. *non quod doleant animove succumbant, sed quia profundenda voce omne corpus intenditur.*

Cic. p. Caec. 35, 101. *verum id feci, non quod vos in hac causa hanc defensionem desiderare arbitrarer, sed ut omnes intelligerent nec ademptam cuiquam civitatem esse nec adimi posse.* de Harusp. resp. 6, 12. Cic. p. Domo 26, 69. *non quod dubitaret — sed ne quis oriretur aliquando in tanta ubertate improborum, qui —.* Liv. 28, 32, 10.

Mutata oratione Cic. ad Fam. 10, 12, 3. *sed senatui maiora visa sunt quam erant exspectata, non quo umquam de tua voluntate dubitasset: sed nec quantum facere posses, nec quo progredi velles, exploratum satis habebat.* 11, 21, 4. *Segulium negligamus —, non quo veterem comederit: nullam enim habuit: sed hanc ipsam recentem novam devoravit.* de Orat. 1, 6, 23.

Celsus 7, 20. *sine dolore quoque si multa intestina prolapsa sunt, secari supervacuum est, non quo excludi a scroto non possint, — sed quo repulsa inguinibus immorentur.*

Cic. p. Caec. 20, 58. *non quo omnes sint procuratores, qui aliquid nostri negotii gerunt, sed quod in hac re quaeri nihil attinet.* p. Sext. 40, 87.

Cic. ad Att. 7, 15. *nullum adhuc intermisi diem, quin aliquid ad te litterarum darem, non quo haberem magno opere, quid scriberem, sed ut loquerer tecum absens.* 4, 3. *non quo certiora sint — verum ut perspicias* etc. Phil. 1, 4, 9. *tum vero tanta cum cupiditate inceneus ad reditum, ut mihi nulli neque*

remi, neque venti satisfacerent: non quo me ad tempus occurrurum putarem, sed ne tardius, quam cuperem, reipublicae gratularer. ad Fam. 5, 5, 1. Acad. 2, 42, 131. Liv. 32, 33, 10. in Verr. 4, 28, 64. *res celatum voluerat, non quo quidquam metuerat aut suspicaretur, sed ut ne multi illud ante perciperent oculis quam populus romanus.*

Cic. Phil. 1, 7, 16. *acta Caesaris servanda censeo, non quo probem, — sed quia rationem habendam maxime arbitror pacis et otii.* ad Fam. 5, 19, 3. Liv. 28, 27, 2. vd. Drakenb. ad 39, 13, 2. Cic. p. Caec. 20, 58. *non quo idem sit servulus eorum quod familia, verum quia non quibus verbis quidque dicatur quaeritur, sed quae res agatur.* Vide Graev. ad libr. de Inv. 1, 11. Celsus 8, 3. p. 511. *non quo non subsit aliqua vitiosa sanies, sed quoniam ibi — diffusa sit.*

Mutata orationis forma: Cic. ad Att. 16, 15. *sed me — non sane hoc quidem tempore movet res publica, non quo aut sit mihi quidquam carius, aut esse debeat, sed desperatis etiam Hippocrates vetat adhibere medicinam.* 4, 15. *Messala languet, non quo aut animus desit aut amici: sed coitio consulum et Pompeius obstant.* de Orat. 3, 24, 93. Brut. 21, 83. ad Att. 12, 12.

Cic. Brut. 21, 83. *oratio Laelii de collegiis non melior, quam de multis quam voles Scipionis: non quo illa Laelii quidquam sit dulcius, aut quo de religione dici possit augustius: sed multo tamen vetustior et horridior ille quam Scipio — videtur.* ad Fam. 9, 11, 2 de Orat. 2, 18, 74. Recte legitur *non quo — sed tamen* in Tusc. 2, 26, 64. nec tamen reddendum *nicht in der Absicht*, sed *nicht inwiefern.*

Cic. de Orat. 3, 24, 93. *quos ego censor edicto meo sustuleram, non quo — acui ingenia adolescentium nollem: sed contra ingenia obtundi nolui, corroborari impudentiam.*

Cic. p. Mil. 22, 59. *maiores nostri in dominum de servo quaeri noluerunt, non quia non posset verum inveniri, sed quia videbatur indignum.* ubi vd. Garaton. Gocrenz. ad Cic. de Fin. 4, 23. p. 499. p. Planc. 32, 78. Liv. 40, 33, 2. 42, 25, 10. 4, 57, 3. Senec. Epist. 87, 27. Columell. 8, 13, 3. Spalding. ad Quintil. 4, 1, 6.

Propert. 1, 11, 17. *non quia perspecta non es mihi cognita fama, sed quod in hac omnis parte timetur amor.* Cf. Columell. 8, 9, 2.

Cic. Tusc. 1, 1, 1. *hoc mihi latinis litteris illustrandum putavi, non quia philosophia graecis et litteris et doctoribus per-*

cipi non posset, sed meum semper iudicium fuit etc. Tacit. Hist. 1, 15. Agric. 46. de Orat. 37. De elliptica forma huius orationis Walther ad Hist. 1, 29.

Quintil. 10, 7, 31. *quos non ideo excuso, quia non probem, sed ut sint magis admirabiles.* 1, 6, 19. *non quia illud non sit latinum, sed quia sit odiosum.* vide Spalding. ad 4, 1, 5.

Tacit. Ann. 2, 33. *distinctos senatus et equitum census, non quia diversi natura, sed ut locis, ordinibus, dignationibus antistent.* 15, 60. Hist. 3, 4. Ann. 14, 43. *neque sum adversatus, non quia dubitarem — quae converterentur in deterius mutari, sed ne nimio amore antiqui moris studium meum extollere viderer.*

Ceterum critici in hac verborum structura necessarium putabant esse coniunctivum in prima parte: quare Garatonius (ad Cic. p. Mil. 22.) apud Livium 40, 33, 2. scribendum duxit: *morantibus iis, non quia ipsi cunctati sint, sed quia profectos a domo — inflati animos tenebant.* ubi legitur *cunctati sunt:* et Cortius apud Plin. Epist. 5, 8, 1. *non quia commode facturum esse confidam, — sed quia mihi pulchrius in primis videtur* pro *confido.* Tamen utriusque modi ratio convenit sententiis diverso modo concipiendis. Coniunctivus enim cogitationem caussae indicat, indicativus ipsam caussam. Indicativos habet Cic. p. Planc. 32, 78.

9. Eadem ratione componuntur, ut consilium inicent, vocabula *non ut — sed ut.* Davisius ad Cic. e Fin. 2, 13. opinatus etiam in caussa exponenda *non ut* dici pro *non quod,* vereor ut praeter Bremium t Goerenzium cuiquam persuaserit. Sequitur tamen um etiam Schwartzius in Tursellino. Mecum sentire unc video Madvigium.

Cic. in Catil. 4, 9, 19. *haec non ut vos, qui mihi studio pene praecurritis, exciturem, sed ut mea vox, — officio funeta consulari videretur.* ad Att. 11, 10. ad Fam. 4, 1, 5. de Orat. 2, 87, 356. *haec ars tota dicendi vive artis imago quaedam — habet hanc vim, non ut totum aliquid — pariat et proficiat, verum ut — confirmet.*

Mutata orationis forma in altera parte, Tacit. Ann. 4, 20. *saevitum tamen in bona, non ut stipendiariis pecuniae redderentur, — sed liberalitas Augusti avulsa.* Hist. 4, 19.

Davisius ad suam sententiam probandam affert locum Cic. de Fato 15, 35. *sequitur illud —, non ut quae res caussam afferrent*

amoris. Sed haec ex eo genere sunt, quo Latini aliquid fieri dicunt, quod fieri videatur aut existimetur. Ita ad Att. 11, 15. *haec ad te scribo, non ut quasi tu demere sollicitudinem, sed ut cognoscam* etc. i. e. ut apparent te posse demere sollicitudinem. Bremius autem ex Epist. ad Att. 14, 17. *earum* (epistolarum) *exempla tibi misi, non ut deliberarem, reddendane essent, — sed quod non dubito, quin tu idem existimaturus sis.* Hoc est: non eo modo, ut deliberarem. ad Att. 14, 12. *scribo tamen, non ut delectem his litteris, sed ut elicias tuas.* ubi Lambinus quoque necessarium putabat non *quod delectet meis litteris.* de Fin. 2, 13, 42. *quod is non tam, ut probaret, protulit, quam ut Stoicis — opponeret.* Recte haec exposuit Madvigius: non tam id haberet ipse, quod probaret et in quo acquiesceret.

Tacit. Hist. 4, 5. *Helvius Priscus — ingenium illustre altioribus studiis iuvenis admodum dedit, non, ut plerique, ut nomine magnifico segne otium velaret, sed quo firmior adversus fortuita rem publicam capesseret.* Ita sunt interpungenda verba sincera.

Cic. de Am. 21, 80. *ipse enim se quisque diligit, non ut aliquam ipse a se mercedem exigat caritatis suae, sed quod per se sibi quisque carus est.*

Liv. 41, 24, 15. *valeant et nunc eadem illa, non ut praecipui amici, sed ne praecipue inimici simus.* Vellei. 2, 53, 4. Plin. Epist. 2, 6, 2.

10. Similes sunt formae verborum *non quin —, sed,* sive sequitur *quod,* sive *quia,* sive *ut* in altero membro sententiae. Saepe in altero membro transit oratio obliqua in rectam per simplicem particulam *sed.*

Cic. ad Fam. 4, 7, 1. *etsi eo te adhuc consilio usum intelligo, ut id reprehendere non audeam, non quin ab eo ipse dissentiam, sed quod ea te sapientia esse iudicem* etc.

Cic. ad Att. 7, 26. *ego me ducem in civili bello — negavi esse, non quin rectum esset, sed quia — id mihi fraudem tulit.*

Liv. 2, 15, 2. *non quin breviter reddi responsum potuerit non recipi reges, ideo potius delectos patrum ad eum missos, quam legatis eius Romae daretur responsum, sed ut in perpetuum mentio eius rei finiretur.*

Cic. ad Fam. 16, 24, 1. *non quin confiderem diligentiae tuae, sed rei magnitudo me movebat.* de Orat. 2, 72, 295. Orat. 68,

217. ad Att. 8, 11. p. 770. edit. Erhest. Phil. 7, 2, 6. *non quin pari virtute et voluntate alii fuerint, sed tantam causam non habuerunt etc.*

11. Notavimus p. 100 formam dicendi, qua *nec — ideo* coniunguntur. Eadem ratio apparet in *non — idcirco, non si — ideo, non si — eo, non si — propterea.* Interponitur enim conditionalis pars sententiae, ut negatio maiorem vim recipiat. Saepe in podosi *quoque* et *etiam* additur. Et omittuntur interdum vocabula caussalia.

Varro de Ling. lat. 4, 1, 4. *non si non potuero indagare, eo ero tardior, sed velocior ideo, si quievero.*

Cic. de Orat. 2, 40, 170. *non si Opimium defendisti, Carbo, idcirco te isti bonum civem putabunt.*

Liv. 3, 45, 8. *non si tribunicium auxilium et provocationem plebi romanae, duas arces libertatis tuendae, ademistis, ideo in liberos quoque nostros coniugesque regnum vestrae libidini datum est.* Cic. p. Coel. 9, 21.

Cic. de Orat. 2, 9, 37. *non si qui aliarum artium bene loquuti sunt, eo minus id est huius unius proprium.* 2, 11, 47. *non enim si est facilius, eo de numero quoque est excerpendum.*

Cic. Top. 16, 60. *non enim si sine parentibus filii esse non possunt, propterea caussa fuit in parentibus gignendi necessaria.*

Cic. p. Ligar. 8, 23. *non enim si tibi ea res grata fuisset, esset etiam probata.* Varro de Re r. 2, 6, 2. *non enim si muraenae optimae flutae sunt in Sicilia, — continuo ibi pisces in omni mari similes nascuntur.*

12. Vt ad reliqua illustranda viam aperiamus, commemoranda nobis sunt verba composita *non dico — sed, non dicam — verum.* Per ea oratio adscendit ad maiora aut descendit ex iis, quae nimia esse videntur. Tum saepe adhaeret *certe.*

Cic. ad Fam. 11, 17, 1. *magna eius in me non dico officia, sed merita.* de Off. 3, 8, 36.

Cic. Phil. 8, 10, 28. *haec tu mandata, L. Piso, et tu, L. Philippe, — non dico animo ferre, verum auribus accipere potuistis.* p. Caec. 13, 36. *nomen est, non dico inusitatum, verum omnino inauditum.* Quintil. 10, 1, 48. *legem prooemiorum non dico servavit, sed constituit.* 10, 7, 2.

Cic. ad Att. 4, 8. *Quinti fratris debitus — inflammata tum Clodii inspectante populo coniectis ignibus, magna querela et gemitu, non dicam bonorum, qui nescio an nulli sint, sed plane hominum omnium.* p. Marc. 2, 5. *nec vero disiunctissimas terras citius cuiusquam passibus potuisse peragrari, quam tuis non dicam cursibus, sed victoriis lustratae sunt.* ad Planc. in Epist. ad Att. 16, 16. *praesertim quum tota potestas eius rei tua sit, ut ea, quae consules decreverunt secundum Caesaris decreta et responsa non dicam comprobes, sed studiose libenterque comprobes.*

Cic. p. Sext. 20, 46. *depugnarem potius cum summo non dicam exitio, sed periculo certe vestro.* p. Planc. 32, 78. *quo quidem etiam magis sum, non dicam miser, — sed certe exercitus.* in Pis. 10, 23.

13. Contrahitur oratio omisso verbo ita, ut *non — sed* idem significent quod *non dico — sed.* Ita etiam *non — verum.*

Liv. 39, 28, 5. *Eumenes enim non nisi vicissent Romani, sed nisi bellum gessissent, manere in regno suo non potuit.*

Curt. 9, 3, 6. *sed si audire vis non fictas tuorum militum voces, verum necessitate ultima expressas.*

14. Accedo nunc ad formulam, qua verba *non modo — sed, non modo — sed etiam, non modo — sed ne quidem* componuntur. In ea explicanda mirum quantum viri docti laborarunt, sed subtilitate ingenii tantopere abusi sunt, ut a cognoscenda significatione verborum recedentes caussam in quadam orationis vi quaererent. Zumptius in Gramm. §. 725. docuit per verba *non modo — sed etiam* orationem adscendere a minore ad maius, in verbis *non modo — sed* descendere eam a maiore ad minus: ipse tamen vidit in multis locis contrarium apparere modum. Beneckius ad Iustin. 1, 8, 14. supponit ex universa ratione semper *etiam* adiici debere, sed non addi hanc particulam, quando altera sententiae pars maiori vi efferenda sit: in quibus caussam, qua id efficiatur, non perspicimus. Denique Putschius in Actis societatis graecae Vol. 1, p. 311. et in Ephemerid. Antiq. Zimmermanni a. 1837. p. 561. bene perspiciens caussam non in descendente vel adscendente oratione esse quaerendam, hanc declaravit sententiam: istas formulas non differre gradatione, sed utramque significare progressum ab eo, quod

pro uniuscuiusque sententiae natura levius sit, ad id, quod gravius atque significantius videatur. Additque haec: „intercedit vero hoc inter utramque discriminis, quod posterior notio per formulam *non modo — sed etiam* ad priorem adiicitur, per *non modo — sed* priorem absorbet quasi atque complectitur, idque vel numero vel gradu: hoc interna notionis vi, illud externo ambitu eius efficitur.“ Quae multi erunt, qui nisi ad exempla apposita respiciant, non satis intelligant. Nam non patet, unde uno vocabulo *sed*, quod seiungit res, apposito fiat, ut prior notio aut ambitu, ut ille ait, aut interna vi comprehendatur. Quid quod Cicero p. Sext. 20, 45. scripsit: *iecissem ipse me potius in profundum, ut ceteros conservarem, quam illos mei tam cupidos non modo ad certam mortem, sed in magnum vitae discrimen adducerem.* Estne discrimen vitae illud, quod mortem tamquam aliquam partem in se recipiat? an quod morti vi sua praestet? Quod autem Putschius dicit in his notionem gradu superiorem una cum re inferioris gradus negari atque intelligi *numquam commisissem*, prorsus alienum esse videtur. Iam Haasius in Reisigii Gramm. p. 440. loquitur de locis, in quibus per *sed* adiungatur aliquid, quod simul corrigat aut distinctius exprimat ea, quae antecedunt, non tamen una comprehensum.

Nos vero expedita via incedamus hac. Verbis *non — sed* opponuntur duae res, quarum altera tollitur negatione et removetur ab altera per particulam *sed*. Sallust. Iug. 102, 12. *se non hostili animo, sed ob regnum tutandum arma cepisse.* Vide n. 13. Si autem aliqua res eo constituenda est, ut removeatur id, quod quis esse cogitet, et in eius locum succedat id, quod verum est, tum dicimus *non modo — sed*. Nam *modo* non proprie significat *nur*, quod est *solum*, sed *eo modo quo quis putet:* quare eius vis in *non modo* explicari potest verbis *ne dicam, ne quis putet, ne videatur*, quemadmodum *non dicam — sed* dici antea declaravi. Saepe *non modo* Germani reddunt *nicht eben*, sed audivi etiam homines de plebe loqui *nicht in der Art*. Et quum alterum ei substituatur, quod cogitatione removetur, *sed* pro *sed potius* accipi et reddi potest per *sondern vielmehr*. Vide Tom. 2, p. 555. Idem voluit Goerenzius, quum ad Cic. de Leg. 3, 11, 25. de maiori vi in omittendo vocabulo *etiam*

loqueretur. Id quod cogitatione interiicitur, si rursus excludis, enuntiationem simplicem habebis affirmativam. Cic. ad Fam. 5, 8, 4. *sum enim consequutus* [non modo ut domus tua tota, sed] *ut cuncta civitas me tibi amicissimum esse cognosceret.* Sin vero unum vocabulum *modo* omittis, ea exsistit forma, qua duas res opponi diximus: *sum enim consequutus, non ut domus tua tota, sed ut cuncta civitas cognosceret.* Atque in his oratio aut descendit ad rem minorem, velut apud Cic. p. Sext. 20, 45. *iecissem ipse me potius in profundum, ut ceteros conservarem, quam illos mei tam cupidos non modo ad certam mortem, sed in magnum vitae discrimen adducerem.* aut adscendit. Cic. Brut. 91, 316. *ita recepi me biennio non modo exercitatior, sed prope mutatus.* Tertium dicendi genus hoc est, quo monemus, ne quis aliquam rem putet esse sine altera, quae vel simul sit vel accedat. Id dicimus *non modo — sed etiam, sed et.* Duae res enim sunt cogitandae simul: alteram praeter alteram adesse. Quum vero in diversis rebus coniungendis *etiam, et* saepe indicent rei praesentiam, id, quod accedit, esse potest vel dignitate atque vi maius, vel exilitate et paucitate conspicuum. Illud dicimus *sondern sogar*, hoc autem *sondern schon.* Vide Tom. 2. p. 556. Cic. Tusc. 1, 37, 89. *quoties non modo ductores nostri, sed universi etiam exercitus ad non dubiam mortem concurrerunt?* Quae ut suae sententiae accommodaret, Putschius ad interpretationem non veram confugit, quasi ductores intelligendi alii essent aliorum exercituum, quam qui universi concurrisse dicuntur. Quid enim sit, quod ait, totum aliquod addi ad partem alius universitatis, equidem non assequor. At simplex est ratio. Concurrerunt ad non dubiam mortem non modo uni ductores, in quibus id non mirandum erat, sed etiam cum ductoribus suis universi exercitus. Neque mutatur caussa, nec potest mutari in negativis sententiis. Cic. in Vatin. 1, 3. *quum affirmares nullum tibi omnino cum Albinovano sermonem non modo de Sextio accusando, sed nulla umquam de re fuisse.* Quod in sententiis per *non modo — sed* expressis saepe altera res maior et gravior est, id non efficitur per particulas, sed positum est in enuntiationum natura. Singularis res opponitur universae, levior graviori, sive illa priori loco ponitur,

ve posteriori. Cic. ad Fam. 7, 1, 14. *his ego tamen iebus ludis scenicis ne forte videar tibi non modo eatus, sed liber omnino fuisse.* In quibus explicanis fallitur Putschius: nam nihil obstat, quo minus tiam in affirmata sententia recte dicam: fortasse vieor tibi non modo beatus, sed liber omnino fuisse. Iam Cic. in Verr. 1, 3, 9. *quodsi non modo in caussa, erum in aliquo honesto praesidio aut alicuius eloquentia aut gratia spem aliquam collocat* etc. In troque substituas *non iticam.* Omitte vocabulum *modo*, t habebis res inter se oppositas. Ceterum iis, quae ixi, apparebit, quomodo fiat, ut *sed* pro *sed etiam* ositum interdum videatur. Discrimen autem facile inelligitur ex Cic. ad Fam. 10, 6, 9. *haec si ages et entes, tum eris non modo consul et consularis, sed iagnus etiam consul et consularis. Sin aliter, tum in itis amplissimis nominibus honorum non modo dignias nulla erit, sed erit summa deformitas.* In altera sentiae parte negativa tollitur res omnino, substituir alia.

Cum his, quae exposui, comparentur ea, quae Soltau disputavit in Quaest. Crit. in Cic. Orat. p. Deiot. p. 20. et ad hanc orationem 9, 27. et ad orat. p. Ligar. 1, 1. Dicit enim *non modo — sed* poni, ubi prius membrum et praecipue ante omnia negetur, posterius autem maiore, quam illud, vi efferatur, verbo aut contrario aut graviore apposito: *non modo — sed etiam* dici, si utrumque membrum, cuius in verbis varia sit et dissimilis notio, pari gravitate et pondere sit. Equidem certe non video, quomodo his respondeant exempla a viro docto allata, veluti Cic. Brut. 73, 255. *si modo est aliquis, qui non illustravit modo, sed etiam genuit in hac urbe dicendi copiam.*

Quam saepe librarii post *sed* interposuerint *etiam*, docuit Gernhard. ad Cic. de Off. 2, 2, 7.

Cic. p. Planc. 31, 76. *non modo lacrimulam, sed multas lacrimas et fletum cum singultu videre potuisti.* in Verr. Act. prim. 3, 7. *intelligit me ita paratum atque instructum in iudicium venire, ut non modo in auribus vestris, sed in oculis omnium sua furta atque flagitia defixurus sim.* in quibus negari non potest oculos auribus tamquam certiores iudices opponi. p. Balbo 7, 18. *sin autem multorum virtus, ingenium, humanitas ex infimo genere et fortunae gradu non modo amicitias et rei familiaris copias consequuta est, sed summam laudem, honores, gloriam*

etè. ubi Putschius, ut sibi constet, opinatur amicitiae et copias rei familiaris in appetenda laude iam inesse. Tamen alius quis etiam dicere poterat: si virtus non modo laudem, sed rei familiaris copias consequuta est. p. Flacc. 25, 59. *illo mortuo non modo filius, sed quivis heres rectissime potuit* (pecuniam) *auferre.* i. e. ne dicam filium. in Verr. 4, 41, 90. 1, 31, 79. de Nat. d. 1, 22, 61. p. Cluent. 23, 62, Liv. 6, 14, 2.

De addito nomine *contra* in *non modo — sed contra* vide Tom. 2, p. 123.

Liv. 38, 32, 4. *magna ibi non disceptatio modo, sed etiam altercatio fuit.* Non opus est artificio, quod Putschius adhibet: Livium dicere primo extitisse disceptationem eamque deinde demum in altercationem exarsisse. Simplex est etiam haec sententia: non erat, quam quis putaret, disceptatio, sed adeo altercatio. Cic. p. Mil. 2, 5. *numquam existimavi spem ullam esse habituros Milonis inimicos, ad eius non salutem modo exstinguendam, sed etiam gloriam per tales viros infringendam.* de Orat. 1, 53, 227. *non modo parum commode, sed etiam turpiter et flagitiose dicta esse dicebat.* de Senect. 11, 37. *tenebat non modo auctoritatem, sed etiam imperium in suos.*

Caes. B. gall. 1, 18. *non modo de regno, sed etiam de ea, quam habeat, gratia desperare.* i. e. ne sermo sit de regno. Cic. ad Fam. 13, 6, 9. *id facies, si omne genus liberalitatis — non modo re, sed etiam verbis, vultu denique expromseris.*

Cic. ad Fam. 13, 29, 10. *abdidit se in intimam Macedoniam, quo potuit longissime a castris, non modo ut non praeesset alii negotio, sed etiam ut ne interesset quidem.*

Liv. 1, 13, 4. *nec* (non) *pacem modo, sed et civitatem unam ex duabus faciunt.* Sueton. Claud. 27. *Pompeium atque Silanum non recusavit modo, sed et interemit.* 28. Apud Cic. Acad. 2, 18, 58. legitur nunc *sed etiam.* Sed vide Tom. 2. p. 516.

Cic. p. Mil. 1, 3. *neque* (non) *auxilium modo defensioni meae, verum etiam silentium pollicentur.* i. e. et auxilium et silentium.

Cic. de Leg. 1, 14, 41. *o rem indignam, in qua non modo docti, verum etiam agrestes erubescant.* id est *sed adeo.* in Cat. 2, 4, 8. *aliis mortem parentum non modo impellendo, verum etiam adiuvando pollicebatur.* 3, 9, 21. p. Coel. 10, 23. *qui non modo a facto, verum etiam a conscientiae suspicione abfuit.*

Sueton. Ner. 38. *collationibusque non receptis modo, verum et efflagitatis provinciis — exhausit.* Domit. 4. *spectacula assidue*

magnifice et sumptuose edidit non in amphitheatro modo, verum etiam in circo.

Quod in altera sententiae parte saepe leguntur verba *totus, universus, omnino*, non alia de causa fit, quam qua singularis res opponitur universo generi. Vide Cic. ad Fam. 9, 15, 13. p. Quint. 24, 77. de Orat. 2, 41, 175. Verr. 2, 66, 161. Orat. 68, 227. (Eodem modo Cic. de Lege agrar. 2, 33, 90. *non dico factum sed omnino excogitatum.*) Curt. 5, 11, 15. 5, 3, 20. Flor. 1, 18, 3. Senec. de Clem. 2, 5, 3.

Plancus ad Cic. 10, 21, 11. (vidi) *mihi, si ita oppressus essem remque publicam prodidissem, mortuo non modo honorem, sed misericordiam quoque defuturam.* Liv. 5, 18, 9. *tantum inde terroris non Romae modo, quo multiplex fama pervenerat, sed in castris quoque fuit ad Veios.* 28, 5, 5.

15. In iis, quae attuli, mixta sunt exempla adcendentis et descendentis orationis. Tamen video grammaticos in contrarias partes discedere. Alii enim, in quibus erat Aug. Grotefendus, docuerunt, per *non modo — sed* orationem ad graviorem vel maiorem rem procedere, et Weissenbornius p. 880. ex Reisigii praeceptis ait *non modo* semper significare rem mediocrem, parvam, vulgarem. Nec aliter Zumptius. Wolfius autem quum in notis ad Cic. Marcellin. 10, 32. de lacrimine quodam verborum *non modo* et *non solum* non sine ostentatione loquutus esset, Spaldingius in Commentat. Mus. Antiq. p. 68. exposuit haec: ubi descensus aliquis sit ad minora, ibi constanter a Cicerone poni *non modo*, ubicunque *non solum*. Caussam non addidit. Differre ista vocabula nemo prudentior negavit, tamen quo differunt, id non in rerum compositarum ordine cernitur, sive res primo loco maiores ponantur, sive minores, sed in significatione ipsarum particularum: de quo infra dicam. Hic monendum est utroque ordine rerum procedere orationem etiam in verbis *non modo*: sive sit: non dicam hoc quod maius sit, sive: non dicam hoc, quod minus sit. Idque ostendunt sat multa exempla. Atque descensum videmus in additis vocabulis *ne — quidem*: at ubi *non modo — sed* dicitur, alterum praestat: veluti Tacit. Ann. 1, 60. *conciti per haec non modo Cherusci, sed conterminae gentes.* Haec aut significant conterminas gentes maxime esse concitas, aut, non mirum fuisse Cheruscos

concitari. 1, 77. *occisis non modo e plebe, sed militibus et centurione.* Hoc alterum maxime in considerationem venit.

Cic. p. Rabir. 5, 16. *carnifex vero et obductio capitis et nomen ipsum crucis absit non modo a corpore civium romanorum, sed etiam a cogitatione, oculis, auribus.* In his Spaldingius corpus putat maius quam cogitationem, quum tamen Cicero dicat, ne in cogitatione quidem crucis nomen decere cives romanos. Adscendit igitur oratio negativa. Div. in Caec. 18, 59. *quid habes, quod possis dicere, quam ob rem non modo mihi, sed cuiquam anteponare?* Liv. 27, 46, 8. *Nero non suadere modo, sed summa ope orare instituit.* Cic. p. Rabir. 5, 15. *quem non modo foro, sed etiam coelo hoc ac spiritu censoriae leges atque urbis domicilio carere voluerunt.* Non verum est, quod Spaldingius ait, forum maius et potius esse civi romano quam coelum patriae et spiritus, communia illa cunctis mortalibus. Vt foro uti posset Gracchus, vita erat opus. Liv. 26, 18, 9. *omnes non centuriae modo, sed etiam homines P. Scipioni imperium esse in Hispania iusserunt.* Cic. ad Fam. 1, 9, 23. *non modo praemiis, quae apud me minimum valent, sed ne periculis quidem, quibus tamen moventur etiam fortissimi viri, ad eorum caussam me adiungerem.*

16. Stürenburgius in notis ad Cic. p. Arch. p. 84. observasse sibi visus est unum fere Ciceronem dixisse *verum etiam* post *non modo* et *non solum*, non alios scriptores praeter Sallustium, qui uno in loco ita scripsisset: in oratione pro Archia habita saepius inveniri *verum* quam *sed*, quod casu esset factum, nisi quis contenderet, in hac oratione Ciceronem exquisitissima quaeque verba elegisse. At primum haec exempla non decet numero pensare: deinde mirum non videtur, quod verba *verum etiam* rarius dicantur quam *sed etiam*, siquidem singularis vis, quae in *verum* inest, non omnibus sententiis conveniat. Denique vereor, ne Cicero, si in vivis esset, ipse miraretur accidisse, ut in Bruto semel et vicies *sed etiam*, bis *verum etiam*, in oratione pro Archia hoc septies, illud bis tantum legeretur. Nec deerunt fortasse, qui inde concludant orationem istam non esse a Cicerone scriptam. Hoc unum constat *verum etiam* graviorem eamque oratoriam habere vim, ideoque abstinuisse ab hac dictione historicos Livium, Curtium, Tacitum. Ceterum rarissima sunt exempla verborum *verum ne — quidem.*

Stürenburgius apud Ciceronem invenit tria. p. Rosc. Am. 19, 54. ad Att. 1, 11. de Rep. 3, 30, 42.

Irrisione non erat coarguendus Cortius., qui in uno Sallustii loco Iug. 89, 4., in quo *verum etiam* legitur, ob codicum varietatem haec verba omisit. Apud Curtium 10, 3, 2. iam dudum interpolatio est perspecta.

Columell. 2, 15, 4. *ita non solum segetes lautas excitaret, verum etiam pulcherrimas vineas efficeret.*

17. Accedunt in altera parte aliae particulae *pene, prope, potius, multo magis,* et in restringenda sententia *vix, saltem.*

Cic. de Leg. 3, 18, 40. *actor enim moderatur et fingit non modo mentem ac voluntates, sed pene vultus eorum, apud quos agit.* de Orat. 2, 8, 10. *unum putasti satis esse non modo in una familia rhetorem, sed pene in tota civitate.*

Cic. Brut. 91, 316. *ita recepi me biennio post, non modo exercitatior, sed prope mutatus.* p. Rabir. 3, 8. Phil. 5, 3, 8.

Cic. de Am. 12, 43. *quare talis improborum consensio non modo excusatione amicitiae tegenda non est, sed potius omni supplicio vindicanda.*

Cic. Tusc. 2, 4, 11. *fortes enim non modo fortuna adiuvat, — sed multo magis ratio.*

Quintil. 1, 8, 4. *ut tenerae mentes — non modo quae diserta, sed vel magis quae honesta sunt, discant.*

Cic. ad Fam. 4, 1, 9. *itaque mihi venire in mentem nihil potest, non modo quid sperem, sed vix iam quid audeam optare.* Liv. 3, 6, 8. *ut non modo ad expeditiones —, sed vix ad quietas stationes viribus sufficerent.*

Boethius de Consol. 4. pros. 4. *at si ad hominum iudicia revertar, quis ille est, cui haec non credenda modo, sed saltem non audienda videantur?*

18. Non mutatur ratio universa, quando negatio ad verbum aut nomen prioris sententiae accedit et dicitur *non modo non — sed* vel *sed etiam.* Nam etiam in his *non modo* opinionem, quam quis prolaturus sit, tollit, eaque per *sed* remota, verum iudicium affertur. Omnes enim falluntur, qui *non* cum *non modo* coniungunt, nec negationem verbo aut nomini alicui adhaerere vident. His animadversis Putschius de via

decedere coactus est, ut diceret in verbis *non modo non — sed etiam* negari aliorum sententiam atque addi scriptoris sententiam graviorem illa. Vbi adest *etiam*, supponitur gravior aut maior res: ubi simplex *sed*, intelligitur *sed potius*, etiam extra gradationem. Tamen nihil obstat, quo minus *etiam* addatur in oratione ad ea descendente, quae ipsa viliora in peiorem partem plus valent. Cic. de Off. 1, 27, 71. *non modo non laudi, sed etiam vitio dandum puto.* Praeterea, si recte observavi, post *non modo non* numquam sequitur *verum*, non addito nomine *etiam*. Quando sequitur *ne — quidem*, rarius praecedit *non modo non*, nisi negatio verbis *nullum, nemo, nihil* exprimitur.

Quae Lindemannus ad Cic. Rhetor. p. 87. scripsit, fateor me non intelligere: nec satisfaciunt, quae Reisigius in Gramm. p. 435. docuit.

Cic. Div. in Caec. 9, 29. *M. Caecilium — non modo non adesse, — sed esse cum Verre.* de Lege agr. 2, 33, 90. *quibus omnibus domesticis externisque bellis Capua non modo non obfuit, sed opportunissimum se nobis praebuit.* p. Cluent. 66, 190. *non modo id non fecit, sed ab illo tempore nullum locum praetermisit, in quo non strueret insidias aliquas.* p. Flacc. 11, 25. Phil. 2, 8, 18.

Cic. p. Cluent. 20, 56. *hic tum Fabricius non modo ad me meos vicinos et amicos Aletrinates non adduxit, sed ipse iis neque defensoribus uti postea neque laudatoribus potuit.* Altera negatio non mutat rationem.

Cic. de Off. 1, 19, 62. *non modo enim id virtutis non est, sed est potius immanitatis.* de Orat. 3, 20, 75. de Nat. d. 3, 10, 26.

Cic. ad Att. 3, 15. *dies autem non modo non levat luctum hunc, sed etiam auget.* p. Sext. 14, 33. *quos legatos non modo nullo senatusconsulto, sed etiam repugnante senatu tute tibi legasti.*

Cic. in Verr. 1, 18, 46. *tum subito tempestates coortae sunt maximae, ut non modo proficisci, quum cuperet, Dolabella non posset, sed vix in oppido consisteret.* p. Coel. 7, 15. p. Sulla 4, 12.

Cic. ad Fam. 10, 10, 3. *cuius rei non modo non praeteriit tempus, sed ne maturum quidem etiamnum — fuit.*

Cic. p. Rosc. Am. 47, 138. *non modo non laedetur causa nobilitatis, si istis hominibus resistetis, verum etiam ornabitur. in*

Verr. 4, 59, 133. *quae non modo non venditabant, quum iudicia fiebant, verum etiam coemebant.* de Off. 2, 18, 45. 1, 21, 71. ad Fam. 6, 4, 15. *in quo non modo dolor nullus, verum finis etiam doloris futurus sit.* 15, 6, 3.

19. Longum est narrare, quantum operae consumserint viri docti in constituenda ratione, qua Latini *non modo* pro *non modo non* dixisse visi sunt. Alii enim collegerunt exempla, nec tamen distinxerunt eorum genera diversa: alii quaestionem, quae admodum simplex est, in varias opiniones distraxerunt: omnes vere in eo errarunt, quod latinum usum verborumque vim non ipsam considerabant, sed ex comparatione recentiorum linguarum non pauca petebant, quae ab antiquitatis usu abhorrebant. Sed ne ego videar non legisse, quae ante me scripta sint, nomina grammaticorum apponam de hac re disserentium. Usum loquendi in verbis *non modo* pro *non modo non* ante *ne quidem* positis exemplis declararunt Rhenanus ad Liv. 4, 8, 11. Bosius ad Cic. Epist. ad Att. 14, 5. Graevius ad Cic. Phil. 8, 13. ad Att. 2, 1. et 4. 2. Berneccerus et Vortius ad Iustin. 2, 1, 6. Davisius ad Caes. Gall. 8, 34. Clarkius et Oudendorp. ad 2, 17. Muretus Var. Lect. 10, 7. graecum usum verborum οὐχ ὅτι contulit. Cf. Schwarz. ad Plin. Paneg. p. 40. Negavit *non* omitti posse Vossius ad Caes. Gall. 8, 34. eumque refutavit Bunemann. ad Lactant. Epit. 32, 3. Drakenborchius quum ad Liv. 4, 21, 6. negasset *non* in priori membro sententiae omitti posse, nisi in altero sequeretur negatio, ad libr. 25, 26, 10. notavit locos, in quibus nulla nest negatio. Graeca comparans demonstravit Manutius ad Cic. Epist. 1, 9. *non modo* dici pro *nedum.* Ochsnerus in Eclog. Cic. p. 331 et p. 481. et poni posse illud, de quo loquimur, *non* et omitti concedens, utrum scriptores fecerint, id codicum auctoritate constitui putat, sed ubi libri differant, praestare eos, qui non habeant *non:* nam Graecis et Romanis placuisse priorem sententiae partem non plenam verbis in altera parte collocatis supplere: Matthiae de Anacoluthis in Wolfii Analectis 3. p. 4. cum Perizonio (ad Sanctii Min. p. 293. T. 2.) et cum Gesnero (ad Quintil. 11, 1, 2.) *non* post *non modo*, si sequatur *ne — quidem*, omitti posse, nec tamen omitti debere. Sed Moserus ad Cic. de Rep. p. 251. Reisigius in Gramm. p. 437. conditionem addunt omissionis hanc: tum tantum eam admitti, quum

ne — quidem sequatur: Rosenheynius in Seebodii No Prompt. 2, 2. p. 84. omissae negationis supplementu ex altera, quae sequatur, enuntiationis parte attrahi poss existimat, si prior pars non plena nitatur in verbo al terius partis: ubi vero utraque pars suum habeat ver bum, aut verbum in priori parte praecedat, dici deber *non modo non.* Quae sententia plurimis placuit, etian Henr. Meyero ad Cic. Orat. 2, 5. qui negat Ciceronen ad Att. 10, 8. scribere potuisse *regnum non modo ro mano homini tolerabile, sed ne Persae quidem cui quam ferendum*, aut *regnum non modo non roman homini, sed ne Persae quidem cuiquam tolerabile* Tamen legitur apud Cic. p. Mur. 3, 8. *atque hoc no modo non laudari, sed ne concedi quidem potest.* i Verr. 3, 48, 114. *multis autem non modo granum nul lum, sed ne paleae quidem ex omni fructu — relin querentur.* Et apud Livium 4, 3, 10. *Numam Pompi lium non modo non patricium, sed ne civem quidem romanum — regnasse.* Cic. ad Fam. 10, 10, 3. vd. p. 290 Etiam Antonius in Excursu Orat. Catilin. Ciceroni addito p. 76. loquitur de *non* altero tum omittendo, quum negatio aliunde intelligatur atque praedicatum utriusque propositionis idem sit et cum negatione vel sequatur vel praecedat. Weissenbornius in Grammat. p. 378. ubi docuit per *non modo* rem minorem cum graviori componi, pergit, saepe fieri, ut *non* totam sententiam neget, in qua *modo* rem minorem esse significet: si autem dicatur *non modo non*, priorem rem, quae absit, non parvi momenti, alteram maioris esse momenti videri: unde fortasse aliquis colliget, *non modo* partim minorem, partim maiorem rem indicare. Etiam Kühnerus ad Cic. Tusc. 1, 36, 87. cum Beiero ad Cic. de Off. p. 167 *non modo non* dici existimant, quando maior atque gravior res minori praecedat: ipse tamen ille affert Cic. de Inv. 1, 55, 108. *non modo id non adeptus esse, sed in summas miserias incidisse.* Lindemannus de Adverbio IV. p. 19. miram proposuit explicationem: *non modo non* dici ut *non tantum non*, sed *non modo*, dempta altera negatione, significare *nunc non.* Klotzius ad Cic. Tusc. p. 123. quum in hac dictione aliquod anacoluthi genus statuisset, p. 191. nisi fallor, ad eam viam, qua ego ingredi soleo, rediit, tamen in eo discedens, quod *modo* pro *solum* accepit, reddens per *nur.* Etiam Hottin-

gerus ad Cic. de Div. 1, 55. si tenuisset, quod dixerat, negationem nullam esse omissam, nec orationem esse supplendam, veritatem rei assequutus esset. Nulla enim est ellipsis, numquam *non modo* pro *non modo non* licitur, nec mutatur ratio, quando sententia in negationem exit. *Non* enim aut ad verbum aut ad nomen aliquod pertinet.

Per verba *non modo*, ut expositum est, removetur cogitatio, quam quis interponere possit, atque hoc referri potest aut ad notionem universam aut ad rem iam negatam. Cic. de Sen. 16, 57. *ad quem fruendum non modo non retardat, verum etiam invitat atque allectat enectus.* Ita vulgo legitur. Sed codices duo oxon. revir. et codices Nonii Marc. (2, 68. et 4, 232) habent *non modo retardat.* (Vid. Cort. ad Plin. Epist. 8, 7.) Hoc removet universam retardandi notionem (*von welchem nicht eben zurückhält, sondern vielmehr* etc. sive *abgesehen vom Zurückhalten*): illud retardationem iam negatam (*von welchem nicht eben nicht abhält*, sive *abgesehen von dem daſs nicht abhält*). Librarii in his saepe *non* temere adiecerunt. Cic. ad Att. 2, 1. *rescripsit — Posidonius, se non modo excitatum esse ad scribendum, sed etiam plane deterritum.* Ita Bosius, ut videtur, e suis codicibus: quod Orellius affert in meliceo libro legi *non excitatum*, ex silentio Furiae sumptum, nescio an non magnam habeat auctoritatem. Utrumque tamen dici poterat. Vbi vero ex sententiae ratione negatio maiori vi intendenda est, verbum ponitur cum negatione: unde efficitur, quod viri docti bene observarunt, ut *non modo non* fere dicatur, quando prior pars enuntiationis per se constet et proprium habeat verbum, *non modo* autem, quando utrique parti commune sit unum verbum. Vis orationis est caussa, non duplex verbum.

Cic. de Off. 3, 18, 74. *qui non modo non repellit, sed etiam adiuvat iniuriam.* Alia vide p. 290.

Cic. de Div. 1, 55, 124. *probandum satis est non modo plura, sed etiam pauciora divine praesensa et praedicta reperiri.* p. Sulla 2, 7. *statuerant tantum illud esse maleficium, quod non modo non occultari per se, sed etiam aperiri illustrarique deberet.* Vnus codex omittit *non*, et recte quidem in hoc unius verbi complexu. Varro de Lat. ling. 8, 2. *nunc iam primum*

dicam pro universa analogia, cur non modo videatur esse reprehendenda, sed etiam cur in usu quodam modo sequenda.

Graecorum usum in verbis *οὐχ ὅτι, οὐχ οἷον* optime declaravit Hermannus in Vigeri libro p. 790. Iacobo, qui in Luciani Toxar. 26. praeceptum grammaticorum supra expositum ad Graecos retulerat, obloquutus est Vir doctus in Ephemerid. Lipsiens. a. 1828. n. 170. allatis exemplis Xenoph. Anab. 7, 7, 8. Cyrop. 8, 2, 12.

20. Haec omnia etiam de sententiis sunt statuenda, quae in posteriore parte negationem habent, sive per *non* expressam, sive cum quadam gradatione per *ne — quidem*. Nam in iis quoque post *non modo* negatio non ponitur, nisi verbum adest priori parti proprium, ita ut utraque pars in se constet: alioquin extremo verbo nititur universa sententia.

Cic. in Catil. 1, 3, 8. *nihil agis — quod ego non modo non audiam, sed etiam non videam.* i. e. nihil, quod non dico me non audire, sed quod ego non videam. Haec sunt integerrima verba, ab interpretibus temere in suspicionem vocata.

Cic. Acad. 2, 19, 62. *quod non modo recte fieri, sed omnino fieri non potest.* ad Fam. 12, 19, 1. *non modo tibi, cui nostra omnia notissima sunt, sed neminem in populo romano arbitror esse, cui sit ignota ea familiaritas.*

Cic. p. Sulla 18, 50. *ego autem non modo tibi non irascor, sed ne reprehendo quidem factum tuum.* ad Fam. 10, 10, 4. *cuius rei non modo non praeteriit tempus, sed ne maturum quidem etiamnunc — fuit.*

Cic. ad Fam. 13, 29, 10. *itaque abdidit se in intimam Macedoniam quo potuit longissime a castris, non modo ut non praesset ulli negotio, sed etiam ut ne interesset quidem.*

Cic. ad Fam. 1, 9, 6. *nullam sibi in posterum non modo dignitatis, sed ne libertatis quidem partem reliquit.* de Sen. 11, 34. *itaque non modo quod non possumus, sed ne quantum possumus quidem, cogimur.* in Verr. 1, 38, 98. *non modo proditori, sed ne perfugae quidem locus in meis castris cuiquam fuit.* 5, 51, 133. *ea est enim ratio instructarum ornatarumque navium, ut non modo plures, sed ne singuli quidem possint accedere.* ad Att. 11, 24. *mihi non modo irasci, gravissima iniuria acceptа, sed ne dolere quidem impune licet.* 15, 26. Caesar. B. gall. 3, 4. 2, 17. 8, 33. Alia apud Beierum ad Off. Tom. 2. p. 882.

Liv. 34, 39, 2. *nam propter angustias loci confertamque turbam non modo ad emittenda cum procursu — spatium habebant, sed ne ut de gradu quidem libero ac stabili conarentur.* Alia Drakenb. ad 25, 26, 10.

Inverso ordine unum verbum priori loco ponitur apud Cic. ad Att. 10, 4. *horum ego summorum imperatorum non modo res gestas non antepono meis, sed ne fortunam quidem ipsam.* 1, 11. *non modo eam voluntatem eius, quae fuerat erga te, recuperare non potui, verum ne caussam quidem elicere immutatae voluntatis.*

Reisigius de veritate suae argumentationis dubitare debebat, quum locum Cic. p. Coel. 10, 23. corruptum esse censuisset. Cicero dicit: *huic oberit tuum maledictum, qui istius facti non modo suspicione, sed ne infamia quidem est adspersus?* i. e. non dicam suspicione hominum istiorum, sed ne malo quidem rumore adspersus.

De eo, quod dicitur *non modo — sed nec*, ne accipiamus nec pro *ne — quidem*, monuit Beneckius ad Iustin. II, 8, 4. *ut — non spes modo remedii, sed nec dilatio periculi inveniretur. Nec* est *etiam non:* de loco Livii 31, 22, 7. vide p. 166.

Cic. p. Sulla 9, 26. *quid? si me non modo rerum gestarum vacatio, sed neque honoris neque aetatis excusatio vindicat a labore?*

21. Saepe priorem negationem praestant verba *ullus, nihil, nemo*, etiam mutato ordine partium enuntiationis. Ambigua, quae ad negationem vergit, natura vocabulorum *quisquam et ullus* etiam in his formulis apparet.

Cic. ad Fam. 4, 13, 10. *nunc non modo agendi rationem nullam habeo, sed ne cogitandi quidem.* Manutius in verbis eiusdem epistolae: *non modo certa res nulla, sed ne genus quidem litterarum usitatum veniebat in mentem:* scripsit *res ulla*, auctoritate sex codicum, explicans *sedum res ulla.* p. Sext. 14, 35. p. Balbo 10, 26. Alia apud Beierum in not. ad Cic. Off. p. 382. Tom. 2.

Cic. p. Mil. 6, 15. *mihi vero Cn. Pompeius non modo nihil gravius contra Milonem iudicasse, sed etiam statuisse videtur.* p. Coel. 1, 2. Varro de Ling. lat. 8, 13.

Cic. de Nat. d. 1, 36, 101. *vestrorum deorum non modo beneficium nullum exstare, sed ne factum quidem omnino.* Verr. 6,

22, 48. dubia est scriptura. p. Cluent. 66, 190. ad Fam. 4, 13, 10. 12, 24, 1.

Cic. p. Rosc. Am. 29, 79. *ego contra ostendo, non modo nihil eorum fecisse Sex. Roscium, sed ne potuisse quidem facere.* de Nat. d. 2, 7, 18. Verr. 2, 49, 121. Tusc. 1, 23, 55.

Cic. Verr. 1, 43, 111. *non modo nemo edixit, sed ne metuit quidem quisquam, ne quis ediceret.* 2, 46, 113. ad Att. 5, 10. *non modo nemo, sed ne rumor quidem quisquam.* Cornel. Phoc. 2, 5.

Cic. Verr. 1, 25, 64. *quod non modo ipse numquam viderat, sed ne audierat quidem ab eo, qui ipse vidisset.* Div. in Caec. 12, 40.

Cic. de Leg. 3, 9, 21. *quem quum homines scelerati ac perditi non modo ulla in domo, sed nulla in gente reperirent.* Liv. 24, 40, 12. *inde tantus terror pavorque omnes occupavit, ut non modo alius quisquam arma caperet, — sed etiam ipse rex — prope feminudus fugiens — ad flumen navesque perfugerit.* Antonius miro errore Livium existimat per festiuationem vitiose scripsisse. 5, 38, 9. 22, 28, 5. *ager — inutilis insidiatori, quia non modo silvestre quidquam, sed ne vepribus quidem vestitum habebat.*

22. De interrogatione, quae ad negandam rem spectat, Reisigius p. 437. monet, post *non modo* sequi *sed* vel *verum*, non *sed ne quidem* propterea, quod altera negatio iam interrogando praesumatur, veluti Cic. in Cat. 1, 3, 7. *num me fefellit, Catilina, non modo res tanta, tam atrox, tam incredibilis, verum, id quod multo magis est admirandum, dies?* quae in recta oratione essent *non modo res tanta me fefellit, sed ne dies quidem.* Atque hoc commune est omnibus interrogationibus, in quibus ad duplicem, quae inest, negationem accedere non potest tertia.

Cic. Tusc. 2, 5, 14. *quae ut effugias, quis est non modo recusandus, sed non ultro appetendus, subeundus, excipiendus dolor?* de Nat. d. 1, 22, 61. *Epicurus vero tuus — quid dicit, quod non modo philosophia dignum esset, sed mediocri prudentia?*

23. Ordo verborum potest ob vim dicendi mutari. Dicunt enim *etiam — non modo, ne quidem — non modo, vix — non modo* atque in hac collocatione vocabula *non modo* accedunt ad significationem verbi *ne-*

um. Vd. Markland's Remarks on the Epistles of Cicero to Brutus p. 107.

Cic. ad Att. 8, 12. *nihil praetermissum est, quod non habeat sapientem excusationem, non modo probabilem.*

Cic. ad Fam. 4, 14, 3. *quum secundas etiam res nostras, non modo adversas pertimescebam.* de Off. 3, 19, 77. Trebon. ad Cic. 12, 16, 2. Liv. 21, 54, 3. *ut et numero etiam, non animis modo valeatis, singulis vobis novenos — eligite.* Vallae Elegant. 2, 18.

Liv. 5, 48, 7. *postremo spe quoque iam, non solum cibo deficiente.* 9, 38, 12. Curt. 7, 2, 6. ubi Mützel. p. 610 alia.

Cic. ad Att. 14, 19. *cui facile persuasi, mihi id, quod rogaret, ne licere quidem, non modo non lubere.* Tusc. 1, 38, 92. *ne sues quidem id velint, non modo ipse.* Haec Klotzius ita explicat, ut ex verbis *ne — quidem velint* ad alteram partem sententiae transducatur *nolit.* Id cur non necessarium sit, antea exposui. Est, ne dicam. ad Fam. 4, 14, 3. Liv. 22, 54, 3. 24, 13, 7. 25, 15, 2. ubi Drakenb. Iustin. 9, 2, 6.

Plin. Hist. n. 15, 9, 9. *reliqui arborum fructus vix specie figurave, non modo saporibus — enumerari queunt.* 17, 20, 34.

24. Ne quid in his formulis omittamus, scriptores erioris aetatis dixerunt *non modo — etiam* omissa paricula opp[illegible]va. Antiquiores autem ita usurpabant erba *non[illegible]o*, ut interiecta viderentur, et oratio pergeret non posito *sed*. Haec est oratoria forma dictionis poetis communis, non, ut Passovio ad Tacit. Germ. 10. est visum, cuicumque dicendi generi conveniens.

Tacit. Ann. 3, 19. *is finis fuit ulciscenda Germanici morte non modo apud illos homines, qui tum agebant, etiam secutis temporibus vario rumore iactata.* 4, 35.

Liv. 22, 25, 7. *itaque, hercule, non Samnium modo, quo iam — Poenis concessum sit, et campanum, calenumque et falernum agros pervastatos esse.* Nam ex his non pendent ea, quae sequuntur *exercitum cupientem* etc. quemadmodum Drakenborchius existimavit. 28, 39, 11. *Turdetaniam — ita bello afflixit, ut non modo nobis, (absit verbo invidia) ne posteris quidem timenda nostris esset.* ubi Drakenb.

Calpurn. 7, 64. *non solum nobis silvestria cernere monstra contigit: aequoreos ego cum certantibus ursis spectavi vitulos.*

25. Nec negligentiori nec ineleganti usui tribuendum videtur, quod Latini Graecos imitantes verba *sed etiam*, *verum etiam* dixerunt, non praemissis vocabulis *non modo*, *non modo non*, sed simplici *non*. Graecum usum multis exemplis illustrarunt Davisius ad Cic. de Nat. d. 2, 65. Arntzenius ad Plin. Paneg. 8, 1. et ii, quos laudat Schaeferus in Bosii Ellips. p. 509. In plurimis locis variant codices ita, ut Orellius existimaret illa verba per compendium scripta a librariis esse omissa: quam eamdem sententiam defendit Zumptius ad Cic. Verrin. p. 426. et p. 798. Victorius, Ant. Augustinus (Emendat. 2, 1.), Cuiacius (Observ. 9, 17. 14, 11.), Scaliger (ad Varr. de Re r. 3, 9.), Dukerus (ad Flor. 2, 2, 20.), Drakenborchius ad Liv. 28, 11, 14. 19, 13.), Garatonius (ad Phil. 13, 8. ad Verrin. 3, 1. ad Planc. 2.) non dubitarunt de integritate dictionis. Sed duo sunt genera, duae eorum species. Nam aut negativae sententiae admiltunt, quod mente substituatur explicationis caussa, *modo non*, aut affirmativae *non modo*: tum *etiam* aut significat *adeo* sive *potius* aut *praetereu*. Etiam *ne quidem* sequitur. Id tamen certissimum videtur in ipso sermone nihil omnino omissum esse. Graeci non aliter. Luciani Iud. vocal. 8. *δίκαιον οὖν οὐχ ὑμᾶς, οἳ δικάζετε νῦν, ἀλλὰ καὶ τὰ λοιπὰ γράμματα τῆς πείρας ἔχειν τινὰ φυλακήν*. Plurima exempla in epistolis reperiuntur. Sed locos a Victorio et Malaspina allatos percensuit criticus in Miscell. Observ. [illegible], p. 429. Vbi post *non* simplex *sed* sequatur, nihil [illegible] omissum, non iterum explicabo. Cf. Misc. Observ. T. 6, p. 573. Parei Mantissa p. 22. Tamen id addendum est *non — sed* interdum ita dici, ut prior pars non tam negetur, quam altera prae illa affirmetur et idem significetur, quod verbis *non tam — quam*. Vd. Heusinger. Emendat. p. 77. contra Bünemannum. Kritzius ad Vellei. 2, 22, 2. prius enuntiatum putat ita negari, ut sententia sit, quia res eo contenta per se intelligatur, non multum ei tribui, illud autem, quod gravius est, leviori ut cumulus adiiciatur. Attamen haec non exprimuntur particulis, quae adsunt, nec *etiam* semper habet vim illam maiorem.

Consentiunt libri in his locis, in quibus recta est oppositio: Cic. ad Att. 6, 2. *hominis non nequam, sed etiam tuo iudicio probati.* p. Balbo 4, 10. *cui senatus populusque romanus amplissimae dignitatis praemia dedit, non postulanti imperia, verum*

etiam recusanti. p. Rosc. Am. 40, 118. *quod ita promptum et propositum est, ut non ex illis maleficiis, quae in illo constant esse, hoc intelligatur, verum et hoc etiam, si quod illorum forte dubitabitur, convincatur.* ad Herenn. 4, 23, 33. *non potest dici, sed etiam a necessariis omnibus exheredatus est.*

Boni libri praebent Acad. 2, 2, 7. *qui mihi videntur non vivis, sed etiam mortuis invidere.* ad Herenn. 4, 14, 20. *traductio est, quae facit, ut, quum idem verbum crebrius ponatur, non offendat animum, sed etiam concinniorem orationem reddat.* Liv. 28, 11, 14. *ita ut non praeda, sed armati quoque in periculo fuerint.* Plin. Pan. 8, 1. *sedulo ergo vitavit hunc casum, nec iudicia hominum, sed deorum etiam in consilium assumsit.*

Critici nihil mutarunt, nec sine causa, apud Cic. Phil. 13, 8, 18. *Brundisii in sinu non modo avarissimae, sed etiam crudelissimae uxoris delectos Martiae legionis centuriones trucidavit.* de Nat. d. 2, 64, 162. in Verr. 4, 61, 136. Apud Cic. Verr. 3, 1, 1. sententiae structura servari iubet verba *non solum, sed etiam.* Dubia est scriptura in Flori 2, 2, 20.

Cic. ad Att. 3, 15. *hic mihi primum meum consilium defuit: sed etiam obfuit.* quae cur cum Orellio mutemus, non video. 4, 16. *amisimus — omnem succum ac sanguinem, sed etiam colorem et speciem pristinam civitatis.* Illud quod addiderunt *non modo* in hac oratione languet. ad Att. 5, 21. *certum hominem, sed mirifice etiam abstinentem.* ad Fam. 13, 64, 8. ad Fratr. 1, 1, 44.

Cic. ad Att. 9, 13. *nec interim potest quidquam statui, sed ne cogitari quidem.* Ita cod. medic. antequam aliquis supra scripserat *non modo.* Columell. 12, 53 (51), 1. *aromata non cribrata, sed ne minute quidem contusa, verum leviter confracta — adiici.*

In Cic. p. Sext. 15, 35. *et* non pro *etiam* accipi posse nemo non videt. Librariorum errores notavit Orellius ad Cic. Orat. 68, 227.

Cic. ad Att. 10, 16. *tu quoniam quartana cares et novum morbum removisti, sed etiam gravedinem, te vegetum nobis in Graecia siste.* Miror criticos, qui credunt, Ciceronem scribere potuisse *non modo novum morbum — sed etiam gravedinem.* Illa verba *sed etiam gravedinem* adiecta sunt tamquam in parenthesi.

26. Hinc critici eo progressi sunt, ut in eumdem modum etiam dici posse docerent *non — quoque.* Vide

Duker. ad Flor. 2, 2, 20. Drakenborch. ad Liv. 28, 11, 14. Kritzium l. l. At particula *quoque*, quae aequalia componit, prorsus abhorret ab illa inaequalium comparatione. Nec ullus locus documentum suppeditat firmum. Nam apud Livium in verbis 28, 11, 14. *turbati sunt ita, ut non praeda, sed armati quoque in periculo fuerint*, Crevierus, ut multa alia, bene perspexit alteram scripturam *non praeda tantum* necessariam esse. Oblitterari potuit *tantum* etiam in bonis libris. In Flori 2, 2, 20. cur non recipiatur, quod in codicibus legitur: *nec cum hominibus modo*, nulla est caussa. Vellei. Pat. 2, 22, 2. *neque licentia gladiorum in mediocris saevitum, sed excelsissimi quoque et eminentissimi civitatis viri variis suppliciorum generibus affecti. Quoque* non admittit sententia. Scripsit Velleius *quique*, nec demonstrari poterit, eum ab hoc usu vocabuli *quique* abstinere debuisse. Alia est ratio in verbis *non modo — sed quoque.*

27. Grammatici nostri omnia, quae de vocabulis *non modo* praecipiunt, item ad verba *non solum, non tantum* transferre solent, etiamsi haec ab illis plane differunt. Nam quum positis verbis *solum* et *tantum* in his formulis significetur praeter unam rem etiam aliam accedere aut in considerationem venire, necessarium videtur, ut in altera sententiae parte *sed etiam* s. *verum etiam* dicatur. Tamen recte dicitur simplex *sed* in adscendente oratione, ut sit *sed potius, sondern vielmehr*, aut pro *sed adeo* ponitur, atque idem significat, quod *sed etiam*. Hinc factum est, ut Paldamus ad Sueton. Iul. 14. caussam huius dictionis in studio brevitatis quaereret. De Graecorum usu monuit Hermannus ad Viger. n. 319. b. Verum sensere Wagnerus ad Virgil. Ecl. 5, 48. et Beneckius in notis ad Iustin. 1, 8, 14. reprehensus tamen hic a Putschio in Iahnii Nov. Annal. 17. p. 371. qui negat *etiam* poni posse, quando altera res, quae dicitur, priorem simul complectatur tamquam partem aliquam: de quo supra diximus. Ceterum adverbium *solum* commutatur interdum in adiectivum: Cic. p. Caec. 15, 42. *non ea sola vis est, quae ad corpus nostrum vitamque pervenit, sed etiam multo maior ea, quae* etc.

Cic. p. Mil. 24, 66. *cavebat magis Pompeius quam timebat non ea solum, quae timenda erant, sed omnino omnia, ne aliquid*

vos timeretis. de Leg. 1, 16, 44. *nec solum has et iniurias natura diiudicantur, sed omnino omnia honesta ac turpia.* ad Fam. 5, 21, 13. *hanc non solum adversam, sed funditus eversam fortunam fortiter ferre debemus.* Lambinus addidit *etiam*, quod habet edit. cratandrina: male quidem. de Orat. 2, 46, 190. *quum agitur non solum ingenii nostri existimatio, — sed alia sunt maiora multo, fides, officium.* Orat. 72, 236. *qui non approbationes solum, sed admirationes, clamores — movere debet.* 1, 8, 30. *magis utrumque collaudandum videri, quod tantam iam essent facultatem adepti, ut non aequalibus solum anteponerentur, sed cum maioribus natu compararentur.* i. e. sed etiam, sed adeo. p. Caec. 15, 43. Orat. 71, 236. p. Redit. 4, 10. Liv. 3, 17, 4. Iustin. 1, 8, 14. *Cyrus — non initio tantum, sed continuo totius temporis successu admirabiliter insignis.* Ovid. Her. 10, 79. Liv. 25, 34, 4. Sueton. Caes. 60. Aug. 60. 88. Cf. Cort. ad Sallust. Cat. 18, 7.

Cic. ad Fam. 1, 8, 1. *qui non solum interfuit his rebus, sed etiam praefuit.* in Pis. 5, 11. *omnibus consiliis, quae ad me opprimendum parabantur, non interfuisti solum, verum etiam crudelissime praefuisti.* At ad Fam. 1, 6, 1. *qui omnibus negotiis non interfuit solum, sed praefuit.* ubi Lambinus scripsit *sed et praefuit.* Putschius existimat his verbis indicari, Pollionem omnibus rebus interfuisse, sed aliquibus tantum praefuisse: quod non in verbis inest. *Sed est sed potius.* Cic. ad Fam. 4, 6, 4. *me autem non oratio tua solum et societas pene aegritudinis, sed etiam auctoritas consolatur.* Sunt codices, qui non habent *etiam*, quod immerito critici neglexerunt. Vide de Off. 1, 28, 99. ibique Gernhard.

28. Vt appareat, in quibus formis haec vocabula servato suo significatu conveniant cum verbis *non modo*, apponamus cuiusvis generis nonnulla exempla.

Liv. 2, 2, 6. 3, 8, 3. *iam satis valida civitate, ut non solum arcere bellum, sed ultro etiam inferre posset.* 1, 22, 2. Sequitur *omnino* apud Cic. de Leg. 1, 16, 44. vd. n. 27.

Cic. de Orat. 3, 25, 100. *in scriptis et in dictis non aurium solum, sed animi iudicio etiam magis infucata vitia noscuntur.* 2, 47, 197. *non oratione solum, sed etiam multo magis vi et dolore et ardore animi concitaras.* ad Fam. 4, 3, 3.

Cic. ad Quint. fr. 2, 12. *neque solum illud extorsi oppidulum, quod erat in Euphrate et Zeugmate, sed praeterea togam suam eius praetextam — cavillatus.*

Cic. ad Att. 2, 6. *istic non solum non licet, sed etiam taedet.* p. Mur. 39, 84. Cornel. Phoc. 2, 3. Columell. 7, 12, 2. *id-*

quo non solum nihil agricolam iuvat, sed et avocat desidemque ab opere suo reddit.

Quintil. 4. Procem. 4. *quodsi nemo miratur poetas maximos saepe fecisse, ut non solum initiis operum suorum Musas invocarent, sed provecti quoque longius — repeterent vota.* Liv. 2, 11, 3.

Recte observarunt grammatici a scriptoribus aurei saeculi dici *non modo — sed et*, non dici *non solum — sed et*. Haec leguntur apud Columellam 1, 9, 4. 9, 5, 6. 7, 12, 2.

Si exempla, in quibus *non solum — sed* legitur, p. 301. comparaveris, concedes non malam esse scripturam apud Cic. p. Deiot. 9, 27. *cum hominibus nostris consuetudines, amicitias, res rationesque iungebat, ut non solum tetrarcha nobilis, sed optimus paterfamilias — haberetur.* Aliter visum est Soltano.

Palladius 4, 7. *quod — faciendum est, non solum propter herbas, sed ne tenera adhuc semina solidata terra constringat.* Caes. B. gall. 6, 11. *in Gallia non solum in omnibus civitatibus atque in omnibus pagis partibusque, sed pene etiam in singulis domibus factiones sunt.* Cic. p. Mil. 24, 64. *haec non delata solum, sed pene credita.* Caes. B. civ. 3, 32. B. gall. 1, 20. Cic. in Verr. 4, 31, 69. *non iudicis solum severitatem in hoc crimine, sed prope inimici — vim suscipere debes.* de Orat. 2, 62, 252. *non solum non foro digna, sed vix convivio liberorum.*

Cic. p. Sulla 3, 10. *videor enim non solum studium ad defendendas causas, verum opinionis aliquid et auctoritatis afferre.* Cic. in Catil. 1, 10, 26. *iacere humi non modo ad obsidendum stuprum, verum etiam ad facinus obeundum: vigilare non solum insidiantem somno maritorum, verum etiam bonis occisorum.* Orat. 15, 48. de Nat. d. 1, 22, 60. Sueton. Vitell. 5. *non solum honoribus, verum et sacerdotiis amplissimis auctus.*

Inverso ordine Cic. ad Att. 2, 21. *ut ipse etiam sibi, non iis solum, qui aderant, displicebat.* Liv. 24, 3, 6. *inclitum templum divitiis etiam, non tantum sanctitate fuit.* 3, 7, 4. Cic. de Inv. 2, 46, 137. *ut sententia quoque et voluntate scriptoris, non ipsa solum scripturae causa confirmatum esse videatur.* Liv. 45, 39, 10. *diis quoque enim, non solum hominibus debetur.* 5, 48, 7. Iustin. 2, 10, 9. ubi Beneckius.

Oppositum non verbis significatur, sed collocatione in his: Cic. ad Fam. 12, 30, 8. *vultus mehercule tuos mihi expressit omnes, non solum animum ac verba pertulit.* de Off. 1, 5, 17.

Phil. 2, 5, 11. ad Fam. 14, 14, 1. Omittuntur in altera parte particulae. Calpurn. 7, 64. ubi Burmann. et ad Phaedr. Prol. libri 1, 6.

29. Mirari licet Spaldingii praeceptum, quo in Museo antiquitatis p. 73. docuit apud Ciceronem post *non solum* nusquam legi *ne quidem*. Ipse scilicet in notis ad Quintil. 11, 1, 56. postea professus est aliqua exempla inveniri. At exstant sat multa. Immo etiam haec vocabula, sicuti *non modo*, ita usurpantur, ut intelligamus: non solum id dico, sed ne hoc quidem.

Cic. Verr. 3, 97, 225. *atque isto praetore, iudices, non solum aestimandi frumenti modus non fuit, sed ne imperandi quidem.* de Am. 18, 64. *non solum ab aliquo allatas criminationes repellere, sed ne ipsum quidem esse suspiciosum.* Varro de ling. lat. 8, 36. *quare non solum in vocabulis litterarum haec non requirenda analogia, sed ne in syllabis quidem ulla.*

Cic. ad Att. 9, 10. *quum me aegritudo non solum somno privaret, verum ne vigilare quidem sine summo dolore pateretur.*

Cic. p. Coel. 17, 40. *verum haec genera virtutum non solum in moribus nostris, sed vix iam in libris reperiuntur.* in Pis. 10, 23. *quum — senatui non solum iuvare rem publicam, sed ne lugere quidem liceret.* de Orat. 1, 46, 203. *neque solum inscitiam meam, sed ne rerum quidem magnitudinem perspicit.* Liv. 5, 42, 3. 5, 47, 3. Quintil. 11, 1, 56. Cornel. Iphicr. 1, 1.

Locus est Cic. de Senect. 20, 74. in quo semel posito non *solum*, in aliis multis membris sententiae simplex negatio repetitur.

30. F. A. Wolfius ad Cic. Orat. p. red. 5, 12. „saepe accidisse, inquit, huic scriptori, ut ubi particulas istas poneret *non solum, verum etiam* in altero membro aut minus quiddam adiiceret, aut omnino nihil, quum aliquid magnum adiecisse videri vellet.“ Quibus omnino iniuriam fecit oratori. Tamen ei assentitur Reisigius in Gramm. p. 438. Potest oratio ad minora descendere, praesertim si verbum notionem exprimit negativam: quo fit, ut contraria exsistat ratio. Sententia enim haec est: non sola res quae maior est in considerationem venit, sed etiam minor res. Itaque recte dixit ille orator: *cincinnatus galeo non solum*

civium lacrimas, verum etiam patriae preces repudiavit. p. Domo 8, 6. *veni non solum sine ullis copiis ac manu, verum etiam cum paucis amicis.* i. e. cum non multis. Neque vero opus est ea subtilitate, qua Spaldingius in Mus. Antiq. 1, 71. sicubi transitus ad minorem rem fiat, attendendum esse ait, maiora minoribus contineri simulque cum iisdem tribui unicuique, de qua agatur, rei vel personae. Etiam minora possunt accedere ad maiora.

Neque reprehendi debebant haec ad Quirit. 7, 17. *audistis eo tempore clarissimi viri non solum auctoritatem, sed etiam testimonium L. Gellii.* neque ea quae c. 2, 4. leguntur.

Cic. p. C. Rabir. 5, 16. *harum enim omnium rerum non solum eventus atque perpessio, sed etiam conditio, exspectatio, mentio ipsa denique indigna cive romano atque homine libero est.* p. Marc. 10, 32. *restat, ut omnes unum velint, qui modo habent aliquid non solum sapientiae, sed etiam sanitatis.* Quod Reisigius efflagitat, invenit Haasius in cod. trevir. *qui habent aliquid non sapientiae modo* etc. Tamen etiam vulgata defendi poterit scriptura: est enim, non solum dico sapientiam, sed etiam sanitatem.

31. In usu verborum *non tantum — sed etiam* quum omnis vis et proprietas ad naturam vocabuli *tantum* referri debeat, de eo dicam, ubi huius naturam explicavero.

32. Restat, ut de ordine verborum in his formulis dicam. Atque ex locis allatis colligitur non sine iusta caussa negationem aut cum altera particula coniungi, aut interposito alio nomine seiungi ab ea. Illud naturali negationis nexu, hoc autem per inversionem, qua maior potestas vocabulo interiecto tribuatur, fieri docent grammatici. Quod non omnino verum mihi videtur esse. Nam in *non modo, non solum* accedit negatio iam restricta ad sententiam: ubi autem haec vocabula interposito nomine seiunguntur, negatum nomen restringitur: unde fit, ut illo modo prior pars sententiae magis reprimatur, altera attollatur: id quod maxime in eo conspicitur, quod, ubi simplex *sed* sequitur, verba *non modo* fere non seiunguntur. *Non modo lacrimulam, sed multas lacrimas et fletum videre potuisti.* Distractis illis vocabulis manet cuique vis singularis, et res priori loco dicta non minus spectanda est quam altera. Comparari potest usus verborum *non quidem*

Tamen praevalet lex numerorum, quae in his rationibus aepe multa mutat: nam vix dici poterat in loco p. 286. illato *non parum commode modo*. In verbis *sed etiam* inum hoc observare licet, seiungi ea saepe, quando id xprimitur, quod reddas verbis *sondern vielmehr*. Quod ritici considerare debebant in Cic. Orat. 37, 131.

Haec scripseram, quum ad me Mutzelii editio Curtii afferebatur, nec causam video, cur me ita scripsisse poeniteat. Videant lectores, quomodo ea, quae vir doctus p. 411. disputavit, cum meis conveniant. Negat ille in Curt. 4, 2. (4, 1, 14.) *memente non solum regi te, sed etiam tuo scribere*, dici posse *non regi solum te*. ob vim augendam orationis. Tamen poterat, nisi numerus obstaret. Nam sententia eadem esset, quae in verbis *non donum solum, sed etiam opus*.

*) *Non* cum *nam* commutatum monstrarunt critici n Cic. Acad. 2, 25, 81. cum *num* Drakenb. ad Liv. 8, 7. 2. 2, 40, 7. Gernhard. ad Cic. Caton. p. 207. 212. Walther. ad Tacit. Hist. 1, 83. 3, 20. cum *nunc* Drakenb. ad Liv. 9, 7, 5. 10, 14, 12. Eckstein. ad Tacit. Dial. 26. cum *ne* interpretes Cic. Brut. 17, 67. cum *vero* Wunder. ad Cic. Planc. p. XXXVIII. et 133. cum *modo* ride MODO. Librarios *non* vel omisisse vel temere iddidisse observarunt multi. Vide Artzen. ad Aurel. Victor. Orig. g. r. 7. p. 16. Spalding. ad Quintil. 4, 2, 29. Zumptium ad Cic. Verr. p. 120. 145. 673.

NONDVM.

1. In NONDVM negatio refertur ad temporis decursum: id quomodo fiat, exposui in DVM et in NEDVM. Significat igitur tempus quoddam non venisse, aut rem, de qua loquimur, adhuc non esse factam aut faciendam. Opponitur *nunc*. Reisigius, qui in *dum* conditionem inesse existimavit, ne duae conditiones colliderentur, *nondum* poni posse negavit in sententia, quae *quum* in se haberet. Cuius opinionis rationem non assequor: et Cicero scripsit ad Fam. 3, 7, 13. *quum ea consecutus nondum eram, quae sunt hominum opinionibus amplissima, tamen* etc. et alii multi item. Grysar p. 477. dicit hac particula significari eodem tempore aliquam rem expectatam non fieri, in quo aliam fieri videamus. At quum loquor *nondum advenit*, non opus est referas ad aliud quid

eiusdem temporis; per se constat adventus, sed negatur eum attigisse tempus, quod cogitatur certum. Nec semper subest exspectatio.

Plaut. Rud. 4, 5, 11. *nondum egressum esse eum, id mirum tamen.* Mil. 5, 16. *nondum nihili factus.* Terent. Ad. 3, 4, 21. *mane: nondum audisti, Demea, quod est gravissimum.* Andr. 1, 2, 3. *nondum haec rescivit mala.* Liv. 39, 27, 9. *nondum omnium dierum solem occidisse.* Plin. Epist. 3, 6, 7. *neque enim diutius abesse me sinunt eadem haec, quae nondum exire patiuntur.*

Cic. de Div. 2, 6, 16. *nondum dico, quam haec signa nulla sint, fissum iecoris* etc. — *nunc de universis.*

2. Ad designandum id, quod evenit ante, quam tempus exactum esset, in altera parte sententiae usurpabant Latini particulam *quum.*

Plaut. Pers. 1, 3, 57. *si quidem hic leno nondum sex menses Megaribus huc est quum commigravit.* Cic. p. Cluent. 9, 28. *dies nondum decem intercesserant, quum ille alter filius infans necatur.* p. Rosc. Am. 34, 97. *nondum lucebat, quum Amerie scitum est.* ad Fam. 2, 6, 1. de Off. 2, 21, 75. Liv. 27, 42, 1. *nondum Hannibal e castris exierat, quum pugnantium clamorem audivit.*

3. Saepe *nondum* pro *non* accipi posset, nisi admixta esset temporis notio, et praesentis quidem, quod futuro opponatur, sive ei, quod postea fiat. Id nescio cur negaverit Reisigius. Interdum intelligitur gradus, ad quem aliquis non adscendit, aut praestantia, quae alicui tribui non potest.

Cic. ad Att. 7, 13. *sed ego nondum habeo, quod ad te ex his locis scribam.* In his inest: in posterum habebo. p. Sext. 33, 71. vd. n. 6. Sed 7, 17. *nondum scelera vulneraque insita rei publicae vultis recordari, vultum atque incessum animis intueamini.* Ernestius scripsit *non*: sed est non nunc. vide Orellium. Caesar B. gall. 1, 12 (pars) *quae nondum flumen transierat.* Curt. 7, 5, 29. *mores patrii nondum exoleverant.* Quintil. 6, 5, 3. *rebus — aut omnino nondum repertis aut dubiis.* Traian. ad Plin. Epist. 10, 39, 2. *neque enim multum interest quod nondum per numeros distributi sunt.*

Tacit. Ann. 1, 42. *nos ut nondum eosdem, ita ex illis ortos.* Indicat Germanicus aemulationis studium suum. Aquila de Figur. sent. 1. *nam inventio rerum cum acutis hominibus, quos tamen oratores nondum appellare possis, communis est.* Cic. Brut. 18, 70. vd. n. 4.

4. Componitur *nondum* cum vocabulo *satis*. Aliud, nod factum esse dicitur, per *sed* vel *tamen* opponitur.

Curt. 9, 10, 28. *et praesens aetas et posteritas deinde mirata est, per gentes nondum satis domitas incessisse temulentos.* Plin. Epist. 10, 3, 2. *liberalitatem — nondum satis legitime peregerat.*

Cic. Brut. 27, 104. *nam et Carbonis et Gracchi habemus orationes nondum satis splendidas verbis, sed acutas prudentiae plenissimas.* ad Fam. 7, 8, 1. *scripsit ad me Caesar perhumaniter nondum te sibi satis esse familiarem propter occupationes suas, sed certe fore.* Brut. 18, 70. *nondum Myronis satis ad veritatem adducta, iam tamen, quae non dubites pulcra dicere.*

5. Augetur sententia, quando additur *etiam*. Hoc nim significat *noch*. Videtur tantum apud comicos kstare. Quod legitur apud Varronem *iam nondum*, ispectum est. Recentissimi temporis scriptores adeo ixerunt *nondum adhuc*.

Terent. Heaut. 3, 3, 35. *aut est tibi quod placeat, an nondum etiam?* Andr. 1, 2, 30. *quid? hoc intellextin? an nondum etiam ne hoc quidem?* 4, 5, 12. Hec. 1, 2, 117. *quid egerint inter se, nondum etiam scio.* 5, 1, 19. Cic. in Verr. 4, 28, 64. *quod nondum etiam perfectum tempus offenderant.* Zumptius sustulit *etiam* auctoritate codicum.

Varro de Re r. 2, 2, 2. *quae ita* (cognoscuntur) *ab aetate, si neque vetulae sunt, neque merae agnae: quod alterae iam nondum, alterae iam non possunt dare fructum.* Quid in scriptis libris legatur, non constat. Vide Schneider. Tom. 3. p. 285.

Veget. Art. veterin. 1, 17, 15. *Pelagonius adversus omnes morbos efficacissimum pulverem credit esse, si pullum ciconiae nondum adhuc stantem, sed iam plumas habentem vivum in cacabum mittas* etc.

6. Duae res ex adverso ponuntur per verba *nondum — sed, sed iam, iam tamen*. Vocabulum *quidem*, quod omitti dicunt, nusquam legitur.

Cic. p. Sext. 15, 35. *quum omnes urbem nondum excipam et eversam, sed iam captam atque oppressam videremus.* 33, 71. *respirasse homines videbantur, nondum re, sed spe rei publicae recuperandae.* Alia vide n. 4.

7. Ipsi vocabulo *nondum* adhaeret *tamen* alio ordine. Conf. p. 148.

Quintil. 3, 5, 9. *tyrannus enim geminat quaestionem, subestque et temporis et qualitatis tacita vis: nondum tamen hoc pro-*

prie diserte causam. 7, 1, 59. *nondum tamen cura deficiat.* Apu Plin. Epist. 2, 5, 1. Cortius restituit.

8. „*Nondum* non repeti solet semel positum, se excipitur tantum a particula *non*. Sic Cic. Rhet. 1, 2, 2 *nondum divinae religionis, non humani officii rati colebatur.*“ Toepfer in Actis soc. lat. ienens. T. 3 p. 175. Idem fit in vocabulo *nonne*.

9. Ab usu antiquo prorsus abhorret, quod scriptores nostrae aetatis *nondum* pro *non amplius*, *nicht mehr* dixerunt, veluti Calphurnius ad Terent. Heaut 1, 2, 1. *nondum differunt adventum.* In libris scriptis, veluti in Statii et Taciti (vd. Walther. ad Hist. 4 85.), saepe legitur *nundum* perversa librariorum pronuntiatione: saepe etiam disiunctis vocabulis. Manutius „*non dum*, inquit, disiunctim scriberem, quod significari videtur Cicero in prooemio librorum de Inventione (1, 2, 2.) his verbis: *non dum divinae religionis, nec humani officii ratio colebatur.* In antiquis tamen lapidibus coniunctum legitur. Romae in domo Caecinae in hortis carpens. in aedibus Atilii Delphinii.“ Idem affirmat Dausquius Orthogr. p. 212.

NONNE.

Grammatici quum vidissent in interrogationibus et *non* et *nonne* cum quadem diversitate dici, quaesiverunt de caussa. Sed quae protulerunt, ita comparata erant, ut Reisigius in praelectionibus negaret ullum esse discrimen. Item iam Ernestius fecerat ad Cic. de Fin. 5, 14, 40. quamvis aliter ad libr. de Nat. d. 3, 10, 24 sensisse videatur. Quae Ramshornius p. 703. exposuit non rem universam complectuntur: sed Zumptius aliique in eo acquieverunt, ut docerent per *nonne* requiri affirmationem respondentis. Vir doctus in Annal. Schol. a. 1829. n. 75. ita distinxit: qui *nonne* dicat, certo exspectare responsionem affirmativam: qui *non* loquatur, incertum eum, an alter in neganda sententia persistat, tamen assensum ut impetret, intentius vel cum admiratione quaerere. Quorum omnium caussa non perspicitur. Bremius ad Cic. de Fin. p. 114. aliquanto distinctius, particula negativa, inquit, sola ponitur in interrogatione, quum quis aliquid non esse

suspicatur, contra *nonne* ponitur, ubi res vera et indubia videtur. Sed Madvigius p. 153. non audet decernere, Latinos semper *nonne* dixisse, quum affirmatum aliquid iri putarent, *non*, quum quaerentes admirarentur aliquid non fieri.

1. Per se intelligitur *non* etiam in interrogatione ad verbum aut ad nomen aliquod pertinere, nec ipsum exprimere interrogationem. Atque is, qui per *non* quaerit, supponit negationem in alterius, quocum loquitur, sententia, quam alter respondendo aut pronuntiat, aut reiicit affirmans contrarium. Plaut. Merc. 4, 4, 10. *non estis coenaturi?* LY. *Iam saturi sumus.* i. e. non sumus coenaturi. Terent. Heaut. 3, 3, 22. *non accedam ad illos?* CH. *Eho, quaeso, non accedundi via'st.* i. e. accedas, sed alia via. Non recte Bentleius scripsit *nonne*. Vtuntur hac dictione indignabundi aut irascentes aut admirantes. Verbum cum negatione sua, nisi per inversionem rhetoricam nomen vel subiecti vel obiecti praecedit, primo loco collocatur. Germani vim huius sententiae assequuntur accentu graviori in negatione posito. Nam *videsne?* et *nonne vides?* reddunt *siehst du nicht?* sed *non vides?* cum admiratione *du siehst nicht?* Atque in hac vehementiori vi orationis cernitur caussa, quapropter *non* dicunt praemisso vocabulo *age*, saepe etiam *at non*. Vsum universum observarunt Cortius ad Sallust Iug. 31, 17. Heusinger. ad Cic. de Off. 3, 19. Heineckius animadv. in Iuvenal. p. 20. multique alii. Librarii autem fere ubique *non* in *nonne* mutarunt. vid. Garaton. ad Cic. Catil. 1, 11. p. 413.

Terent. Phorm. 5, 8, 94. *non taces?* Ad. 5, 8, 19. *non omittitis?* AN. *Non nisi te exorem.* Phorm. 5, 9, 13. *mi vir, non mihi dicis?* — C. *Non opus est dicto.* Plaut. Epid. 4, 2, 18. *non patrem ego te nominem, ubi tu tuam me appelles filiam?* Cic. Tusc. 1, 21, 48. *non pudet philosophum in eo gloriari, quod haec non timeat?* p. Planc. 34, 83. *non vobis videor* (alii *videtur*) *cum aliquo declamatore, non cum laboris et fori discipulo disputare?*

Plaut. Merc. 5, 2, 87. *non ex adverso vides?* Cic. p. Rosc. Com. 2, 5. *suarum praescriptionum et litterarum adversaria proferre non amentia est?* h. e. *iste nicht Unsinn.* Si scripsisset *nonne*, esset *iste denn nicht Unsinn.* in Verr. 4, 23, 50. *Philarchum — primum hominem generis, virtute, pecunia non hoc*

illew iurutum dicere audistis? de Off. 3, 19, 77. *haec no est dubitare philosophos, quae ne rustici quidem dubitent* 4, 4, 5. *hoc ipsum, ne connubium patribus cum plebe ess decem viri tulerunt paucis his annis pessimo exemplo p* Florus 3, 21, 25. *isti tot in pace non plures sunt?* Al apud Drakenb. ad Liv. 4, 4, 5. et apud Spalding. ad til. 11, 1, 50.

Cic. ad Fam. 9, 17, 1. *non tu homo ridiculus es, qu me quaeras* etc.? Haec acerbe dicta essent, nec apte. T nes interpretes senserunt. Gronovius coniecit *nae.*

Plaut. Asin. 2, 4, 69. *age impudice, sceleste, non aud sceleste subvenire.* Quintil. 10, 1, 48. *age vero, non ut operis ingressus in paucissimis versibus legem proocmiorum · stituit?*

Virgil. Aen. 9, 144. *at non viderunt moenia Troia — dere in ignis?* Huc sunt qui referant locum 7, 373. Tom. 1. p. 442.

2. Accedit enclitica *ne*, quae dubitationem in *Nonne* igitur elevatam habet negationem, sed int gationem intensam: quasi quis dicat: estne ita, ut esse rem? Exspectat enim affirmationem, esse Omitte *nonne* et habebis sententiam eius, qui loq nam negatio non est verbi, sed interiicitur inter tionis caussa. Quare Ernestius ad Cic. p. Rosc. 29, 80. *nonne cogitas?* esse ait *tu sane cogitas.*

Plaut. Truc. 2, 2, 2. *nonne ego videor.* uti in codd. Cic. p. Flacc. 27, 65. *nonne hoc vestra voce vulgatum* Div. 2, 18, 42. *nonne perspicuum est, ex prima adm hominum, quod tonitrua iactusque fulminum extimuissent, disse ea efficere rerum omnium praepotentem Iovem?*

Cic. Tusc. 1, 43, 102. *Cyrenaeum Theodorum philosoph ignobilem nonne miramur?* de Nat. d. 3, 37, 89. *tu, q putas humana negligere, nonne animadvertis ex tot tabulis quam multi votis vim tempestatis effugerint?* Tusc. 5, 3 5, 16, 48. *vir igitur temperatus, constans, sine metu — beatus?*

Cic. de Fin. 2, 3, 10. *quid paullo ante, inquit, dixerim, meministi, quum omnis dolor detractus esset, variari, non voluptatem? Memini vero, inquam.* Bremius male conie *meministi*: nam tranquilla est quaestio: *nicht wahr, d nennt dich doch?* Si dixisset *non*, esset cum admiratio

erinnerst dich nicht. 5, 28, 86. *nonne igitur tibi videntur, inquit, mala?* Madvigius explicat: credis igitur non esse mala? At dicit Cicero: estne ita, ut credas esse mala?

Gellius 17, 8. *verbero, inquit ridens Taurus, nonne is curriculo atque oleum petis?* Si dixisset *non is curriculo?* iratus fuisset: sed ridens loquitur cum puero non obstinato.

Cic. de Nat. d. 3, 10, 24. *aestus maritimi — eorumque certis temporibus vel accessus vel recessus sine deo fieri nonne possunt?* Ernestius scribendum censuit *non:* approbavit Orellius acuto iudicio. p. Rosc. Am. 29, 80. *quid ais? vulgo occidebantur? Per quos? et a quibus? Nonne cogitas, te a sectoribus huc adductum esse?* Ita omnes codices. Cum Ernestio reliqui editores praeter Beckium *non.*

3. Etiam in obliqua oratione *nonne* dici contra Ernestii opinionem defenderunt Schellerus in Observat. p. 204. et Ochsnerus in Eclog. p. 351. aliique. Vd. Klotz. ad Cic. Tusc. p. 520. Haasium, qui Reisigii praeceptum refellit p. 470.

Cic. Tusc. 5, 12, 34. *quum esset ex eo quaesitum, Archelaum Perdiccae filium, qui tum fortunatissimus haberetur, nonne beatum putaret.* Acad. 2, 24, 76. *quamquam ex me quaesieras, nonne putarem post illos veteres — inveniri verum potuisse.* Philipp. 12, 7, 15. Alii libri *numne* praebent apud Cic. de Fin. 3, 4, 13. Orat. 63, 214. ubi Ernestius mutandum censuit coniunctivum. Vtroque tamen loco etiam *numne* dici posse, monstrant exempla in NVM exposita.

4. Brevi in oratione omittitur verbum. Itaque *nonne* idem valet quod *estne ita.*

Cic. p. Caec. 13, 37. *te deiectum debeo intelligere, etiamsi tactus non fueris. Nonne?*

5. Quaesiverunt critici, num, sicuti pro *annon* seiunctis vocibus *an — non* dici soleret, etiam *ne — non* interiectis aliis nominibus dictum sit. Atque iure negarunt, quum vidissent in *ne* iam inesse, quod interrogationem satis constitueret. Sicubi legitur *non,* ad nomen aliquod singulare attinet.

Cic. ad Att. 14, 14. *poterone eos ipsos non laudare, qui te obsignatorem adhibuerunt?* Locus 8, 3. *non acciperene* etc. corruptus est. p. Rosc. Am. 12, 34. *estne hoc illi dicto atque facto Fimbriae non simillimum?* ubi Büchner.

6. Quando procedit interrogatio ad alias interrogationis partes, in his ponitur *non*.

Plaut. Amph. 1, 1, 250. *nonne ego nunc hic sto ante aedis nostras? non mihi est laterna in manu?* Cic. in Cat. 1, 11, 27. *nonne hunc in vincula duci, non ad mortem rapi, non summo supplicio mactari imperabis?* Caes. B. gall. 2, 32. *nonne extremam pati fortunam paratos proiecit ille? non sibi, clam vobis, salutem fuga petivit? non, proditi per illum, Caesaris beneficio estis conservati?* Ernestius si hoc reputasset, in Cic. Phil. 5, 3, 7. non scripsisset *nonne* pro *non*.

Cic. p. Quint. 26, 82. *quid haec amentia, quid haec festinatio, quid haec immaturitas tanta significat? non vim? non scelus?* Tusc. 5, 27, 79. *de hominibus loquor. Quid bestias? non frigus, non famem, non montivagos et silvestris cursus. lustrationesque patiuntur?* Alii libri perverse *nonne*. Quintil. 11, 1, 50 ubi vide Spalding. cf. Tom. 3. p. 226.

7. Etiam post *quid* in adscensu orationis positum sequitur *non:* quamquam contrariam sententiam pronuntiavit Hottingerus ad Cic. de Div. 2, 59. Inveniuntur tamen loci, in quibus *nonne* legitur, praemissis aliis nominibus gravitate insignibus.

Terent. Hec. 3, 2, 24. *tu pueris curre, Parmeno, obviam atque iis onera adiuta.* PA. *Quid? non sciunt ipsi viam, domum qua redeant?* Cic. p. Cluent. 14, 40. *quid? aviam tuam, Oppianee, Dinaeam — pater tuus non manifesto necavit?* de Div. 2, 39. 83. *quid? quod aliis avibus utuntur, aliis signis, aliter observant, alia respondent? Non necesse est fateri, partim horum errore susceptum esse, partim superstitione?* in Verr. 5, 32, 84. *quid, si harum ipsarum civitatum militibus, navibus, nauarchis Syracusanus Cleomenes iussus est imperare? Non omnis honos eb isto dignitatis aequitatis officiique sublatus est?* Non debebat Zumptius nonne ex uno codice recipere: neque enim apodosis est, sed continuata interrogatio. 4, 9, 19. *quid? isti laudatores tui non testes mei sunt?* ubi Zumptius iterum ex quibusdam libris recepit *nonne*. Non mutavit 3, 4, 7. Eodem argumento defendi debet Cic. de Div. 2, 39, 83. contra Hottingerum. Quintil. 10, 1, 56. Minuc. Felic. Octav. 24, 6.

Cic. Tusc. 5, 34, 98. *quid? victum Lacedaemoniorum in philitiis nonne videmus?* de Nat. d. 3, 10, 24. *quid? aestus maritimi — sine deo fieri nonne possunt?* Ernestius scripsit *non*, nec repugnavit Orellius. 1, 42, 119. Quintil. 10, 1, 50. *quid? in verbis, sententiis, figuris, dispositione totius operis nonne hu-*

mani ingenii modum excedit? Cic. p. Planc. 26, 63. *quid? alii quaestores nonne fecerunt?* Ernestius, quum vocabulo *nonne* addi deberet *idem*, mutavit in *non*, quod Wunderus in uno codice invenit. Praestat hoc propter antecedens *quid* orationisque vim maiorem.

8. Diversa est loquutio, qua *non* adhaeret verbo ita, ut interrogationi non inserviat, quae uno exprimitur verbo.

Terent. Hecyr. 3, 2, 6. so. *Non visam uxorem Pamphili, quum in proxumo hic sit aegra?* PA. *Non visas? ne mittas quidem visendi caussa quemquam?* i. e. quaeris, an non eam visas. *ob du sie nicht besuchen sollst?*

9. Ratio disiunctiva, quae inest in hac interrogationis forma, impedit, quo minus *nonne* in bipartita interrogatione locum obtineat. Caussam exponam in v. *num.* Numquam igitur dicitur *nonne — an:* quod cum reliquis grammaticis ego ipse existimavi Tom. 1. p. 388.: nam ubi accedit altera interrogatio per *an*, ea in se constat.

Terent. Ad. 5, 2, 6. *non manum abstines, mastigia? An tibi iam mavis cerebrum dispergam hic?*

10. Wolfius fuit, qui primus doceret, in altera parte enuntiationis, praemissa sententia conditionali aut caussali numquam poni *non* pro *nonne*. Idque approbarunt Zumptius aliique multi, et ubi libri utrumque exhibebant, *nonne* utpote legitimum receperunt. Haasius in notis ad Reisigii libr. p. 470. septem locos affert, quibus usum vocabuli *non* demonstret: tamen in omnibus exstat diversa scriptura. Nec ratio deest, qua gravior negatio huic enuntiationum generi non apta videatur.

Cic. Tusc. 1, 7, 14. *qui vivimus, quum moriendum sit, nonne miseri sumus?* 5, 12, 34.

Cic. p. Coel. 14, 34. *nonne te, si nostrae imagines viriles non commovebant, ne progenies quidem mea — aemulam domesticae laudis in gloria muliebri esse admonebat?*

Variant libri in Cic. Tusc. 1, 8, 17. *si te rogavero aliquid, non respondebis?* de Leg. 3, 20. 47. Acad. 2, 15, 48.

Liv. 5, 53, 8. *si tota urbe nullum melius ampliusve tectum fieri possit quam casa illa conditoris est nostri, non in casis — habi-*

tare est satius inter sacra penatesque vestros quam scandalum publice ire? Vnus tantum liber praebet *nonne*, recentior ille, tamen ex antiquo descriptus. Apud Cic. Verr. 2, 59, 149. ex uno codice, 3, 52, 121 ex quatuor *nonne* restituit Zumptius. Rhet. ad Heren. 4, 53, 66. *quodsi haec urbs invictissima vocem emittat, non hoc pacto loquatur?* duo libri leidenses *nonne*. Alieni sunt prorsus loci Livii 4, 4, 7. 4, 4, 5.

NONNVMQVAM. NONNVSQVAM.

Vide *numquam* et *nusquam*.

NVLLATENVS.

Nullatenus in iis est vocabulis, de quorum usu, tantum apud recentissimos scriptores obvio, elegantiae vindices multa disseruerunt. Vossius de Vitiis serm. 25. p. 109. et p. 814. Scioppius de Stilo histor. p. 87. et p. 222. edit. Soran. Cellarius Antibarb. p. 78. (70.) Curar. post. p. 280. (314.) monstrarunt hoc vocabulum incognitum fuisse antiquitati: tamen Despauterius et Khunius (Animadv. ad Vorstii librum p. 25. n. 50.) tolerari posse existimabant, quum exstaret apud Fulgentium, Cassiodorum, iurisconsultos, et quum analogiam haberet in voc. *aliquatenus:* de quo vide Borrichii Cogitat. p. 42. Significat *nequaquam, omnino non*. Scriptores saeculo sexto antiquiores non cognovi, nec analogia convenit.

Cassiodorus 3, 4. *nullatenus inter vos scandala seminet aliena malignitas.* 5, 23. Claud. Mamertus de statu an. 2, 11. *nonnullae sunt, inquis, spirituales naturae — tamen incorporeas nullatenus existimandae.* Fulgent. Myth. 2. praef. *quia nullatenus haec nostrum aut nomen extollunt, aut crimen efficiunt.* Cod. Iustin. 6, 21, 16. Imper. Anastasio. Marcianus Cap. 2. p. 35. Cf. Richteri Tract. de Signific. Adverb. in iure us. p. 493.

NVLLIBI.

Non antiquus est usus verbi *nullibi*, e plebeio sermone ad nostra tempora translati. Apud Vitruvium id legi narrant grammatici. Invenit Basilius Zanchus in codice aliquo (vd. Vossium de Vitiis serm. p. 814.) et Rodius e libro

franekero recepit libr. 7. c. 1, 4. *si tessëris strictum erit, ut eae omnes angulos habeant aequales nullibique a fricatura extantes*, etc. Tamen in reliquis libris verba *nullibique — exstantes* non leguntur, aliena, ut videtur, manu adiecta. Cf. Vossium l. l. p. 109. Borrichii Cogitationes p. 182. Cellar. Gurae post. p. 163. Reimmanni Introd. in histor. vocabul. p. 46.

NVM.

Si qua in particula explicanda opiniones inveteratae veritatem obscurarunt, factum id maxime est in vocabulo NVM. Ex quo enim Gerh. Vossius in Etymologico scripserat, *num* esse transpositis litteris graecum *μῶν*, grammatici fere omnes communi opinione consenserunt, idemque adeo Wolfius et Reisigius in scholis suis docuerunt. Etiam Hartungius Tom. 2. p. 96. ait, graeco *μῶν*, quod ex *ἀνῆς* natum sit, praefixo *μή*, latinum *num* respondere. Sed Weissenbornius in Gramm. p. 175. composita dicit, nescio an appellem vocabula. *ne* et *um*, quod a *quis* descendat: esse enim accusativum huius pronominis. Conradus Schneiderus Gramm. Tom. 1. p. 511. attendens syllabam longam in brevem mutatam, excusationem petit a littera *m*. Quis vero credat Latinos illud *οὖν*, a Graecis sumptum, mutasse in *um?* quae est illa, quam vocant accusativi formam? quomodo *ne* assumpto recte dici potest *numne?* denique quod praecipiunt, post *num* semper sequi debere responsionem negantis, quomodo convenit cum iis, in quibus nulla est negationis exspectatio? Atque negavit iam Hermannus in Viger. n. 252. *μῶν* latine esse per *num* reddendum, quum deberet dici *an forte:* quod tamen rursus negat Hartungius p. 161. Equidem alia via incedam.

Latinis unum est vocabulum, quod quum in aliis dictionibus, tum ad tempus relatum, monstrativa littera *c* addita, in *nunc* mutatum, significat rem quae est, sive veram, sive praesentem: quemadmodum *tum* et *tunc*, *etiamnum* et *etiamnunc* dicitur. Nec vero *num* contractum est vocabulum *novum*, sed unius originis cum graeco *νῦν* et germanico *nun*, et gothicis *nu*, *nuna*, ad quam etiam referri debent *νέον*, *novum*, *nu-*

ere, *noch*, atque etiam omissa prima littera *οὖν* et *auch*. Habet autem haec particula vim ponendi sive statuendi vel in tempore vel in cogitatione vel in demonstratione: quare errant ii omnino, qui eam ab origine appellant interrogativam. Accommodatur videlicet interrogationibus, etiam altera forma in *nuncubi* recepta. Atque consentaneum est, quod tantum cum indicativo componitur.

Ne quid praeteream, Lindemannus de Adverbio 1. p. 15. in *num* agnovit idem vocabulum, quod in *nunc* ad tempus referatur: sed existimat praemitti interrogationibus eo modo, quo Graeci *νῦν δὲ* dicant.

1. Primum igitur *num*, extra interrogationem positum, statuit et confirmat rem, quae sit ac perstet. Pleniorem notionem in se habet *etiamnum*. Sicuti autem germanica *nun* et *noch*, quod est *nun auch*, in confirmandis et augendis sententiis usurpantur, ita etiam Latinorum *num*: cuius exempla plura in antiquis libris exstarent, si scribae non mutassent in *nunc*.

Plin. Hist. n. 22, 14, 16. *ea quoque num, quam lamium inter genera earum appellavimus, mitissima et foliis non mordentibus medetur cum mica salis contusis.* i. e. *diejenige ebenfalls noch.* 25, 2, 5. *durat tamen tradita persuasio in magna parte vulgi veneficiis et herbis id cogi eamque num feminarum scientiam praevalere.*

Liv. 24, 26, 3. *et ad ea addidit preces nunc per memoriam Hieronis patris Gelonisque fratris, ne se innoxiam invidia Hieronymi conflagrare sinerent.* Creverius eiecit *nunc*, Walchius anacoluthi nescio qua ratione dictionem excusat, Heusingerus ex adverso putat positam esse particulam *tum*. Quarum opinionum nulla probari potest. Equidem *num* intelligo illud, quo aliquid accedens constituitur, *noch*.

Graeci simili modo. Herodot. 2, 42. *οὗτοι μέν νυν πάντες ὀΐων ἀπεχόμενοι αἶγας θύουσι.*

2. Vsum huius particulae in interrogationibus adhibitae declarare non possumus, nisi naturam interrogationis universam accuratius perspectam habemus. Tum vero cavendum est, ne putemus per *num* ipsam exprimi interrogationem. Dicitur enim pro *numne*, uti *non* pro *nonne*, *an* pro *anne*. Atque illud *numne* in usu fuisse constat: quamquam inter criticos quidam exstiterunt,

qui, quum haud raro *numne* a librariis in *num* mutatum vidissent, illud non recte formatum esse censerent. Defensionem bonam dedit Klotzius ad Cic. Lael. p. 151. in eo tamen falsus, quod auctoritatem Plauti appellat. Nam apud comicos nusquam exstat *numne*, et quod ille affert ex Trucul. 2, 6, 65. *numne vis me, voluptas mea, quo vocatus sum, ire ad coenam?* scribendum est *num nevis*, ut in Poen. 5, 2, 119. Vbi Latini *numne* dixerunt, maiorem vim tribuisse videntur interrogationi: quamquam id non semper factum esse, monstrant exempla quaedam. Orellius autem ad Cic. Tusc. 1, 32, 77. distinguit ita, quasi *numne vis* idem sit quod *visne*, paullo tamen magis hypotheticum: quod quid sit, ego quidem non assequor.

Interrogationis duplex est genus, duplex utriusque species, sed quaecumque nititur in disiunctivi iudicii fundamento et duas habet partes, quarum altera si non verbis exprimitur, tamen cogitatione substituenda est. Sed diversum genus interrogationes efficiunt eae, quibus is, qui quaerit, ignorans scire cupit, qualis sit res (*estne honore dignum, an non est?*): et eae, quibus interrogans de opinione sua ante concepta quaerit, assensune comprobetur, an improbetur: veluti (*bonum est:*) *an non est?* quod omissa disiunctiva particula fit *nonne est?* (*Non est bonum:*) *an tamen est?* quod fere dicitur *num est?* Iam Gronovius in Observat. p. 650. ait: „*num* valet *an etium? non* valet hoc usu *annon?*“ Quare recte vocabimus inversam interrogationem. In hoc enim genere secundam interrogationis partem tenemus, prima ante occupata, atque respicimus ad id, quod prius cogitavimus. Sed utriusque generis duplex exsistit species eo, quod in primo genere altera pars omitti, in secundo addi potest altera. Nam dicitur *potestne hoc fieri?* Intellige *an non potest?* Et in altero genere, quae ipsum uno membro altero constat, accedere potest secunda aliqua interrogationis pars, quasi praecedat prima: veluti apud Ciceronem *num duas habetis patrias? an est una illa patria communis?* in quibus primum illud per se stat. Ceterum illa ante occupata sententia non modo affirmationem et negationem comprehendimus, sed etiam suspicionem rei, quae sit, et dubitationem, quae affirmare non ausit.

8. Wolfius vero quum docuisset, quod Broukhusius et Gesnerus aliique ante eum cognovisse sibi visi

Vide sis, satisne recte: num mucci fiunt? Cic. Tusc. 1, 32, 77. *numne vis igitur audire, cur, etiam si ista sint, mors tamen non sit in malis?* i. e. *willst du nun noch hören?* Quod respondet *ut videtur*, exprimit Germanorum *wie du willst, meinetwegen.*

Proprie ita loquuntur ii, qui discedunt, quaerentes, an adhuc faciendum aliquid sit. Plaut. Trin. 1, 2, 161. *num priusquam abeo, me rogaturus?* Formula est abeuntium *numquid vis?* Vide n. 14. Plaut. Truc. 2, 4, 78. *num quippiam me vis aliud?* Pers. 4, 8, 5.

7. Frequentior est usus, quo *num* ii dicunt, qui exspectant negationem sive improbationem sententiae declaratae eamque iam animo occupatam habent. Nec sine iusta caussa. Nam si interrogatio ad negationem inclinat, maiore designationis vi opus est. Saepe etiam hoc ita instituitur, ut illa designatione idem urbane exprimatur, quod dici potest affirmative per *nonne:* veluti quod apud Plautum legitur Most. 1, 4, 23. *num non vis obviam hisce ire, anime mi?* idem est quod *nonne concedis me obviam ire hisce?* aut quod extra interrogationem distincte negatur: ut apud Terentium *num cogitat, quid dicat?* idem fere est quod *non cogitat.* Vnde etiam factum est, ut librarii *non* pro *num* scriberent. Vide Gesneri Epist. ad Ernestium in Plin. Epist. p. XLVIII. edit. Schaef.

Plaut. Merc. 1, 2, 102. *num esse amicum suspicari visus est?* AC. *Non visus est.* Trin. 1, 2, 31. *num quis hic alius praeter me atque te?* CA. *Nemo est.* Terent. Andr. 2, 2, 19. *num videntur convenire haec nuptiis?* PA. *Non opinor, Dave.* Phorm. 3, 1, 10. *num patri quid subolet?* G. *Nil etiam.* Cic. Brut. 83, 288. *num igitur, qui hoc sentiat, si is potare velit, de dolio sibi hauriendum putet? Minime, sed quamdam sequatur actatem.* Agrar. 3, 4, 16. in Cat. 1, 6, 13. Plaut. Capt. 1, 2, 69. Mil. 3, 3, 50.

Plaut. Poen. 5, 3, 119. *te monere num nevis?* HA. *Sane vole.* 5, 4, 85. *num hi falso oblectant gaudio nos?* AN. *At me ita di servent, ut hic pater est voster.*

Plaut. Epid. 5, 2, 16. *num te fugi? num a domo abeum?* Terent. Andr. 5, 3, 5. *num cogitat, quid dicat? num facti piget?* Cic. Acad. 2, 18, 56. *fac enim antiquos illos Servilios, qui gemini fuerunt, tam similes, quam dicuntur: num censes etiam eosdem fuisse?* de Orat. 1, 9, 37. *in Servio Tullio — num*

quod eloquentiae vestigium apparet? de Opt. gen. dic. 5, 16. *at loquitur pulcre. Num melius quam Plato?* de Am. 11, 36. *numne, si Coriolanus habuit amicos, ferre contra patriam arma illi cum Coriolano debuerunt?* de Nat. d. 1, 31, 88. Liv. 5, 51, 7. *num ante exorta est* (clades), *quam spreta vox caelo emissa de adventu Gallorum?* Curt. 6, 10, 34. *num creditum est patri meo? num ullam auctoritatem eius litterae habuerunt?*

Cic. in Vatin. 6, 15. *quaero, num tu senatui causam tuam permittas, quod facit Caesar?* p. Lege Man. 7, 19. *videte, num dubitandum vobis sit omni studio ad id bellum incumbere, in quo gloria nominis vestri* etc. Tacit. Ann. 1, 8. *interrogatusque a Tiberio, num se mandante eam sententiam promisisset, sponte dixisse respondit.*

Praemissa conditionali sententia Cic. de Fato 8, 16. de Leg. 1, 15, 42.

8. Sequitur in responsione *immo:* quo reprobatur sententia interrogantis.

Plaut. Rud. 5, 2, 11. *ut vales?* GR. *Quid tu? num medicus, quaeso, es?* LA. *Immo edepol una littera plus sum quam medicus.* Aul. 2, 2, 83. *nuptias hodie quin faciamus num quae causa est?* EV. *Immo edepol optuma.* i. e. ut faciamus. 2, 1, 39. *num non vis me interrogare te?* EV. *Immo, si quid vis, roga.*

9. In hoc interrogationis genere verbum potest negationem secum ferre, qua omissa dici deberet *nonne.*

Ovid. Trist. 5, 6, 11. *numquid Podalirius aegro promissam medicae non tulit artis opem?* h. e. nonne tulit?

10. Etiam in bipartita interrogatione *num* locum habere omnes grammatici, quos ego quoque in Tom. 1. p. 334. sequutus sum, affirmarunt. Vnus Madvigius in libello de locis quibusdam grammaticae latinae (Havn. 1837.) p. 18. (Opusc. alt. p. 230.) iure negavit, tamen non satis exposita caussa. Non enim potest *num* cum disiunctione poni, qua alterum utrum statuendum proponatur, neque in interrogatione sedem habet, nisi opinione vel sententia ante occupata, nec ipsa particula indicat interrogationem. Cicero de Leg. 2, 2, 5. si scripsisset *duasne habetis patrias, an est una illa patria omnium?* alterum utrum esset affirmandum: sed scripsit: *numquid duas habetis patrias?* i. e. eo modo, quem n. 2. exposui, *ihr habt doch nicht ein zweifaches Vaterland?* et addit: *an est una illa patria com-*

munis? ea ratione, qua interrogatio per *an* enuntiationi annectitur. Plena esset haec: estne ita, an est una communis patria? Vide Cic. de Fin. 2, 5, 14.

Plaut. Poen. 5, 5, 36. *num tibi, adolescens, malae aut dentes pruriunt, qui huic es molestus? An malam rem quaeritas?* Cic. de Offic. 3, 28, 102. *num iratum timemus Iovem?* Post multa verba interposita sequitur altera quaestio: *an ne turpiter faceret?* Tusc. 1, 47, 112. *num igitur etiam rhetorum epilogum desideramus? An hanc iam artem plane relinquimus?* de Orat. 1, 58, 249. *num igitur, si cui fundus inspiciendus — aut imperandum villico est* (ita scribendum esse, non *sit*, vidit Madvigius), *Magonis Carthaginiensis sunt libri perdiscendi? An hac communi intelligentia contenti esse possumus?* De loco pro Rosc. Com. 8, 25. in tanta librorum perturbatione iudicari non licet. de Senect. 7, 23. *num igitur hunc, num Homerum, Hesiodum, Simonidem — coegit in suis studiis obmutescere senectus? An in omnibus his studiorum agitatio vitae aequalis fuit?* Horat. Sat. 2, 5, 58. *num furis? An prudens ludis me obscura canendo?*

Cic. de Am. 8, 26. *saepissime igitur mihi de amicitia cogitanti, maxime illud considerandum videri solet, num propter imbecillitatem atque inopiam desiderata sit amicitia: — an esset hoc quidem proprium amicitiae.* Receperunt critici alteram librorum scripturam *utrum*. ad Fam. 9, 26, 8. *ille baro te putabat quaesiturum, num unum coelum esset an innumerabilia?* Codicum auctoritate *num* eiectum est.

11. Hoc, quod modo exposui, comprobatur eo, quod ubi disiungenda est sententia, dicitur *aut* et *aut — aut*, vocabulo *num* praemisso. *An num*, quod ex Cic. de Div. 1, 14, 24. afferunt lexicorum auctores, nemo veterum dixit: de *an numquid* apud Apuleium obvio vide Tom. 1. p. 357.

Cic. de Off. 3, 13, 54. *quaero — num id iniuste aut improbe fecerit.* Quod olim legebatur *an improbe*, nemo nunc restituturus erit.

Plaut. Amph. 2, 2, 77. *num tibi aut stultitia accessit, aut superat superbia?* Cas. 2, 6, 32. *num ista aut populna sors, aut abiegna est tua?* Cic. p. Rosc. Am. 40, 118. *num aut ille lanista omnino iam a gladiatore recessisse videtur, aut iste discipulus magistro tantulum de arte concedere?*

12. Etiam duae interrogationes huius generis coniunguntur per *aut*.

Plaut. Pseud. 1, 2, 83. *num quoiquam est hodie tua tuorum opera conservorum nitidiusculum? aut num ipse pulmento uter magis unctiusculo?* Cic. de Divin. 1, 14, 24. Tusc. 3, 9, 19.

Particula non interposita duas partes coniunxisse videtur auctor Rhet. ad Herenn. 2, 16, 23. ubi scribendum videtur: *primum considerandum est, num per culpam ventum sit in necessitudinem, num culpam necessitudo fecerit.* Vocabulum *veniendi*, quod in altera parte sententiae legitur, ab aliena manu profectum, omitti debet, reliqua sana sunt. Nam etiam per culpam veniunt homines in necessitudinem, quae eos, ut peccent, cogat: quod differt ab ea, quam necessitudo sponte sua imponit, culpa.

13. Adiicitur a comicis *nam* vel separatim, vel ut fiat *numnam*. Atque ita loquitur is, qui non exspectat quidem negationem, sed qui sollicitus veretur, ne sit quod non esse cupit: ubi Germani *doch nicht* dicunt, vel *wol gar*. Donatus ad Terent. Andr. 3, 4, 12. *nam παρέλκεται, ut in quisnam.* Sed *nam* adsignificat maiorem admirationem.

Plaut. Mil. 4, 2, 4. *num quis nam hic prope adest, qui rem alienam potius curet quam suam?* Cas. 5, 2, 55. *num illa me nam sequitur?* i. e. *die kommt mir doch nicht nach?* Truc. 2, 4, 1. *num tibi nam amabo ianua es? mordax mea, quo introire metuas, mea voluptas?*

Terent. Ad. 3, 4, 42. *numnam illa, quaeso, parturit?* e. *Certe.* i. e. *sie kommt wol gar nieder?* Plaut. Amph. 1, 1, 165. *numnam ego obelui?* Terent. Heaut. 3, 2, 6. *numnam haec audivit?* Eun. 2, 2, 55. *eho, numnam hic relictus adstas, nequis forte internuntius clam a milite ad istam curset?*

Additur per *nam* alia sententia in his. Plaut. Cist. 4, 1, 6. *haec cistella numnam hinc ab nobis domo est? nam hinc ab ostio iacentem sustuli.* Amph. 5, 1, 21. *numnam hunc percussit Iuppiter? Credo edepol. nam, pro Iuppiter, sepultus est, quasi sit mortuus.*

Numnam perii? loquitur is, qui de se desperat: *bin ich denn verloren?* Terent. Andr. 3, 4, 12. Eun. 5, 4, 25.

14. Post *num* pro *aliquis*, *aliquando* ponuntur *quis*, *quando*, ut encliticae fiant ideoque uni accentui submittantur: quare vocabula etiam scriptura licet coniungi.

Terent. Eun. 3, 5, 1. *numquis hic est? Nemo est. Numquis hinc me sequitur? Nemo homost.* Cic. p. Deiot. 7, 20. *num*

quae trepidatio? num qui tumultus? num quid, nisi moderate? in Verr. 5, 21, 53. *decumani num quid praeter singulas decumas ex lege hieronica debent?* de Nat. d. 1, 31, 88. *num quid tale, Epicure, vidisti?*

In obliqua oratione Cic. ad Att. 13, 8. *et alicui des negotium, qui quaerat, Q. Faberii fundus num quis in Pompeiano Nolanove venalis sit.* in Vatin. 7, 17. p. Cluent. 38, 105.

Cic. Phil. 5, 11, 29. *num quando perditis civibus vexillum, quo concurrant, defuturum putatis?* ubi vd. Garaton. in Vatin. 6, 15. Quintil. 1, 1, 5. *bona facile mutantur in peius: num quando in bonum verteris vitia?* quem locum Zumptius optime vindicavit.

Cic. p. Quint. 13, 44. *iudicium fiat statim: non recusamus. Numquid praeterea?* Ernestius ad h. l. „Gruterus coniicit *ecquid*, quod nihil differt ab *numquid*.“

Cic. p. Rosc. Am. 52, 153. *num quid aliud videtis obstare Roscio, nisi quod patris bona venierunt?* p. Mil. 12, 31.

In discessu usitata erat interrogatio *num quid vis?* Donat. ad Terent. Hec. 2, 2, 30. ad Eun. l. l. Terent. Eun. 2, 3, 50. *dum haec loquitur, abiit hora: rogo, num quid velit. Recte, inquit: abeo. Recte* est germanicum *schon gut.* Plaut. Cist. 1, 1, 121. *numquid me vis?* Poen. 4, 2, 89. *numquid aliud me morare?* Alia vide p. 320. Cic. ad Att. 6, 3. 5, 2. ad Q. fr. 2, 2. *me enim adhuc nemo rogavit, num quid in Siciliam vellem: te puto saepe habere, qui num quid Romam velis quaerant.* Bosius ad Cic. Epist. ad Attic. 5, 2. Klock. ad Liv. 6, 34, 7. Parei Lex. crit. p. 813.

15. Accedit in his quoque *nam* augens vim orationis, atque dicitur *num quisnam.* Matthiae ad Cic. p. Rosc. Am. 37, 107.

Terent. Eun. 2, 2, 41. *num quidnam hic quod nolis vidit?* Cic. de Orat. 2, 3, 13. *num quidnam, inquit, novi? Nihil sane.* i. e. *ist denn etwas Neues vorgefallen?* Partit. orat. 7, 26,

Cic. p. Rosc. Am. 37, 107. *num quisnam praeterea? Nemo est, iudices.*

16. Sed *quid* quum eadem ratione, qua Graecorum τί, significet *aliquo modo*, additur particulae *num* ita, ut tantum quaestionem acuat. Eodem modo dicitur *numqui*, quod est *num qua ratione.*

Terent. Andr. 5, 4, 40. *numquid meministi?* Cic. de Fin. 1, 7, 24. *numquid videtur tibi de voluptatibus suis cogitavisse?* de Leg. 2, 2, 5. *numquid duas habetis patrias?* Petron. 51, 5. *numquid alius scit hanc condituram vitreorum?* Cic. de Off. 1, 3, 7. *numquid officium aliud alio maius sit.* Alii libri *num quod*, a Gernhardo restitutum. Vtrumque recte se habet. Quintil. 10, 3, 14.

Cic. ad Att. 12, 8. *sane scire velim, numquid necesse sit comitiis esse Romae.* Celsus 2, 4. *in primis tamen illud considerandum est, num cui saepius horum aliquid eveniat.* In antiquis libris *numqnid:* quod iure restituendum censuit Heusinger. Emendat. p. 193.

Plaut. Truc. 2, 1, 27. *numqui male nos agimus tandem?* Terent. Ad. 5, 3, 14. *numqui minus mihi idem ius aequum'st esse, quod mecum'st mihi.* ubi Donatus: *aut num aut qui abundat.* Atque ita Plaut. Rud. 1, 3, 37. *numqui minus servio, quam si forem serva nata?* Vulgo legitur *nunc qui.* sed vide 4, 3, 81. Pseud. 1, 2, 27. Sciopp. Susp. Lect. 4, 1. p. 178. Liv. 6, 37, 8. *numquid enim socordius aut segnius rempublicam administrari post P. Licinii Calvi tribunatum?* Optimi codd. *numqui.*

17. Naturae huius particulae conveniens est, ut in conclusione ponatur. Quare collocatur etiam cum vocabulis *igitur*, *itaque*, aut praecedit aliquod vocabulum concludendi.

Cic. de Orat. 1, 58, 249. vide p. 322. de Divin. 1, 52, 119. *num igitur censes ullum animal, quod sanguinem habeat, sine corde esse posse?* p. Domo 47, 123. de Senect. 7, 23. ad Att. 7, 11. *ubi est autem dignitas, nisi ubi honestas? Num honestum igitur habere exercitum nullo publico consilio?* Critici dubitabant, an delendum esset *num.* p. Ligar. 10, 29. *itaque num tibi videor in caussa Ligarii esse occupatus?*

Cic. Acad. 2, 29, 92. *quid ergo? istius vitii num nostra culpa est?*

18. Duo sunt Pauli iurisconsulti loci, in quibus, si integri sunt, *numquid* significat *quidni.* Digest. V, 2, 8, 9. *nam an et libertates quartam minuant, videndum est. Et numquid minuant? Num si* etc. Fragm. Vatican. 50. *Pomponius igitur putat non posse ad certum tempus deduci nec per in iure cessionem, nec per mancipationem, sed tantum transferri ipsum posse. Ego didici et deduci ad tempus posse, quia et man-*

cipationem et in iure cessionem lex XII tabularum confirmat. Numquid ergo et ex tempore et conditione deduci possit? In quibus praeter significationem etiam verbi modus discedit a vulgari usu: nam coniunctivum veteres scriptores non collocant cum voc. *num*. Dubitabant etiam interpretes. Haloander eiecit verba Dig. *et numquid minuant*, idque probabant Noodtius et Heineccius: *in quid* scribendum Huber existimabat Enn. Rom. p. 248. In altero loco Buchholtzius ita constituit sententiam, ut Paulus, qui ad tempus deduci posse affirmaverat, negaret ex tempore deduci posse: quo quidem particula *numquid* vindicatur, sententia autem turbatur, nec stare potest particula *et*. Quare magis depravationem linguae quam scripturae agnoscamus.

19. Aliquam proprietatem habent verba *uum minus*, quae idem fere significant, quod *non minus* in recta oratione,

Propert. 2, 22, 30. *num fugere minus Thessala tela Phryges?* Ovid. Her. 18, 174. *num minus hoc nobis tam brevis obstet aqua?* 17, 230. Fast. 1, 526. 3, 6. Alia Heinsius ad Her. 11, 19.

* *Num* et *non* a librariis commutata vide notata apud Gronov. Observ. p. 650. N. Heinsium ad Ovid. Her. 11, 19. Drakenborch. ad Liv. 2, 40, 7. 36, 3, 8. Walther. ad Tacit. Hist. 1, 83. et *unde* vd. Goerenz. ad Cic. Acad. 2, 18, 56.

NVMQVAM.

Neumquam factum est *numquam*, in quo littera *m* ante *q* posita pronuntiabatur in modum litterae *n*, nisi haec etiam scriptura exprimebatur, sicuti factum est in inscriptionibus apud Orellium 555. 4229. 4627. Priscianus 1. p. 555. *m transit in n, et maxime d vel t vel c vel q sequentibus ut tam, tandem, tantundem, idem, identidem. num, nuncubi*, et ut Plinio placet, *nunquis, nunquam*. Marius Victor. p. 2462. *has voces nonnunquam, nunquam, nunquid, quanquam, unquam saepe recte scriptas relinquitis: aliquando n in m commutatis nonnumquam pro n facitis m.* p. 2463. *quoniam in copulatione syllabarum familiarium et nobis habenda*

ratio est, n quam m potius scribetis, nonnunquam, nunquam et similia. Haec quidem ex Quintiliani praecepto: *sic scribendum quidque iudico, quomodo sonat.* Antiquiores servarunt etymologicam rationem. Manutius eamdem tuetur comparans *utrumque*, *numque*, alia, Dausquius alteram scripturam. Idem refert in porticu S. Ceciliae Romae exstare inscriptionem ITA NEVNQVAM DE NOMINE FAMILIAE NOSTRAE et in Fragmento Farnesiano libri Festi legi *neunquam.*

Primitivum vocabulum indicans tempus erat *um*, quod relativam formam induit in *quum* sive *cum*, demonstrativam in *tum:* quod accedit *quam*, pro *qua*, alia ratione, aut pro *quo* sive *quoquam* accipi potest, ut *umquam* sit *tempore quoquam.* Quare non opus est *umquam* ex *cumquam* natum esse cum Doederleinio dicamus. Palmerius in Spicileg. p. 679. Gruter. antiquos ait poetas etiam *nunqua* omissa littera *m* dixisse: sed testimonium unum affert codicis, in quo lineola non expressa esse videtur. Tamen exstat etiam in inscriptione apud Gruter. 995, 3. apud Orell. 4805. In Plauti Men. 1, 2, 34. *dic mihi, numqua tu vidisti tabulam pictam in pariete, ubi aquila Catamitum raperet,* alii libri habent *numquam:* quod mirum ni criticis nostri temporis praebeat argumentandi occasionem. Sed cf. Terent. Eun. 2, 3, 69.

Stürenburgius in Comment. ad Cic. libros de Off. adiectis p. 159. de origine vocabuli *numquam* quaestionem instituit et quum in graeca lingua cognationem non exstare vidisset, comparavit gothica *huanhun*, *nihuanhun*, atque in duo vocabula latina *quando* et *um* transiisse gothicum *huan* existimavit, et *quam*, quod adhaeret, idem significare, quod gothicum *huan:* quare *umquam* proprie significare *zu einer Zeit, wie sehr auch, um quamvis affirmetur.* His quid efficitur ad cognoscendam latinae vocis naturam? Prorsus nihil.

Quod in inscriptionibus legitur *nuncquam*, veluti apud Gruterum. p. 948, 10. ex eodem scribentium errore exortum est, quo *uxor* aliaque. In codicibus interdum legitur *nonquam.* vide Walther. ad Tacit. Hist. 3, 37 et 46.

1. *Ne* in hac verbi compositione negationem simplicem exhibet, ut sit *non umquam*, sicuti *nec umquam:* ubi autem coniunctione opus est, dicunt *ne*

umquam. Est igitur *nullo tempore.* Id quando de rebus agendis dicitur, saepe praestat negationem graviorem, unde Donatus ad Terent. Andr. 2, 3, 10. *numquam plus habet negationis quam non.* Vide eum ad Phorm. 1, 2, 71. De rebus non iterum agendis dicitur, ut sit *nicht wieder.* Sed sunt loci, in quibus critici scribendum censebant *non umquam,* veluti apud Livium 9, 37, 2. *quantus non umquam antea.* Atque maiori cum vi haec pronuntianda essent, quemadmodum οὐδὲ εἷς. Poetas ita dixisse exemplis constat: prosaici scriptores, apud quos etiam legitur *nec — umquam.* videntur non solvisse vocabulum, nisi interpositis aliis vocabulis, aut ubi *umquam* alii vocabulo adhaereret, velut *non umquam antea.* Interdum negatio cum adverbio connectitur. Propert. 2, 9, 7. *visura et quamvis numquam speraret Vlyxen.* i. e. non speraret umquam visura.

Sallust. Cat. 8, 4. *populo romano numquam ea copia fuit.* Cic. de Off. 2, 8, 29. *ex quo debet intelligi — numquam defutura bella civilia.* Liv. 9, 18, 12. *quot Romanos duces nominem, quibus numquam adversa fortuna pugnae fuit?* ubi codices palat. cum aliis *non umquam,* sed non probabiliter exhibent.

Ovid. Trist. 1, 3, 32. *iamque oculis numquam templa videnda meis.* Her. 2, 99. *qui me numquam visurus abisti.*

Virgil. Ecl. 1, 36. *non umquam gravis aere domum mihi dextra redibat.* Propert. 1, 6, 23. *et tibi non umquam nostros puer iste labores afferat.* ubi est pro *ne umquam* dictum.

Cic. de Div. 1, 9, 15. *videmus haec signa numquam fere ementientia.* Hottingerus temere scripsit *non umquam.* Vide Gieseum ad h. l.

2. Sed Donatus in mente habuit eas dictiones, in quibus non tam temporis ratio, quam negationis vis valet. Germani dicunt *nimmermehr* pro *omnino non.* Sic dicitur *numquam quidquam* pro *prorsus nihil.* Atque in hoc usu accedere potest certi temporis designatio, veluti *numquam hodie:* in quo Donatus ad Adelph. 4, 2, 31. dubitat, utrum *hodie* abundet, an dicatur pro *nullo tempore huius diei.* Vide Tom. 3. p. 99.

Terent. Andr. 4, 5, 13. *si id scissem, numquam huc tetulissem pedem.* Heaut. 3, 1, 43. *satrapa si siet amator, numquam*

sufferre eius sumtus queat, nedum tu possis. Plaut. Men. 5, 7, 21. *numquam te patiar perire.* Amph. 2, 2, 68. *numquam factum est.* Cic. de Leg. 1, 14, 41. *quod si negabit, se illi vitam ereptarum et aurum ablaturum, numquam ob eam causam negabit, quod id natura turpe iudicet.* Caes. B. gall. 8, 24. Liv. 3, 23, 4. *vi numquam eo subiri potuit.* Cf. Scheller. Observat. p. 287.

Terent. Ad. 4, 1, 12. SY. *Nihil in mentem?* OT. *Numquam quidquam.* ubi Donatus: *παρείλκον pro numquam, id est, non.* Plaut. Capt. 1, 1, 8.

3. Notiones loci et temporis etiam in lingua latina saepe commutari, cognitum est satis. Atque saepe *numquam* legitur, ubi *nusquam* exspectes et vice versa. Coniunguntur *nunquam* et *usquam* vulgari sermone.

Apud Senecam Cons. ad Helv. 6, 5. *mobilis enim et inquieta mens homini data est: numquam se tenet.* Heusingerus necessarium putabat *nusquam:* quod non erat.

Terent. Eun. 5, 9, 62. *numquam etiam fui usquam, quin me omnes amarent plurimum.* ubi Donatus: *numquam et locum et tempus significat: usquam locum magis.*

4. Notandae sunt dictiones, in quibus *numquam* cum aliis nominibus copulatur, aut adiicitur temporis designatio.

Quintil. 9, 2, 68. *vera negotia numquam adhuc habuerunt hanc silentii necessitatem.*

Cic. de Off. 2, 23, 80. *quod antea numquam apud nos acciderat.* Curt. 3, 12, 17. *ignorationem numquam antea visi regis excusans.* Liv. 2, 61, 3. *numquam ante tam invisus plebi reus ad iudicium vocatus populi est.* Caes. Bell. gall. 1, 44. *numquam ante hoc tempus exercitum populi romani Galliae provinciae fines egressum.* Vide Tom. 1, p. 876. In plurimis locis *antea* praecedit vocabulo *numquam:* quare critici legem huius ordinis scripserunt, sed frustra.

Liv. 38, 33, 5. *numquam alias exsules Lacedaemoniorum Achaei secum adduxerant in fines.* 2, 22, 7.

Liv. 42, 49, 7. *ipsius Persei numquam, ex quo regnum accepisset, desitum belli exspectatione celebrari nomen.*

Terent. Ad. 2, 1, 3, *numquam, dum ego adero, hic te tanget.* Cic. p. Sext. 63, 132.

Liv. 34, 28, 9. *numquam, donec Demetrias Chalcisque et Corinthus teneretur, liberam Graeciam fore.* Cf. 24, 31, 8.

Plaut. Men. 3, 2, 12. *heres numquam erit post hunc diem.* Curc. 4, 2, 43.

5. A diungitur negativa sententia, ut exprimatur, quod semper fiat aut factum sit. Itaque dicunt *numquam — quin, numquam — ut non.*

Plaut. Stich. 5, 5, 13. *numquam enim fiet hodie, haec quin saltet tremen.* Asin. 3, 3, 85. Terent. Eun. 5, 9, 22. *numquam etiam fui usquam, quin me omnes amarent plurimum.* Ad. 3, 1, 6. Cic. ad Fam. 2, 10, 2. *equidem numquam domum misi unam epistolam, quin esset ad te altera.*

Senec. Epist. 40, 1. *numquam epistolam tuam accipio, ut non protinus una simus.* Sueton. Aug. 56. *numquam filios suos populo commendavit, ut non adiiceret, si meruerunt.*

6. *Numquam* et *nisi* eo modo componuntur, quo *non* et *nisi*, et hoc ipsum saepe significant. Latini his vocabulis exprimebant id, quod Germani verbis *immer nur*. cf. Animadv. ad Wopkensii Lect. Tull. p. 50. et supra p.

Cic. Acad. 2, 22, 69. *numquam a Philone discessit, nisi postea quam ipse coepit, qui se audirent, habere.*

Cic. ad Fam. 6, 6, 19. *numquam nisi honorificentissime Pompeium appellat.* ad Att. 2, 17. p. Mil. 23, 61. Acad. 2, 24, 75. *videor tibi non — nominare modo illustres homines, sed imitari numquam nisi clarum.* Manutius *quemquam*, Davisius *neminem* scribendum censuerunt sine caussa. Vide Wopkens. Lect. Tull. p. 50. (36.)

Liv. 2, 28, 7. *numquam unum militem habituros, ni praestaretur fides publica.*

Tacit. Ann. 1, 26. *numquamne nisi ad se filios familiarum venturos?* vide p.

7. *En numquam* quum in quibusdam scriptorum locis legeretur, mutandum censuit l. Fr. Gronovius in *en umquam:* de quo vide Tom. 2. p. 371. Nuper tamen exstitit egregius vindex Alschefski, qui ad Liv. 4, 8. ita docuit: *en umquam* dictum esse, quum aliquid summo quidem cum studio appeteretur, sed quum tot tantaeque difficultates intercedere viderentur, ut qui re-

ius ipsis interessent, vix sibi viderentur voti sui compotes fieri posse: verum si quid actum esset, sed e memoria videretur excessisse, *en numquam* maiore qualam vi dixisse eos, qui homines eius ipsius rei admonitos vellent. Simplicior tamen ratio videtur esse haec. Per *en numquam* cum admiratione quaeritur de re acta, sed aliis ad animum revocanda, *en umquam* de re non facta, sed desiderata.

Liv. 10, 8, 10. *en numquam fando audistis patricios primo esse factos, non de coelo demissos?* i. e. *ihr habt wol nie gehört.* 4, 3, 10. *en numquam creditis fando auditum esse, Numam Pompilium — regem factum?* Quos locos non debebam afferre ad illustranda verba *en umquam.*

8. *Numquam non*, ut reliquae negationis duplicis compositiones, affirmationem maiorem exprimunt, sive coniuncta, sive interpositis aliis verbis.

Cic. de Orat. 1, 24, 112. *quid est ineptius, quam de dicendo dicere, quum ipsum dicere numquam sit non ineptum, nisi quum est necessarium?* ad Fam. 12, 18, 2. *epistolas requiris meas: ego autem numquam, quum mihi denunciatum esset a tuis in aliquam, non dedi.*

Varro de Re r. 3, 1, 4. *quum — agri numquam non fuerint in terris, qui coli possint.*

Celsus 2, 2. *numquam non aliqua febrem antecedunt.* Quintil. 7. 2, 33. *probi vero mores — numquam non plurimum profuerint.* Sueton. Tiber. 69. *turbatiore coelo numquam non coronam lauream capite gestavit.*

9. Potest negatione altera per *ne — quidem* adecta augeri vis dictionis, et per *neque — neque* praecedenti vocabulo *numquam* supponi, quo ipsum spectet.

Cic. de Off. 3, 12, 49. *maneat ergo, quod turpe sit, id numquam esse utile, ne tum quidem, quum id, quod esse utile putes, adipiscare.* de Amic. 27, 103. *numquam illum ne minima quidem re offendi.*

Cic. ad Attic. 14, 13. *quae enim Caesar numquam neque fecisset neque passus esset, ea nunc ex falsis commentariis proferuntur.* Liv. 3, 14, 5. *numquam ulli neque publice neque privatim truces esse, nisi quum de lege agi coeptum esset.*

10. Verba, quae in unum vocabulum coniungunur *nonnumquam*, significant *aliquando, interdum.* Et

geminatur etiam in distinguendis rebus apud scriptores argenteae aetatis, aut in altera sententiae parte collocatur *aliquando*.

Cic. in Vatin. 2, 4. *quum in hac civitate oppugnatio solet, qua tu nunc uteris, nonnumquam, defensio numquam vituperari.* p. Planc. 3, 8. *solet nonnumquam dignos praeterire.*

Celsus 5, 8, 14. *eaque nonnumquam subito desinunt, nonnumquam mediocrem inflammationem excitant.* Senec. Nat. quaest. 1, 2, 5. 5, 13, 1.

Senec. de Clem. 1, 14, 1. *qui obiurgare liberos nonnumquam blande, nonnumquam minaciter solent, aliquando admonere etiam verberibus.* Alia vide Tom. 1. p. 249.

11. Ob orationis formam notanda sunt ea, in quibus *nonnumquam* cum verbis *saepe*, *plerumque*, *frequenter*, *semper* collocatur.

Caes. B. gall. 1, 8. *alii vadis Rhodani, qua minima fluminis altitudo erat, nonnumquam interdiu, saepius noctu, si perrumpere possent, conati.* Sueton. Caes. 57. Cic. de Div. 1, 14, 25. *ea fallit fortasse nonnumquam, sed tamen ad veritatem saepissime dirigit.* Partit. Orat. 17, 58. *enumeratio reliqua est, nonnumquam laudatori, suasori non saepe, accusatori saepius quam res necessaria.*

Cic. Tusc. 1, 34, 82. *et fit plerumque sine sensu: nonnumquam etiam cum voluptate.* Cf. de Nat. d. 2, 27, 69.

Columell. 7, 6, 7. *parit autem, si est generosa proles, frequenter duos, nonnumquam trigeminos.* 7, 12, 5. *satis est severos esse nec blandos, ut nonnumquam etiam conservos iratius intueantur, semper excandescant in exteros.*

*) *Numquam* a librariis commutabatur cum *nusquam*. vd. Drakenb. ad Liv. 36, 17, 10. cum *numquid*. vd. criticos ad Cic. de Sen. 2, 4. cum *non quam*. vd. Heusingeri Emendat. p. 141.

NVNC.

Vocabulum, quod tempus praesens designaret, Graecis erat νῦν, Latinis *num*, quod adiecta syllaba monstrativa fiebat *nunc*, quod est *nunce*. Id unam tenebat significationem, sive praeteriti temporis sive futuri ratio opponebatur, quod aliis linguis aliter exprimi solet.

am in sententiis inest, ut intelligas rem, quae aut non rius facta est aut non post hoc tempus fiet. Id vero uod in praeteritis per *tum* et *tunc* distingui potest, ut em post aliam sequutam esse aut eam certo quodam mpore factam esse significemus, Latinis licuisset etiam er verba *num* et *nunc* designare, nisi loquendi usus, ltera forma ad interrogationes aptata, diversum illum nsum voculatione distingueret. Etiam Graecos tanum in carminibus nec semper cum significationis discriine brevem formam *νύν* usurpasse constat. Ceterum *unc* non ex *novum* ortum esse iam p. 315. monui: ognata autem esse vocabula, graecum *νέον* indicat. vid. ophocl. Oed. R. 155.

1. Significationem vocabuli *nunc* monstrant ea, uae ei opponuntur. Ac primum ex adverso collocanır verba praeteriti temporis *tunc*, *antea*, *alias*, *aliuando*, aliaque. Est igitur, tempore quo loquor, quo ivimus.

Liv. 5, 53, 8. *ego contra — etiamsi tunc migrandum fuisset incolumi tota urbe, nunc has ruinas relinquendas non censerem.* 4, 6, 12. *hanc modestiam aequitatemque — ubi nunc in uno inveneris, quae tum populi universi fuit?* Cic. Philipp. 7, 5, 14. *sed erat tunc excusatio oppressis, misera illa quidem, sed tamen iusta: nunc nulla est.* ad Att. 7, 6. *nisi forte haec illi tum arma dedimus, ut nunc cum bene parato pugnaremus.* ad Fam. 6, 1, 16. *sed tu illum animum nunc adhibe, quaeso, quo me tum esse oportere censebas.* Varro de Ling. lat. 4, 24. *cornua quod eo quae nunc sunt ex aere, tunc fiebant ex bubulo cornu.* Liv. 4, 34, 6. 4, 25, 13. Tacit. Ann. 1, 43. *vos quoque, quorum alia nunc ora, alia pectora contueor* etc. — Terent. Ad. 1, 2, 24. *tu nunc tibi id laudi ducis quod tum fecisti inopia?*

Varro de Ling. lat. 4, 1, 3. *multa verba aliud nunc ostendunt, aliud ante significabant.* Cic. ad Att. 14, 17. *tantum accessit, ut mihi nunc denique amare videar, antea dilexisse.* 9, 1. *qui et nunc et saepe antea magno praesidio reipublicae fuerunt.* in Caec. Div. 5, 13. *hanc habent arcem, minus aliquanto nunc quidem munitam, quam antea.* Brut. 71, 250.

Cic. Tusc. 1, 11, 23. *nunc, si videtur, hoc: illud alias.* Liv. 29, 18, 18. *sed et nunc et saepe alias dea suam sedem suumque templum tutata est.* Suetos. Tiber. 29.

Cic. p. Mil. 25, 67. *si hunc de tua vita nefarie aut nunc cogitare, aut molitum aliquando aliquid putas.*

Cic. Acad. 1, 1, 3. *illud autem mihi ante hoc tempus numquam in mentem venit a te requirere, sed nunc — quaero* etc.

Cic. p. Font. 16, 36. *quae* (colonia) *per hunc ipsa nuper obsidione hostium liberata, nunc eiusdem miseriis ac periculis commovetur.*

Cic. de Orat. 1, 42, 187. *omnia fere, quae sunt conclusa nunc artibus, dispersa et dissipata quondam fuerunt.* Liv. 40, 3, 3. Cic. p. Planc. 22, 55. *illud vero crimen de nummis — caluit re recenti, nunc in caussa refrixit.* Plaut. As. 1, 3, 53. *longe aliam, inquam, praebes nunc atque olim.* Terent. Heaut. 2, 1, 4. *ex ena libidine moderantur nunc quae est, non quae olim fuit.* Andr. 3, 3, 13. Cic. in Verr. 4, 56, 124.

2. Eadem ratione id opponitur, quod postea fit aut factum est, et quod futurum est. Sic collocantur vocabula *postea, in posterum, mox, olim.*

Cic. p. Cluent. 4, 10. *Cluentio nisi nunc satisfecero, postea satisfaciendi potestas non erit.* Liv. 39, 19, 6.

Planc. ad Cic. Epist. 10, 7, 3. *quod spero, si me fortuna non fefellerit, me consequuturum, ut maximo praesidio rei publicae nos fuisse et nunc sentiant homines et in posterum memoria teneant.*

Liv. 3, 2, 4. *deos nunc testes esse, mox fore ultores.* 3, 25, 8. 33, 45, 8.

Quintil. 10, 1, 104. *qui olim nominabitur, nunc intelligitur.* Virgil. Aen. 4, 627. *nunc, olim quocumque dabunt se tempore vires.*

Seneca de Brev. vitae 19, 2. *vis tu, relicto solo, mente ad ista respicere? nunc, dum calet sanguis, vigentibus ad meliora eundum est.*

3. Cuicumque tempori id opponitur, quod in praesentia adest.

Liv. 40, 15, 4. *quemadmodum nec nunc sperare regnum, nec ambigere umquam de eo forsitan debeam* etc.

4. Absolute dicitur *nunc* de praesenti tempore ita, ut alius temporis iusta ratio intercedat nulla: veluti in verbis *qui nunc sunt:* ubi non semper est quod intelligas homines non praeteriti aut non futuri aevi. Sic exprimitur idem, quod est *hodie, nostro tempore.* Dicentes per *nunc* significant locum expositionis, in quo versantur. Quintil. 10, 5, 1. *de quo nunc agitur.* 11, 1, 83.

10. 1, 45. Nec sine caussa Donatus ad Terent. Eun. 1, 1, 64. efficaciam particulae notat, qua valet idem quod *nunc demum*, *nunc tandem*; de qua re vide Burmann. ad Petron. 44.

Cic. de Orat. 1, 13, 57. *Marcellus — qui nunc aedilis curulis est et profecto, nisi ludos nunc faceret, huic nostro sermoni interesset.* Brut. 17, 65. *Catonem vero quis nostrorum oratorum, qui quidem nunc sunt, legit?* p. C. Rabir. 7, 20. *qui hos patres conscriptos, qui nunc sunt, in invidiam vocatis.* ad Quint. fr. 1, 1, 15. Plin. Hist. n. 22, 25, 71.

Pollio ad Cic. 9, 31, 17. *constitui, ut nunc est, cum exercitu proficisci.* Cic. ad Att. 12, 29. Quintil. 1, 3, 15. *nunc fere negligentia paedagogorum sic emendari videtur, ut pueri non faceré; quae recta sunt, cogantur* etc. 1, 5, 68. *nunc recentiores instituerunt Graecis nominibus graecas declinationes potius dare.* 10, 2, 28.

Plaut. Capt. 5, 4, 21. *nunc tibi pater hic est.* Non recte Bothius ad Bacch. 78. accepit pro *igitur.*

Apud Tacitum Agr. 1. *at mihi nunc narraturo vitam defuncti hominis venia opus fuit.* Salinerius accepit pro *nunc demum*: cui iure Waltherus obliquutus est.

5. In hoc usu accedunt aliae particulae *demum*, *denique*. De illa vide Tom. 2. p. 251. de hac p. 776. ubi adde Cic. de Prov. Cons. 13, 33. Varr. de Re r. 3, 1, 2. Plautus dixit Rud. 1, 4, 3. *nunc dein vitae haud parco*, quod est *non nun an*. *Nunc adhuc* vitiosum esse videbatur Morhofio de pura dictione lat. p. 234. Sed Sueton. Claud. 1. *quae* (fossae) *nunc adhuc Drusianae vocantur.*

6. In iis verbis, quae cum *nunc* coniungi solent, notanda etiam sunt *primum*, *interim*. *Nunc primum* interdum vulgari sermone pro *nunc demum*, *jetzt erst* usurpatur.

Plaut. Amph. Prol. 50. *nunc, quam rem oratum huc veni, primum proloquor.* Cic. Verrin. 2, 8, 24. *nunc primum hoc aures tuae crimen accipiunt?* 2, 60, 147. *hoc quoque propter tuos ternos denarios nunc primum postulatur.* 3, 25, 63.

Plaut. Amph. 2, 2, 63. *qui nunc primum te advenisse dicas.* 2, 2, 52. *quasique nunc primum recipias te domum.*

Plaut. Aul. 4, 10, 77. *nunc interim spatium ei dabo exquirendi.*

7. De *iam nunc* dixeram Tom. 8. p. 153. quae Haasius in Zimmermannianis Ephemerid. a. 1838. p. 268. magna ex parte improbavit. Tamen videndum est, quo iure hoc fecerit. Etiam Müllerus in Iahnii Annal. a. 1830. Tom. 13. p. 48. docuit *nunc iam* semper praesentem rem praeteritae, *iam nunc* futurae oppositam significare. Ex mea quidem opinione *iam* non ex origine sua est particula temporalis, sed significatio eius refertur ad tempus, ut id definiat: idque pronominali vocabuli naturae convenit: nec Haasio concedi potest, *iam* exprimere progressum in tempore ab aliqua re ad aliam factum, quum is, qui *iam* loquitur, momentum aliquod temporis progredientis teneat. Nec igitur primariam significationem putabimus esse *schon*. Sed *iam nunc* et *nunc iam* plenam efficiunt notionem, sive referamus eam ad praesens tempus distinctius definiendum, sive ad antecedens tempus, ut sit *nunc et non antea*, *erst*, sive ad sequens tempus, ut sit *nunc et non postea*, *schon*. Quare triplex horum vocabulorum est significatio, germanicis verbis reddenda 1. *ietzt eben. ietzt nun*, νῦν δή. 2. *schon ietzt*. 3. *erst ietzt*, *noch ietzt*. Quod autem Haasius cum Müllero in ordine vocabulorum caussam diversae significationis quaerit atque statuit in *nunc iam* praesenti rei opponi ante actam, ideoque *nunc* magis valere quam *iam*, sed *iam nunc*, in quibus *nunc* minorem habeat vim, referri ad rem futuram non exspectatam, neque umquam *iam nunc* poni, ubi res exspectationem fefellerit, quod est *erst ietzt*: haec neque usu neque ratione satis constare videntur. Nam sicuti Germani loquuntur *ietzt erst* et *erst ietzt*, *ietzt schon* et *schon ietzt* non diverso sensu, sic etiam Latini vocabulationem et ordinem verborum mutant. Saepe enim *iam nunc* significat *ietzt nun*, quod ille dicit esse *nunc iam*. Terent. Heaut. 2, 3, 135. *iam nunc haec non est tua*. Haec Haasius reddit *schon ietzt, obgleich wir noch nicht im Hause des Vaters angelangt sind, ist sie nicht die Deinige*, verbisque tribuit vim alienam. Clitipho quum dixisset *cur retines?* Syrus respondet: *nunc haec non est tua*. Tum Clitipho: *quid nunc? Apud patrem scio me debere dissimulare*. Si Syrus dixisset, quod vult Haasius, non adddere potuisset Clitipho: *at nunc interim. Iam nunc* igitur graviori vi exprimit id, quod inest in simplici *nunc*. Sic Plaut. Asin. 2, 4, 89. *iam nunc secunda mihi facis*. Liv. 2, 54, 6. *quodsi con-*

ulatus tanta dulcedo sit, iam nunc ita in animum inducant, consulatum captum et oppressum ab tribunicia potestate esse. Nemo, opinor, cum Hasio haec reddet so mögen sie ietzt schon bedenken: sed opponuntur haec, antea non in animum inductum esse, et nunc quidem induci debere. Atque ita etiam *nunc iam* Plaut. Capt. 2, 2, 16. *nunc senex est in tonstrina: nunc iam cultros attinet.* Poen. 8, 5, 1. *suspendant omnes nunc iam se haruspices.* Amph. 1, 188. *mentiris nunc iam.* Cassius ad Cic. 12, 12, 4. *habui paullulum morae, dum promissa militibus persolvo. Nunc iam sum expeditus.* Nec contendi poterat *iam nunc* numquam cum imperativo coniungi, ut *nunc iam.* Plaut. Asin. Prol. 4. *face iam nunc, tu praeco, omnem auritum populum.* Mil. 2, 4, 4. *age iam nunc:* quod alibi est *nunc iam.* Vide Apulei. Met. 5. p. 161, 13. p. 829. Oud. Ovid. Her. 2, 83. *doctas iam nunc eat Athenas.* Id tamen facile concedi potest, *nunc* in *nunc iam* plerumque graviorem vim tenere, in *iam nunc* primariam notionem esse *iam*, ut reddatur *schon ietzt*, quod alias dicas *ietzt schon.* Plaut. Amph. 8, 2, 56. *iam nunc irata non es?* i. e. noch ietzt, quod etiam dicitur *ietzt noch.* Apulei. Met. 11. p. 268, 4. (p. 801. Oud.) *et quid, inquit, iam nunc otiosus teque ipsum demoraris.*

Eamdem fere significationem habent haec: Plaut. Trin. 1, 2, 94. *i intro iam, amabo.* 5, 66. *i nunc intro, amabo.* Asin. 2, 4. 79. *i nunc iam ad herum.*

8. Etiam cum verbis praeteriti temporis *nunc* componi quum vidissent, Burmannus cum Heinsio, ubicumque in libris Ovidii aliorumque poetarum verba *nunc* et *tunc* exstabant, tamquam magis poeticum scripserunt *nunc*, non satis perspecta ratione. Iis enim, qui res gestas narrant, interdum oculis obversantur, quae ante acta erant: semper tamen respicitur aliud quid antecedens et dicitur de ordine et conditione rerum. Cic. ad Att. 2, 24. *nunc reus erat apud Crassum Divitem Vettius de vi.* Alia exempla habent perfectum, quo rei status significatur in praesentia absolutus. Cic. p. Planc. 23, 55. *illud vero crimen de nummis — caluit re recenti, nunc in caussa refrixit.* Denique verba *tempus erat, locus erat* eo modo dicuntur, ut tempus vel locum iustum et opportunum, in quo quid appareat, cogitemus prius fuisse, et nunc recipere rem praesentem: quem-

admodum Germani dicunt *ietzt war es Zeit*, Graeci καιρὸς ἄρ' ἦν. Horat. Carm. 1, 37, 1. *nunc est bibendum, nunc pede libero pulsanda tellus: nunc Suliaribus ornare pulvinar deorum tempus erat dapibus.* Alii interpretes *erat* pro *est* accipientes Horatium dixerunt mirari, quod supplicatio nondum esset facta, alii pro *fuisset* dictum putaverunt, quasi nunc, non antea supplicatio fuisset celebranda, alii existimarunt non evocari sodales ad solemnitatem instituendam, sed dignum videri tempus, quod supplicatione celebraretur: *ietzt wäre Zeit gewesen.* Horat. Art. p. 19. *sed nunc non erat his locus.*

Ovid. Met. 1, 320. *Nymphas — adorant fatidicamque Themin, quae nunc oracla tenebat.* Ita Burmannus pro *tunc:* quod servandum erat Her. 12, 53. *quam tibi nunc longe regnum dotale Creusae et socer et magni nata Creontis erant?*

9. De futuris rebus ita dicitur *nunc*, ut initium rei agendae in praesenti quadam conditione positum existimemus. Catull. 8, 16. *quis nunc te adibit? cui videberis bella? quem nunc amabis?* Germani *von nun an.*

10. Sed ipsum tempus eiusque conditio saepe definitur adiecta descriptione: quod propterea notandum est nobis, ut appareat transitus in eam significationem, qua *nunc* ad conditionem et ordinem rerum spectat. Vocabula, quibus descriptio temporis commode adiiciatur, sunt *quum, dum:* an recte etiam *quando,* mihi quidem non satis constat.

Plaut. Aul. 1, 2, 35. *nam nunc quom celo sedulo omnes ut sciant, omnes videntur scire.* 2, 2, 17. Terent. Heaut. 3, 1, 39. *nunc, quum sine magno interitimento non potest haberi, quidvis dare cupis.*

Terent. Ad. 1, 2, 27. *illum tu tuum, si esses homo, sinere nunc facere, dum per aetatem licet.* Seneca de Brev. vitae 19, 2.

Cic. ad Fam. 13, 56, 2. nunc, *quando mihi ab amico officiosissimo tantum oneris imponitur, ego quoque tibi imponam.* Alii scripserunt *quoniam*, alii *quum. Quoniam* bene dici monstrant loci de Fin. 5, 21, 59. de Leg. 1, 9, 27.

11. Saepe tamen *nunc* ne tempus quidem distincte indicat, sed rerum consequutionem in tempore: esse tempus, quo quid fiat. Tunc non redditur per *ietzt,*

ed per *nun*. Hac ratione etiam cum futuro verborum omponitur, et pro *tum* accipi potest in enarrandis ebus.

Plaut. Bacch. 3, 3, 1. *nunc experiar, sitne acetum tibi cor acre in pectore.* Amphit. Prol. 17 *nunc cuius iussu venio — dicam.* Propert. 1, 6, 1. *non ego nunc Hadriae vereor mare noscere tecum.* 1, 19, 1. Val. Flacc. 4, 606. *ne tibi nunc horrenda rapax ad litora puppim ventus agat.* ubi mutarunt in *tunc.* Plaut. Amph. Prol. 95 *nunc animum advortite.*

Plaut. Amph. Prol. 140. *nunc hodie Amphitruo veniet ab exercitu.* 1, 1, 42. *ea nunc meditabor.*

Ovid. Met. 6, 666. *nunc sequitur nudo genitus Pandione ferro.* Lucan. 5, 625. *nunc quoque tanta maris moles crevisset in astra, ni superum rector pressisset nubibus undas.* Multos locos, in quibus librarii *tunc* scripserunt, notavit Cortius ad 3, 668. et ad 5, 625.

12. Transfertur *nunc* ad res earumque rationem. tque in argumentatione *nunc* indicat positam caussam: *uum hoc sit: hoc rerum statu.* Broukhusius recte ad ropert. 4, 9, 73. comparat *ergo.* Coniunguntur verba *unc itaque.*

Quintil. 11, 1, 83. *credibilis erit etiam propria quaedam in illa meretrice turpitudo, quam nunc hic pater ferre non possit.* i. e. postquam ad prosperiorem rei familiaris statum emerserat.

Cic. de Leg. 1, 9, 27 *nunc quoniam hominem — generavit et ornavit deus, perspicuum sit illud* etc. p. Rosc. Am. 41, 119. *etenim, quoniam fidem magistri cognostis, cognoscite nunc discipuli aequitatem.* Propert. 4, 9, 73. *nunc quoniam manibus purgatum sanxerat orbem, sic Sancum Tatii compesuere Cures.*

Cic. Acad. 1, 12, 43. *tuae sunt nunc partes, inquit, qui ab antiquorum ratione nunc desciscis.* Alterum hoc eiecerunt critici, defendit Wopkens. Lect. Tull. p. 26. (18.) ubi ego notavi altero *nunc* caussam, altero tempus indicari. 2, 33, 106. *vera igitur illa sunt nunc omnia.* Agrar. 1, 4, 11. Quintil. 11, 1, 83. *credibilis erit enim propria quaedam in illa meretrice turpitudo, quam nunc hic pater ferre non possit.* Propert. 1, 2, 25. *non ego nunc vereor, ne sis mihi vilior istis.* Ovid. Fast. 1, 338. *utque ea nunc certa est, ita rex placare sacrorum numina lanigerae coniuge debet ovis.* ubi alii libri ex interpolatione *non certa est.*

Cic. p. Rosc. Am. 49, 117. *itaque nunc illi homines honestissimi propter istius insidias parum putantur cauti providique*

fuisse. Horat. Epist. 1, 1, 10. *nunc itaque et cerussa et cetera ludicra pono.*

Formula est *quid nunc?* Plaut. As. 3, 3, 71. 121. Aul. 2, 3, 77.

13. Saepe in his duae rerum conditiones collocantur, quarum altera aut praecessit, aut cogitatur esse posse, eique ex adverso apponitur ea, quae vera ac praesens adest et valet. Ita enuntiationes componuntur per verba *quum* et *si* expressae, et adduntur ad voc. *nunc* particulae *autem, vero.* Plerumque re, quae esse possit aut debeat, sed non est, antea memorata, oratio pergit ad verum rei statum. Manutius ad Cic. Epist. 1, 9. p. 161. „*nunc* pro *sed.* Graeci quoque νῦν pro ἀλλὰ crebro usurpant.“ Matthiae ad Cic. p. Arch. 11, 29. Heindorf. ad Cic. de Nat. d. 2, 36.

Plaut. Bacch. 3, 3, 8. *nam absque te esset, ego illum haberem rectum ad ingenium bonum: nunc propter te tuamque pravus factus est fiduciam Pistoclerus.* Cic. ad Fam. 1, 9, 17. *huc accessit commemoranda quaedam et divina Caesaris in me fratremque meum liberalitas, qui mihi, quascumque res gerent, tuendus esset: nunc in tanta felicitate tantisque victoriis, etiam si non in nos is esset, qui est, tamen ornandus videretur.* 12, 4, 1. *vellem idibus Martii me ad coenam invitasses: reliquiarum nihil fuisset: nunc me reliquiae vestrae exercent et quidem praeter ceteros me.* Eodem modo explicandus est locus 1, 9, 26. ubi *nunc est: quum hoc desiderandum sit.* Cic. p. Arch. p. 11, 29. Quintil. 8, 6, 48. *nisi adiecisset, duntaxat fluctibus concionem, esset allegoria: nunc eam miscuit.* 10, 5, 7.

Apud Senecam de ira 2, 34, 6. scribendum videtur: *contempsisses romanum patrem, si sibi timuisset: nunc iram compescuit pietas.* Vulgo *contempsisset.*

Cic. ad Fam. 3, 11, 7. *quae* (respublica) *quidem etiam in summa bonorum et fortium civium copia, tueri tales viros deberet: nunc vero eo magis, quod tanta penuria est* etc. in Verr. 5, 67, 171.

Cic. ad Fam. 6, 22, 3. *quum aliquid videbatur caveri posse, dum id negligi dolebam: nunc vero eversis omnibus rebus, quum consilio profici nihil possit, una ratio videtur, quidquid evenerit, ferre moderate.* Brutus ad Cic. 11, 19, 2.

Plaut. As. 1, 3, 36. *si ecastor nunc habeas quod des, alia verba perhibeas: nunc quia nihil habes, maledictis te eam ductare postulas.*

Cic. de Fin. 1, 13, 42. *sapientia — non expeteretur, si nihil efficeret: nunc expetitur* etc. ad Att. 9, 3. *si commodius anni tempus esset, vel infero mari liceret uti: nunc nihil potest nisi supero tramitti, quo iter intercluisum est.* 11, 2. ad Fam. 15, 14, 6. p. Lege Man. 17, 50. Tusc. 3, 1, 2. de Div. 1, 29, 60. ubi Giese. Liv. 45, 42, 9.

Cic. ad Fam. 2, 6, 12. *ego ni te videre scirem, — quantum officii sustinerem, — plura scriberem: nunc tibi omnem rem atque causam meque totum commendo atque trado.*

Cic. Tusc. 3, 1, 2 *sunt dicta ingeniis nostris semina innata virtutum — : nunc autem, simul atque editi in lucem et suscepti sumus, in omni continuo pravitate — versamur.* Vide Tom. 1. p. 582. Cic. de Nat. d. 2, 36, 90.

Cic. p. Font. 11, 24. *si M. Fonteium, iudices, in caussa deficerent omnia, — tamen esset vobis magnopere providendum, ne — terrore commoti esse videremur. Nunc vero; quum laudat nemo bonus, laudent omnes vestri cives atque socii, — dubitabitis — exteris nationibus ac gentibus ostendere vos in sententiis ferendis civi parcere quam hosti cedere maluisse?*

Agrar. 2, 31, 85. *quare etiamsi ad vos esset singulos aliquid ex hoc agro perventurum —, tamen honestius esse vos universi quam singuli possideretis. Nunc vero quum ad hos nihil pertineat,* etc. Phil. 5, 6, 16. in Verr. 5, 67, 171. in Catil. 2, 7, 16.

14. In rerum expositione per *nunc* oratio transreditur ad aliam rem: quod etiam per *nam* fit. Additur *ero* saepe.

Cic. ad Fam. 15, 21, 6. *nunc ad epistolam venio, cui* etc. de Inv. 1, 38, 57. *ac de inductione quidem satis in praesentia dictum videtur. Nunc deinceps ratiocinationis vim et naturam consideremus.* de Divin. 2, 60, 123. ad Att. 5, 21. *habes consilia nostra: nunc cognosce de Bruto.* Quintil. 5, 10, 20. 32.

Cic. in Catil. 1, 7, 16. *nunc vero, quae tua est ista vita?*

15. Cum imperative et cum coniunctivo adhortationis *nunc* componitur, ut rerum status, in quo iussum latur, appareat: nec raro cum quodam sarcasmo. Saepe recurrit apud scriptores formula *i nunc*. De ea Cambinus ad Horat. Epist. 1, 6, 17. „concessio est dissimulationis et irrisionis plena, qua utuntur Latini, quum vel a re quapiam deterrent, vel aliquid improbant, vel ieri non posse indicant.“

Sallust. Iug. 85, 13. *celebrate nunc, Quirites, cum illorum superbia me hominem novum.* Plaut. Capt. 3, 3, 13. *nunc tu sequere me.*

Plaut. Aul. 4, 10, 47. *age nunc loquere quid vis.*

Pollio ad Cic. 10, 32, 3. *abi nunc, populi fidem implora.* Senec. Epist. 101, 15. *nega nunc magnum beneficium esse naturae, quod necesse est mori.*

Senec. de Benef. 6, 35, 2. *i nunc et hoc esse grati puta, quod ne ingratus quidem faceret.* ad Helv. 10, 3. ubi Gronov. Quaest. nat. 1, 16, 3. Virgil. Aen. 7, 425. *i nunc, ingratis offer te, irrise, periclis.* Horat. Epist. 2, 2, 76. *i nunc, et versus tecum meditare canoros.* 1, 6, 17. Sat. 1, 10, 92. Multa alia exempla vide apud Heins. ad Ovid. Am. 2, 3, 1. Passerat. ad Propert. 3, 6. p. 442. Schmidium ad Horat. Epist. 1, 6, 17.

16. Sicuti alia temporis vocabula ad locum transferri solent, ità etiam *nunc*, quod pro *hic* ponitur.

Horat. Art. poet. 19. *sed nunc non erat his locus.*

17. In enarrandis rebus, quarum alia alio tempore vel diversis temporis momentis fit aut facta est, usurpatur *nunc* bis pluriesve positum, vel pro *tum*, vel pro *modo*. Extremum adiici potest per *postremum*, *denique*. Interdum poetae dixerunt *nunc — nunc*, ubi res per copulam coniungendae erant. Velleius Paterculus *nunc — mox* dixit pro *modo — mox*. Etiam semel positum apud poetas videmus pro duplici.

Liv. 1, 29, 3. *ita defixit omnium animos, ut — nunc in liminibus starent, nunc errabundi domos suas — pervagarentur.* 2, 10, 8. *nunc singulos provocare, nunc increpare omnes.* 34, 13, 2. 45, 54, 8. Vellei. 1, 17, 6. *alit aemulatio ingenia et nunc invidia, nunc admiratio imitationem accendit.* 2, 2, 2. 2, 11, 3. Quintil. 2, 13, 4. 5, 13, 13. Iustin. 8, 5, 12. 11, 1, 4. Curt. 7, 3, 17. Virgil. Aen. 5, 441. Quinquies apud Senec. de Ira 3, 6, 3. vd. Arntzen. ad Aurel. Vict. de Viris illustr. 77. E Ciceronis libris nullum exemplum notatum habeo.

Liv. 3, 49, 2. *Appius nunc vocari Icilium, nunc retractantem arripi, postremo — in vincula duci iubet.* 4, 12, 7.

Horat. Epist. 2, 1, 93. *ut primum positis nugari Graecia bellis coepit, — nunc athletarum studiis, nunc arsit equorum.*

Vellei. Pat. 2, 63, 3. *Plancus deinde dubia, id est sua fide diu, quarum esset partium, secum luctatus ac sibi difficile consentiens*

et nunc adiutor D. Bruti designati consulis, — mox eiusdem proditor.

Virgil. Aen. 5, 830. *pariterque sinistros, nunc dextros solvere sinus.*

18. Poetae duplicarunt vocabulum, et *nunc nunc* ixerunt, nec semper ita, ut maximam sententiae vim i hac particula collocarent.

Horat. Epod. 5, 51. *Nox et Diana, — nunc nunc adeste: nunc in hostilis domos irum atque numen vertite.* Senec. Herc. fur. 498. *nunc nunc cruentae regis aegypti nurus adesto.* Medea 12. ut habet cod. florent.

19. Scriptores infimae aetatis *nunc* pro substantivo ccipiebant et cum praepositionibus coniungere soleani.

Orosius Histor. 7, 2. p. 510. *Alexandri aras positas usque ad nunc — docent* etc.

20. *Nunc olim* de rebus futuris dici posse Ondenorpius existimabat ad Lucan. 9, 603. *quem si stateris mquam cervice soluta nunc olim factura deum.* Eamem scripturam revocarunt Modius Novantiq. Lect. 119. leinsius Adversar. p. 187. Burmannus seiunxit vocula, ut apud Virgil. Aen. 4, 627. legitur: *nunc, olim, uocumque dabunt se tempore vires.* De *nunc nuper* ide NVPER.

21. Notanda est formula *nunc quum maxime, nunc naxime,* quae significat *hoc ipsa tempore.* Similiter diitur *nunc ipsum.*

Terent. Ad. 4, 1, 2. *nunc quum maxime operis aliquid facere credo.* Cic. p. Cluent. 5, 12. *quae multos iam annos et nunc quum maxime filium interfectum cupit.* de Senect. 11, 38. p. Rosc. Am. 45, 132. *quae nunc maxime fiunt.* Quintil. 11, 3, 57.

Cic. ad Att. 8, 9. *quid nunc ipsum unde se recipienti?* 12, 16. *nunc tamen ipsum sine te esse non possum.* 13, 40. Cf. Garaton. ad Phil. 1, 4.

Tacit. Hist. 4, 58. *tolerauit nunc maxime inopiam.* Alii libri *tol. cum maxime.* Vide ne utrumque confungendum sit. Liv. 29, 17, 20. libri praebent *quod quum maxime* et *quum maxime.* vide ibi Duker. et Drakenb. ad 29, 17, 7.

22. *Nunc ita, ita nunc* coniuncta videmus haud aro.

Plaut. Capt. Prol. 50. *ita nunc ignorans suo sibi servit patri.* 1, 1, 25. 2, 3, 18. *nunc ita convenit inter me atque hunc, ut* etc. Quintil. 12, 10, 26. *ita nunc si quis ad eas Demosthenis virtutes — adiecerit* etc.

23. Per hyphen praefixae nominibus particulae exempla exstant apud comicos. Plaut. Pers. 3, 1, 57. *non tu nunc hominum mores vides?* ubi Scaliger. Est *τῶν ἀνθρώπων τῶν νῦν ὄντων.* Gerh. Vossii Rhet. 5, 4. p. 318. Tamen non ad Tibullum 1, 3, 27. nec ad Propertium 2, 28, 18. pertinuit hic usus: quemadmodum opinabantur illi, quos nominavi, viri.

24. *Nuncne* in interrogatione dicitur. Ita enim in codice optimo Terentii Andr. 4, 1, 59. invenit Bentleius. Antea legebatur *nunccine*, quod hequale exemplum habet in *siccine*. Certe scribendum esset *nuncine*, interposita una littera *i*. Vide Tom. 3. p. 83.

*) *Nunc* et *non* librarii commutarunt: vd. Drakenb. ad Liv. 9, 7, 5. Ovid. Fast. 1, 333. Eckstein. ad Tacit. Dialog. 26. et *ne* Drakenb. ad Liv. 6, 37, 6. *nunc* in *iam* mutarunt. vd. crit. ad Cic. de Div. 1, 23, 46. ad Orat. p. Planc. 5. in *tunc*. vd. Drakenb. ad Liv. 3, 6, 1. 37, 4, 9. in *num*. idem ad 7, 6, 11.

NVNCVBI.

Num et *nunc* unius esse naturae antea demonstravimus: hinc intelligitur, quomodo interrogationis vocabulum factum sit *nuncubi*, uno accentu comprehensum. Significat, *num aliquo loco*, *num aliqua in re*. Negavit Bentleius hoc vocabulum usquam inveniri, quod tamen apud Varronem exstat.

Varro de Re r. 3, 2, 4. *nuncubi hic vides citrum aut aurum? num minium aut armenium?* 2, 5, 2. *quare dicam de bubulo —, ut si quis quid ignorat, discat, si quis scit, nuncubi labar observet.* Aldina *ubi nunc*.

Terent. Eun. 1, 2, 83. *nuncubi meam benignitatem sensisti in te claudier?* Donatus haec: *num ubi, numquid alicubi: aut si non cubi legimus, erit adverbium temporis: ut sicubi, si quo in loco, qua in re.* *Num ubi* repudiat versus: quare Bentleius *num tibi*. Servandum erat *nuncubi* interrogativum.

NVNCVSQVE.

Morhofius de pura dictione latina p. 234. „quemdmodum latinae orationis vitium est *nunc adhuc* pro *tiam nunc*, sic barbarum est *usque nunc*, quod Latini edduut ad hoc tempus vel usque ad hoc tempus.“ 'amen scripsit Ammian. Marcell. 14, 2, 13. *ubi conuntur nuncusque commeatus, distribui militibus omne ıtus Isauriae defendentibus adsueti.* Hic enim est erioris temporis usus.

NVPER.

Grammatici omnes originem vocabuli *nuper* in noıine *novum* cognoverunt, de extrema syllaba valde mbigentes. Apud Festum quum legeretur, certe in farıesianis schedis, *nuper quasi noviper*, *tamquam dicius novissime*, Iovianus Pontanus, Vossius, aliique nullam desiderarunt documentum. Scaliger autem de Causis lat. ling. 9, 159. et Poetic. 7, 1, 2. *nuper* dici exitimabat pro *novo opere*. At in Pauli Diaconi Excerıtis plurimi codices habent *noviter*: unde Odofr. üllerus addidit haec: „*noviper* Festum finxisse vix adlucor ut credam.“ Neque nova fictione opus est, quum *emper*, *parumper*, aliaque nomina habeamus, in quiıus syllaba *per*, quae ad augendam notionem praefigi olet nominibus, enclitico modo adhaeret, non mutata ignificatione. Est igitur pro *noviper* dictum, quod Pauus explicuit per *novissime*.

1. Recens igitur tempus indicat haec particula praesenti haud longe remotum: tamen non horaum intervallum intelligitur interiectum, sed dierum t mensium: quamquam antiquior vocabuli usus spaium temporis non magnum supposuisse videtur. Oppoıitur *nunc*.

Terent. Ad. 1, 2, 70. *nuper — dixit velle uxorem ducere.* Eun. 1, 2, 50. *mater mea illic mortuast nuper.* Cic. ad Att. 14, 7. *De quo eum nuper tecum locutus.* Horat. Carm. 2, 8, 22. *miseraeque nuper virgines nuptae.*

Cic. p. Ligar. 12, 37. *fac igitur, quod — fecisti nuper in curia, nunc idem in foro.* p. Sulla 30, 83. Horat. Carm. 1, 14, 17. *nuper sollicitum quae mihi taedium, nunc desiderium.* Horat. Carm. 3, 26, 1. *vixi puellis nuper idoneus et militavi non sine gloria, nunc arma — hic paries habebit.*

8. *Nusquam alibi.* Haec coniunguntur, ut opposito certo loco distinctior exsistat designatio. Vid. Tom. 1. p. 228.

Plaut. Truc. 1, 1, 47. *nam nusquam alibi si sunt etc.* Cic. Acad. 2, 32, 103. *non inesse in his propriam, quae nusquam alibi esset, veri et certi notam.* Liv. 39, 38, 1.

Liv. 2, 39, 8. *senatus consulesque nusquam alibi spem, quam in armis ponebant.* 42, 9, 4.

4. Notanda sunt verba collocata *nusquam quidquam, nusquam ullum.* Germani etiam dicunt *nirgends etwas.*

Plaut. As. 3, 3, 41. *huic quod ego dem, nusquam quidquam est.* Men. 5, 2, 30. vide n. 6.

Plaut. Aul. 3, 6, 25. *quo quidem agno, sat scio, magis curiosam nusquam esse ullam belluam.* Sallust. Cat. 20, 11. *nobis larem familiarem nusquam ullum esse.*

5. Componitur *nusquam* cum verbis, quae motum et res vel in aliquem locum dirigendas, vel ex aliquo loco petendas significant, ut sit *nirgendshin* et *nirgendsher.* Motionem enim videmus in aliquo loco fieri.

Plaut. Cist. 4, 2, 35. *hinc huc iit: hinc nusquam abiit.* Mil. 2, 5, 43. *te nusquam mittam, nisi das firmatam fidem.* Terent. Ad. 2, 2, 18. *ubi illinc spero redieris tamen, hoc ages.* si. *Nusquam pedem.* Eun. 2, 2, 50. Ad. 2, 2, 38. Pollio ad Cic. 10, 32, 12. *finibus meae provinciae nusquam excessi.* Cic. ad Att. 5, 21. *quum Pompeius propter metum rerum novarum nusquam dimittatur* etc. Rhet. ad Herenn. 2, 2, 3. *nusquam ventum.*

Plaut. Capt. 1, 2, 69. *sed num quo foras vocatus ad cenam?* HE. *Nusquam, quod sciam.*

Curtius 10, 2, 13. *nusquam inde, nisi in patriam, vestigium esse moturos.*

Terent. Heaut. 2, 3, 38. *hinc sciri potuit aut nusquam alibi.* Faernus scripsit *hic:* vide Tom. 1. p. 229. Cornel. Milt. 4, 3. *auxilium nusquam nisi a Lacedaemoniis petiverunt.* Cic. ad Att. 10, 14. *propter utriusque difficultatem pecuniarum, qua erui nusquam nisi ex privatorum bonis posset.*

6. Sed etiam ad rem refertur ita, ut intelligas vel *in nulla re,* vel *ad nullam rem.*

Plaut. Men. 5, 2, 30. *nusquam equidem quidquam deliqui.* Cic. ad Q. fratr. 3, 1, 2. *sumptum nusquam melius posse poni.*

Liv. 7, 18, 7. *plebem nusquam alio natam, quam ad serviendum putet.* 4, 54, 7. *Salii Flamineaque nusquam alio quam ad sacrificandum pro populo sine imperio ac potestatibus relinquantur.* Cic. de Fin. 1, 9, 29. *quaerimus igitur, quid sit — ultimum bonorum, quod — tale debet esse, ut ad id omnia referri oporteat: ipsum autem nusquam.*

7. Quod *nusquam* fit, omnino non fit. Quare in multis dictionibus particula haec negationem maiorem exprimit. Etiam nomine adiecto *gentium* augescit.

Plaut. Bacch. 4, 9, 77. *nusquam sentio.* Men. Prol. 10. *ego nusquam dicam, nisi ubi factum dicitur.* Pseud. 3, 2, 56. *si nusquam is coctum, quidnam cocnat Iuppiter?*

Terent. Andr. 2, 3, 10. *numquam faciam.* Palmer. Analect. Tem. 4. Lamp. Gruter. p. 757. in cod. venet. invenit *nusquam.*

Formula est *quod nusquam est* significans id, quod omnino non est: *was nicht existirt.* Plaut. Mil. 4, 4, 62. Mil. 2, 3, 44. Curc. 1, 2, 56. Pseud. 1, 4, 9. Horat. Sat. 2, 5, 101. *ergo nunc Dama sodalis nusquam est?* de mortuo, quod Graeci *οὐκ ἐστι, οὐκετ' ἐστί.*

Plaut. Amph. 2, 1, 73. (70.) *num obdormiviste dudum? Nusquam gentium.*

8. Ita fit, ut *nusquam* etiam pro *numquam*, tempore cum loco commutato, dictum videatur: imprimis ubi verbum adest, quod aliquem motum aut discessum indicat. Grammatici veteres docuerunt, *nusquam* plus amplecti, quam *numquam:* quibus obloquitur Scaliger de Caussis lat. ling. p. 423. sola corpora deberi locis, sed ea simul cum aliis rebus multis, quae loco nullo continentur, sub tempore esse.

Plaut. Amph. 2, 2, 54. *immo equidem te, nisi nunc hodie, nusquam vidi gentium.* Bacch. 3, 3, 76. Men. 3, 2, 20. *minore nusquam bene fui dispendio.* Aul. 1, 2, 24. *ad aedes nostras nusquam adiit, quamquam prope est.* Bacch. 5, 2, 84. *nusquam me a te avelles.* Cic. de Sen. 10, 31. *dux ille Graeciae nusquam optat, ut Aiacis similes habeat decem.* Liv. 1, 38, 4. *ubi nusquam ad universae rei dimicationem ventum est.* Alia Drakenborch. ad 3, 42, 4.

Cic. in Verr. 4, 65, 146. *cives romani a me nusquam discedere.* ad Att. 5, 11, 2. *nihil esse melius quam nusquam illum discedere.* Haec si scitissi respexissent, non dubitassent e codd.

restituere apud Caes. B. gall. 7, 17. *ut nullam ignominiam acciperent, nusquam infecta re discederent.* Liv. 45, 44, 1. *quum hostes exercitus numquam eduxissent.* Crevierus cum Duker non male coniecerunt *nusquam*, collatis aliis locis, quos vide. Cic. p. Domo 20, 51. *cisctio nusquam est.* i. e. nulla est. Virgil. Aen. 2, 620. *nusquam abero, et tutum patrio te limine sistam.*

Proprie coniungitur cum verbo apparendi: quamquam librarii saepe mutarunt in *numquam*. Terent. Eun. 4, 3, 17. *ille autem bonus vir nusquam apparet.* Aurel. Vict. de Viris illustr. 2, 13. *quum ad Caprae paludem exercitum lustraret, nusquam comparuit.* ubi Arntzen. et Schroeter in libro de Orig. gent. rom. p. 107.

9. *Nusquam non* rarior est locutio: *nusquam nisi* ea ratione dicitur, quam explicavimus in NISI.

Plin. Hist. nat. 24, 1, 1. *sacra illa parente rerum omnium nusquam non remedia disponente homini.*

Plaut. Amph. 2, 2, 54. vid. n. 8. Cic. Orat. 48, 160. *nusquam nisi in vocali.* Acad. 1, 8, 32. *scientiam autem nusquam eo censebant, nisi in animi notionibus.* Liv. 29, 22, 11. Alia vd. n. 5.

Similiter Liv. 4, 48, 13. *nec se ullam opem cernere alibi usquam praeterquam in tribunicio auxilio.*

*) *Nusquam* et *numquam* fere ubique commutata sunt: vd. Drakenb. ad Liv. 36, 17, 10.

O.

O vocula, omnibus fere linguis ad significandum animi affectum communis, quo nomine appellari deberet, grammatici multum disputarunt. Latini enim graeca doctrina imbuti non invenerunt, quo modo articuli naturam ad hanc vocem referrent, quamquam iam Apollonius de Syntaxi 1, 17. negaverat ὦ posse pro articulo accipi. Hinc Priscianus 13. p. 962. *O non esse pronomen, nec articulum multis modis ostenditur. Nam ex quo sit nominativo? Tu enim, quod est secundae personae, eumdem habet nominativum et vocativum, qui assumit o, ut o tu. — Nec articulus vero, quum semper in demonstratione ponitur o, quae contraria est relationi, quam articulus significat. Deinde articulum Romani non habent.* Idem et ad-

verbium et interiectionem *o* esse dicit p. 965 et p. 1024. Scaliger de Caussis lat. ling. c. 158. „neque omnino vocandi ullum adverbium sit: nihil enim detorquet, aut addit, aut tollit a nomine: quare qui praepositionem agnovere, propius fuerunt veritatem.“ Sed nemo nunc non perspectam habet naturam interiectionis, quae etiamsi cum aliis nominibus coniungitur, nullam tamen habet constituendi potestatem.

Graeci grammatici particulam vocantis et appellantis ὦ ab ὤ exclamantis et animi affectionem indicantis accentu distinguebant, idque Buttmannus ea ratione factum esse putat, quod ὦ θαυμαστικὸν et σχετλιαστικὸν cum nominibus cohaereret eorumque casus regeret, non item ὦ invocationis vocativo praemissum. Latini ut hanc Graecorum doctrinam suae linguae accommodarent, significatione differre incerto iudicio dicebant *o* et *oh:* quamquam negabant aspirationem addi posse in extrema vocabulorum parte. Nec quidquam firmius assequuti sunt, quam quod Scaliger p. 412. ait: „plus afficit *proh* quam *pro*, et *oh* quam *o*.“ Densiore sono enim gravior exprimitur affectus, tamen ipsius gravitatis nullam habemus exactam mensuram. Vide quae diximus de AH. Erythraeus in Indice Virgil.: „o particula alias acutum accentum habet, ut quum est vocandi: alias gravem, si ab optante profertur, quae apud Graecos ὤ scribitur.“

1. Priscianus 13. p. 963. *nihil tamen interest inter o, hoc est vocativum et heus. Quomodo enim dicimus heus iuvenis, sic o iuvenis. Itaque omnibus vocativis praeponitur, o tu, o mi, o noster: quippe adverbium est vocandi.* Quae de Graecorum usu grammatici statuunt, non ad certam loquendi regulam perducunt, neque caussa est exposita, quapropter prosaici scriptores, exceptis singulis locis, semper vocativis apponant ὦ, non item poetae, nec quod Stallbaumius in recent. editione Philebi Platonis c. 1. dicit, ubi ὦ omittatur, sermonem esse admonentis, ad alios scriptorum locos pertinet. Id autem constare videtur, apud Latinos particulam *o* non simplici alloquutioni servire, sed eam semper facere animi affecti indicium. Nam ubi loquuntur Latini *o Meliboee, o socii, o cives, o pater* et alia, exprimunt vel benevolentiam, vel amorem, vel venerationem, ita ut oratio fiat blandior et gratior:

cuius affectionis vis augetur addito nomine *mi: o mi Attice.* Spectat igitur universa ratio huius interiectionis ad animi sensum, a Graecorum usu diversa. Hinc fit, ut saepe post nomen inseratur *o* in media oratione, veluti Virgil. Aen. 6, 196: *tuque, o, dubiis ne defice rebus.* 10, 676. *vos o potius miserescite, venti.* Poetae autem propius accedunt ad graecum morem, *o* in mera allocutione apponentes, veluti Virgil. Ecl. 2, 54. *et vos, o lauri, carpam et te, proxima myrte:* ne quis tamen afferat exempla, in quibus est Plaut. Most. 2, 2, 17. *o Theuropides, here, salve:* quae etiam cum veneratione quadam dicta sunt.

O dii immortales dicunt cum veneratione, sed saepius ita ut *o* ad reliquam sententiae partem referatur. Cic. p. Mil. 38, 104. *o dii immortales, fortem et a vobis, iudices, conservandum virum.* Plaut. Curc. 5, 2, 27. *o cives, cives.* Auxilium implorat. Cas. 2, 3, 18. *o mi lepos.* Virgil. Aen. 8, 522. *bellum, o, terra hospita, portas.*

Terent. Phorm. 2, 2, 10. *verum hoc saepe, Phormio, vereor, ne istaec fortitudo in nervum erumpat.* Bentleius „malim *o Phormio*, ut in ea sede trochaeus evitetur.“ At exclamationis nullus hic locus erat. Virgil. Aen. 1, 327. *o, quam te memorem, virgo?* Burmannus interpunxit *o (quam te memorem) virgo.* Sed Servius quum dubitativam appellat particulam, coniunxisse videtur verba *o quam te memorem.* Wunderlichius graeca comparans illud *o* referri iubet ad vocativum suppressum. Sed vide an *o* pertineat ad proxima nomina cum admiratione quadam pronuntiata. Apud Cic. de Fin. 1, 8, 27. *feri, inquam, o Triari, nullo pacto potest:* quod critici e nomine quorundam librorum *Triario* restituisse sibi visi sunt, iure reiecit Madvigius.

2. Sed magis conspicua est haec ratio in iis, quae affectionem animi apertius exprimunt, sive laetitiam, sive dolorem, sive admirationem, sive indignationem. Saepe in epitheto inest, quod animum commotum indicat. Terent. Phorm. 2, 2, 10. *o vir fortis atque amicus.* Sic etiam blanda compellatio *o bone.* Nomina, quae nominativo vel accusativo apponuntur, non reguntur a particula, sed per ellipticum modum verbo suo destituuntur.

Laetitiam significant Terent. Andr. 1, 1, 78. *o factum bene: beasti.* Plaut. Most. 1, 4, 12. Aul. 4, 8, 4. *o lepidum diem.* Cic. ad Att. 12, 4. *o gratas tuas mihi iucundasque litteras.*

Phil. 14, 10, 27. *o solem ipsum beatissimum, qui — cum paucis fugientem vidit Antonium.* Plaut. Capt. 4, 2, 55. *o mihi.*

Saepe in allocutione eorum, quos videre laetantur. Plaut. Merc. 2, 2, 13. *euge, Demipho, salve: o quid agis?* Terent. Andr. 1, 5, 32. *o salve, Pamphile.* Donatus: *o interiectio optantis adventum aut repente perculsi.*

Dolorem: Plaut. Cas. 2, 8, 19. *o perii.* Cic. ad Fam. 14, 4, 4. *o me perditum: o me afflictum.* in Verr. 5, 38, 100. *o spectaculum miserum atque acerbum.* p. Mil. 34, 94. *o frustra, inquit, suscepti mei labores: o spes fallaces.* de Orat. 3, 2, 7. *o fallacem hominum spem.* Conf. Servius ad Virgil. Aen. 11, 415. Markland. ad Statii Silv. 2, 7, 27. Saepe exprimitur dolor ex aliena miseria. Virgil. Aen. 8, 639. Triplici voculs eiulationem fecit captivus apud Plautum Capt. 2, 1, 5.

Admirationem: Plaut. Merc. 4, 2, 13. *o cupido quantus es.* Cic. in Verr. 3. 76, 176. *o consuetudo peccandi, quantam habes iucunditatem in improbis* etc. Terent. Eun. 2, 3, 5. *o faciem pulcram.* Cic. p. Mil. 38, 105. *o terram illam beatam, quae hunc virum exceperit, hanc ingratum, si ejecerit.* Iuvenal. 10, 157. *o qualis facies, et quali digna tabella.* Saepe praecedit o vocabulis *quam, quantum, quoties:* Senec. Epist. 115, 3. Gratii Cyneg. 320. Ovid. Art. am. 2, 447.

Confidentiam: Horat. Carm. 3, 24, 25. *o quisquis volet impias caedes et rabiem tollere civicam.*

Blanditiarum est: Plaut. As. 3, 3, 24. *o melle dulci dulcior mihi tu es.*

Indignationis et detestationis et irrisionis: Cic. ad Att. 8, 8. *o rem turpem et ea re miseram.* Phil. 2, 2, 4. *o incredibilem audaciam, o impudentiam praedicandam.* Horat. Carm. 3, 5, 38. *o pudor.* ubi Bentleius. Cic. in Verr. 1, 15, 40. *o scelus, o portentum in ultimas terras exportandum.* 1. Act. 14, 42. *o commemoranda iudicia, praeclaramque existimationem nostri ordinis.* Phil. 3, 11, 27.

Cic. in Pis. 26, 62. *o tenebrae, o lutum, o sordes, o paterni generis oblite.*

Ironia: Plaut. Most. 2, 2, 72. *o iam iam optume praeceptis paruisti.*

Mirum quod Ramshornius in Gramm. p. 339. verba Catulli 9, 5. *o nuntii beati* genitivum esse dicit. Saepe in veteribus libris nominativus et accusativus commutati sunt, veluti apud Cic. Phil. 2, 7, 16. ubi vd. Garaten. et Ernest.

A grammaticis notatur tamquam formula saepe a poetis adhibita *o ego*. vide Broukhus. ad Propert. 2, 3, 5. Burmann. ad Lotich. Carm. p. 90.

3. Preces ad aliquem conversae et vota declarata proficiscuntur fere ex animo commoto, ideoque praemittitur exclamandi particula vel cum *utinam* coniuncta vel idem significans. Saepe componuntur verba *o si*.

Virgil. Georg. 1, 18. *adsis, o Tegeaee, favens.*

Ovid. Her. 1, 5. *o utinam tuno — obrutus insanis esset adulter aquis.*

Virgil. Ecl. 2, 28. *o tantum libeat mecum tibi sordida rura — habitare.* Aen. 8, 579. *nunc o liceat crudelem abrumpere vitam.* 10, 631. *quod ut o potius formidine falsa ludar.*

Virgil. Aen. 8, 560. *o mihi praeteritos referat si Iuppiter annos.* ubi Servius. 11, 415. *o si solitae quidquam virtutis adesset* etc.

4. Exclamationem vel doloris vel admirationis per unam vocem *oh* expressam, et apud comicos saepe obviam, adspiratione adiecta an recte scribamus, non potest antiquo testimonio affirmari.

Vide exempla apud Plaut. Epid. 2, 1, 9. 1, 1, 8. Cas. 1, 3, 19. Mil. 5, 13. Capt. 2, 1, 5. *oh, oh, oh.*

5. A poetis in media oratione interponitur *o*, vel praemittitur ita, ut magis ad posteriorem sententiae partem spectet.

Virgil. Aen. 5, 194. *non iam prima peto Mnestheus, neque vincere certo: quamquam o!* i. e. utinam vincam.

Virg. Aen. 2, 644. *sic, o, sic positum affati discedite corpus.* Alia apud Heinsium ad Ovid. Her. 1, 101.

Virgil. Ecl. 2, 17. *o formose puer, nimium ne crede colori.* Servius haec: *bene dicit Donatus suspendendum o, et sic dicendum formose puer: ut intelligamus per ironiam eum aliud voluisse dicere, sed in haec verba, ne Alexin offenderet, amoris necessitate compulsum.* Ille voluit hoc: per *o* non exprimi blandam allocutionem, sed indignationem, tamen mutata sententia orationem transire in mitem adhortationem. Virgilius autem non alio modo haec dixisse videtur quam v. 45.

6. Vocalis semper in hac particula producitur, nec eliditur sequente alia vocali. Horat. Epist. 1, 19, 19.

ibull. 2, 4, 7. Vno in loco Virgilii Ecl. 2, 65. *te orydon, o Alexi.* ubi Servius, *don o a antibacchius t, sed o brevis fit, quia vocalis vocalem sequitur.* : qua re disputavit Erythraeus in Indice.

OB.

Ad constituendam originem particulae *ob* viri docti re omnes in eo consentiunt, ut dicant, eam e graeco ὀπὶ, iod pro ἐπὶ dicatur, factam esse. Vossius id ex signi-:ationc colligit, quum ἐπὶ saepe per *ob* reddi possit: enagius Iuris Civ. Amoenit. p. 373. et Schmidtius iss. de praeposit. graec. p. 43. mutatam esse formam pinantur: etiamsi ὀπὶ, e quo ὀπίσω natum sit, Butt-annus Graec. Gramm. T. 2. p. 265. monstrat signi-:are posticum. Quae quum incerta esse Reisigius disset, ad originem germanicam se convertit, et in rammat. p. 732. docuit: latinum *ob* esse germani-im *ob*, utrumque cognatum verbis *oben, über:* atque ic via incedens verba *ob oculos* explicare coactus est lmixtis alienis notionibus: *vorn, vor den Augen von ben*, atque ut haberet, quo caussalem significationem xplicaret, in verbis *ob rem* Romanis rem deorsum ite oculos positam videri: *daſs Jemandem oben Et-as von vorn vor Augen schwebt.* Germanorum :aepositio *oba, obar, ubar* indicat id, quod *supra* est *iber, auf*), atque etiam ad caussalem rationem re-:rtur: unde in Glossis Hrabani legitur: *quam ob rem, ɔa deru ſahhu.* atque ipsum germanicum *ob* etiam ro *wegen* dicitur. Haec igitur comparari possunt im latino vocabulo atque usu: ipsa tamen origo ma-et obscura. Sed significatio, quae in *cbiter* servata it, primaria est *supra, über etwas hin.* Neque enim erbum *obruere* cum Reisigio existimamus esse deor-im iniicere, sed ruere aliquid, ut supra aliam rem ducatur vel eam tegat, neque in reliquis altitudo onsideranda est, sed modus, quo res aliqua ad aliam :cedit.

Antiquam formam *obs*, cum *abs* comparandam, grammatici in compositis verbis *obsolesco, obstinco* agnoverunt. Priscian. p. 872. Caesell. apud Cassiodor. p. 2315. Beda p. 2340. Priscianus p. 568. 571. etiam vocabula *obscoenus, obscurus* eo facta putat, quod *ob*, quum componatur cum dictione a c

incipiente, assumat s. *Coenum* in *obscoeno* facile intelligitur: *obscurus* autem bene cum graecis σκιὰ, σκιερὸς composuit Doederlinus. Praepositionis *ob* nomini praefixae exemplum non exstat.

Praepositio *ob* igitur in antiquo usu significat rationem, qua supra aliquam rem aliquid ducitur vel iniicitur: tum eam, qua aliquid ex adverso ad aliquam rem convertitur et contrarium vel coram vel e regione adstat: deinde eam, qua aliquid aliqua re compensatur: ubi Germani *vor*, *für* dicunt: denique eam, qua aliquid fit secundum aliquam rem, *gemäfs einer Sache*. Ita in plurimis ad similitudinem particulae *propter*, ex *prope* ortae, accedit. Nec negare debebat Wunderus in Iahnii Annal. II. 3. p. 139. inveniri locutiones, in quibus *ob* communem habeat significationem cum *pro*, nec *opponere alicui aliquid* umquam dici pro *proponere*. Nam non semper verba cum *ob* composita significationem habent prohibendi aut contra aliquem agendi.

1. Prima, quam posuimus, significatio, ad locum pertinens, una cum altera comprehendi potest. Nam id, quod alicui rei obstat, inducī eamque tegere videtur: quemadmodum Germani loquuntur *gegenüber*. Quare nemo mirabitur *ob* et *supra* et *ante* significare. Aliae sunt dictiones, in quibus reddatur per *über*, aliae, in quibus per *vor*. Festus: *ob praepositione antiquos usos esse pro ad, testis est Ennius, quom ait L. XIIII. Omnes occisi obcensique in nocte serena: id est accensi: et in Iphigenia, Acherontem obibo, ubi mortis thesauri obiacent. Eiusdem autem generis esse ait: obferre, obtulit, obcurrit, oblatus, obiectus: mihi non satis persuadet.* Paulus cum Festo: *ob praepositio alias ponitur pro circum, ut quum dicimus urbem obsideri, obsignari, obvallari: — alias pro ad, ut Ennius: ob Romam noctu legiones ducere coepit.* Cf. Paulum v. *Mortem obisse*. Sciopp. Suspect. Lect. p. 11. Gulielmi Verisim. 1, 24.

Plaut. Mil. 2, 1, 70. *glaucomam ob oculos obiiciemus.* 5, 37. *qui lanam ob oculum habebat.* 4, 4, 42. Aul. 2, 4, 23. *quum it dormitum, follem obstringit ob gulam.* Intelligere oportet gulam Euclionis, uti Dousa iam vidit: *sibi*, quod vulgo legitur, abest a veteribus libris. Poeta apud Cic. Tusc. 3, 18, 39. *cuius ob os Graii ora obvertebant sua.* Cic. de Univ. 14.

(ignis) *qui est ob os offusus.* Virgil. Aen. 12, 865. *hanc versa in faciem Turni se pestis ob ora fertque refertque sonans.* Apulei. Met. 2. p. 127, 15. *herbulam quampiam ter ob os corporis et aliam pectori eius imponit.* Alia apud Burmann. ad Ovid. Met. 8, 115. apud Oudendorp. ad Apulei. p. 161.

Plaut. Merc. 5, 2, 82. *scortum sibi ob oculos adduxerit in aedis*: quod alias dicitur *in oculis, sub oculis.* Cic. p. Rab. Posth. 14, 40. *mors ob oculos saepe versata est.* p. Sext. 21, 47. *non mihi mors, non exsilium ob oculos versabatur?* Silius 17, 477. *ipsaque ob ora lux atrox micat.*

Virgil. Aen. 1, 232. *quibus tot funera passis cunctus ob Italiam terrarum clauditur orbis.* Heynius cum Servio explicat: propter Italiae aditum, ne ad Italiam accederet. Sed iam Scholiastes narrat alios explicuisse *iuxta Italiam, circa Italiam.* Atqui poetam decet ita loqui, calamitates passis claudi orbem terrarum, Italia obversante iis.

Apulei. Met. 10. p. 128, 39. *digitis pedum detunsis ob lapides.* Cf. Oudend. p. 245. Met. 8. p. 208, 14. *ob iter illud, quo nobis erat commeandum, iacere semesa hominum corpora.* Iul. Obseq. Prodig. 75. *in circo flaminio portieus inter aedem Iunonis Reginae et Fortunae tacta, et circa aedificia pleraque dissipata. Taurus ad immolationem quum duceretur ob haec ipsa corruit.* Multae sunt factae emendationes verborum *ob haec ipsa*, quae Kappius defendit explicans: propter dissipata aedificia corruisse taurum. Scribendum videtur *quum duceretur ob haec, ipse corruit*: sicuti Eunium *ob Troiam duxit exercitum* dixisse Paulus narrat.

2. Vbi aliquid praemio vel poena compensatur t in negotiis de rebus pecunia redimendis aut de mercede conducta agitur, Latini dicunt *ob*, quoniam es altera alteri opponitur. Reddi debet per *für, um.* linc etiam de re, cuius impetrandae vel consequendae aussa aliquis agit.

Plaut. Amph. 1, 1, 104. *ob virtutem hero Amphitruoni patera donata aurea est.* Asin. 1, 1, 31. Most. 1, 3, 18. Amph. 2, 2, 90. *ob istuc omen, ominator, capies quod te condecet.* Asin. 5, 2, 56. *mihi ob iactum cantharo mulsum date.* Capt. 4, 1, 13. *spero me ob hunc nuntium aeternum acceplurum cibum.* 4, 2, 89. Most. 1, 3, 65. *di me faciant quod volunt, ni ob istam orationem te liberasso denuo.* Trin. 4, 2, 151. *ego ob hanc operam argentum accepi.* Rud. 1, 3, 6. *hancine ego partem capio ob pietatem praecipuam?* Truc. 1, 2, 41.

Plaut. Amph. 1, 1, 214. *nunc profecto vapula ob mendacium.* Capt. 3, 5, 24. *dumne ob malefacta peream, parvi aestumo.* 5, 4, 22. *hunc grandis grandem natu ob furtum ad carnificem dabo.* Terent. Andr. 3, 5, 4. *ego pretium ob stultitiam fero.* Cic. p. Marc. 6, 18. *etiamsi* (dii) *poenas a populo romano ob id, quod delictum expetiverint.* Tacit. An. 14, 14. *qui pecuniam ob delicta potius dedit, quam ne delinquerent.*

Plaut. Epid. 1, 2, 36. *men' piacularem oportet fieri ob stultitiam tuam?* Merc. 5, 4, 31. *supplicii sibi sumat quid velit ipse ob hanc iniuriam.* Trin. 1, 1, 1. Poen. 1, 1, 15.

Plaut. Asin. 2, 2, 80. *ait se ob asinos ferre argentum atricusi Saureae, viginti minas.* Epid. 5, 2, 38. *dedin' tibi minas triginta ob filiam?* Rud. 3, 6, 23. *quin arrhabonem a me accepisti ob mulierem.* 5, 3, 11. Terent. Phorm. 4, 3, 56. *ager oppositus pignori ob decem minas.* ubi vide Westerhov. Gracchus apud Gellium 11, 10. *talentum magnum ob unam fabulam datum esse.*

Plaut. Rud. 4, 4, 76. *ob eam si quid postulat sibi mercedis, dabitur.*

Cic. in Verr. 2, 32, 78. *ob rem iudicandam pecuniam accipere.* Paullo post: *a quo pecuniam ob absolvendum acceperis.* Tacit. An. 4, 31. Quintil. 5, 10, 87. Pacuvius apud Cic. Tusc. 3, 13, 28. *ad Troiam quum misi ob defendendam Graeciam.* Egregie perspexit Klotzius per *ob* significari operae pretium.

3. Hoc transfertur ad id, quod caussam offert, ut aliquis aliquid sentiat aut faciat aut patiatur. Proprie enim intelligitur res vel caussa obversans.

Plaut. Pseud. 4, 1, 34. *ut ego ob tuam, Simia, perfidiam te amo et metuo.* Truc. 2, 7, 32. *dic ob haec dona, quae ad me miserit, me illum amare plurimum omnium hominum.* Merc. 1, 1, 37. *nunc vos mihi irasci ob multiloquium non decet.* 5, 2, 40. Terent. Heaut. 5, 2, 37. Horat. Epist. 1, 1, 104. *quum — prave sectum stomacheris ob unguem — amici.* Ex ipsa praepositione intelligitur unguem esse amici. Quintil. 6, 1, 22. *commendat et caussa periculi, si suscepisse inimicitias ob aliquod factum honestum videtur.*

Plaut. Trin. 3, 3, 9. *tu ei dicas, facere id eius ob amicitiam patris.* Cic. p. Font. 8, 17. *qui ob aliquod emolumentum suum cupidius aliquid dicere videntur.* Plaut. Merc. 5, 4, 66. *ob senum hercle industriam vos aequom est clare plaudere.* i. e. quum tanta sit senum industria.

Terent. Phorm. 2, 3, 22. *numquam tam graves ob hanc inimicitias caperem in nostram familiam.* Eun. 1, 2, 91. *ob haec facta abs te spernor.* Heaut. 1, 1, 85. Plaut. Curc. 3, 29. *ob rempublicam hoc intus mihi quod insigne habeo.*

Plaut. Epid. 2, 2, 165. *ne qua ob eam suspicionem difficultas eveniat.* i. e. excitata suspicione.

4. Significatur per *ob* ea res, secundum quam aliquid fit: quod prope accedit ad caussae notionem. Nos dicimus *gemäfs einer Sache.* Frequentissimae sunt, praesertim apud comicos, formulae *ob eam rem, ob hanc rem, quam ob rem, ob eam caussam, ob aliud. Ob hanc caussam* redde *in Hinsicht dieser Vrsache.*

Plaut. Amph. Prol. 118. *haec ob eam rem nox est facta longior.* Capt. 5, 1, 27. *at ob eam rem mihi libellam pro eo argenti ne duis.* Terent. Hec. 5, 1, 22. *puerumque ob eam rem clam voluit, natus qui est, exstinguere.* Ad. 5, 9, 20. Hec. Prol. 6. Cic. de Fato 10, 23. *hanc rationem Epicurus induxit ob eam rem, quod* etc. in Verr. 3, 4, 9. Caes. B. gall. 1, 13. B. civ. 2, 35. *ob eas res.*

Plaut. Poen. 4, 2, 31. *ob hanc rem tibi reddam operam.*

Plaut. Pers. 2, 2, 10. *ob istam rem ego aliquid te pecuniabo.* 4, 3, 21. Mil. 2, 4, 7. *quamnam ob rem?* Curt. 6, 7, 29. *ob quam caussam.*

Plaut. Mil. 4, 2, 82. *ob eam caussam huc abs te averti.* Cornel. Milt. 6, 2.

Cic. Tusc. 3, 22, 52. *omnia videri subita maiora, et quidem ob duas caussas.* Curt. 8, 1, 21. *ob has caussas validissimam imperii partem fidei eius tutelaeque commisit.*

Curt. 3, 8, 3. *dividi non ob aliud copias velle quam ut* etc. 6, 9, 35.

5. Vulgaris est opinio per *ob* significari caussam, qua quid fiat, et consilium ac finem, ideoque cum gerundio et participio ita componi, ut *ad* praepositionem. Vide Wolf. ad Cic. Tusc. 3, 13, 28. Matthiae ad Cic. p. Mur. 1, 1. Kritz. ad Sallust. Iug. 89, 2. Hoc certe non ad antiquum linguae usum pertinet, in quo ii verum cognoverunt, qui docent, caussam, quae per *ob* indicetur, esse externam, quae aliquem, ut agat, commoveat. Eam Germani appellant *Veranlassung.* Vide Herzog. ad Caes. B. civ. 2, 35. Haasii not. ad Reisig. Gram. p. 785. Nam quae Lippertus in libro Caes. de

B. gall. p. 670. contra Herzogium disputat, inquiens intelligi debere internam caussam, omnino falsa sunt: quamquam etiam Haasius loquitur de caussis in animo sitis. Antiquiores scriptores numquam ita loquuti sunt, nisi oblatam caussam et occasionem, quapropter aliquid factum esset, cogitaverant. Ipsum consilium non significatur, nec caussa originis, sed proprie animi affectio, quae quum adsit, occasionem praebet agendi. Hinc *ob metum*, *ob iram*. Poetas, sicuti fecerunt serioris temporis scriptores, ab hac regula discessisse et *ob* pro *a* et pro *ad* dixisse, facile crederem, si certiora exempla mihi in promptu essent.

Quintil. 11, 1, 56. *ius mortis a senatu quidam vel ob aliquam magnam infelicitatem vel etiam poenitentiam petunt.* i. e. ratione infelicitatis adhibita. Curt. 7, 2, 12. *iussus est fratres suos exhibere admodum iuvenes et regi ignotos ob aetatem.*

Cic. p. Mur. 1, 1. *eadem precor ab iisdem diis immortalibus ob eiusdem hominis consulatum una cum salute obtinendum.* h. e. in hoc consulatu obtinendo. Suetón. Tiber. 2. *qui ob expellendum urbe Ciceronem plebeio homini — in adoptionem se dedit.* i. e. tum quum Ciceronem expellere cuperet. Sallust. Iug. 89, 2. *existumans Iugurtham ob suos tutandos in manus venturum.* i. e. in tutandis. Tacit. Ann. 1, 2. *suspecto senatus populique imperio ob certamina potentium.* i. e. quum essent certamina. 6, 5. *cum quibus ob rem pecuniariam disceptabat.* Non recte dicunt esse *de re pecuniaria*: nam est *in re pecuniaria*, *bei Gelegenheit einer Geldsache*. 1, 79. *actum — an ob moderandas Tiberis exundationes verterentur flumina et lacus.* Ernestius scribi iubebat *ad*. Est vero: in moderandis exundationibus.

Cic. de Rep. 2, 2. *dicitur ab Amulio, rege Albano, ob labefactandi regni timorem ad Tiberim exponi iussus esse.* i. e. quum in timore esset. Liv. 21, 2, 6. *barbarus eum quidam palam ob iram interfecti ab eo domini obtruncavit.* i. e. de ira, iratus. Tacit. Germ. 2. *ita nationis nomen, non gentis evaluisse paullatim, ut omnes primum a victore ob metum, mox a se ipsis invento nomine Germani vocarentur.* Quam multae extent disputationes de his verbis, satis est notum, neque ego, quid alii statuerint, referam. Mihi una haec sententia videtur vera esse: ita nationis nomen evaluisse, ut omnes nationes primum uno nomine nationis victoris, ut qui metuerentur, Germani vocarentur, postea eodem nomine a se ipsis invento. Primum Galli vocabant omnes citra Rhenum habitantes nationes Germanorum, qui se viceraut, nomine, postea hae nationes sibi

nomen virtutis ipsi arrogabant. Tacit. Ann. 1, 1. *res ob metum falsae.* 1, 68. *raro super milite et quasi ob metum defixo.* Cornel. Them. 8, 1. *ob eumdem timorem.*

Caes. Bell. civ. 2, 43. *tanta erat — contentio — ut multitudine atque onere nonnulli deprimerentur, reliqui ob timorem propius adire tardarentur.* Sed e melioribus libris critici nunc receperunt *hoc timore.* Liv. 38, 39, 10. *Gergithum addiderunt, non tam ob recentia ulla merita quam originum memoria.* Sed libri haud spernendi praebent *memoriam.*

Horat. Sat. 1, 4, 26. *aut ob avaritiam aut misera ambitione laborat.* De hoc loco docte disputavit Obbarius in Seebodii Promptuar. 2, 2. p. 374. et in Iahnii Annal. 13. p. 419. manet tamen dubitandi argumentum, quum nemo adhuc explicuit, quid esset *laborare ob avaritiam* sive propter avaritiam: idque bene perspiciens Bentleius correxit *ab avaritia.* Horat. Epist. 2, 2, 32. *clarus ob id factum,* sicuti Orosius in loco ante allato. At libri non consentiunt, sed alii praebent *ob id factus,* alii *ob hoc factus.*

Iustin. 12, 8, 7. *quem Alexander ob honorem virtutis incolumem in regnum remisit.* Quae tamen referri possunt ad n. 3. Orosius 3, 22. *Caecilius praetor ob ulciscendam legatorum necem — cum exercitu missus ab Etruscis Gallisque oppressus interiit.*

6. Notandae sunt singulae quaedam dictiones: *ob ndustriam,* quod est de industria: *ob rem,* quod est in em, cum emolumento, in commodum.

Plaut. Cas. 2, 3, 58. *illa autem quasi ob industriam miki advorsatur.* 4, 3, 7. Acidalius in Divinat. in Menaech. c. 2. bene observavit diversam esse locutionem *ob eam industriam.* Men. 1, 2, 14. 5, 2, 40. Merc. 5, 4, 66.

Terent. Phorm. 3, 2, 40. *non pudet vanitatis?* D. *Minume, dum ob rem.* Sallust. Iug. 31, 5. *verum id frustra an ob rem faciam, in vostra manu situm est.* Loci Plaut. Trin. 4, 4, 22. Men. 5, 2, 71. dubii sunt.

In hunc modum Tacit. Ann. 2, 83. *mortem ob rem publicam obiisse.*

7. Recentioris aevi scriptores inde ab Livio *ob id* usurparunt pro *ideo*, et dixerunt *ob id ipsum*, et *ob haec, ob hoc.*

Liv. 28, 2, 2. *ibi in cava valle atque ob id occulta considere militem et cibum capere iubet.* Vallei. 2, 112, 2. Tacit. Ann. 2, 66. 3, 75.

Plin. Hist. n. 18, 21, 50. *hoc notandum, quaedam propter alia seri obiter.* Intelligi potest *supra alia, in alia*, tamen simul inest, illam segetem esse secundariam. Nos dicimus *übersäen.* 18, 30, 72. *alibi ab radice vellunt, quique id faciunt, proscindi ab se obiter agrum interpretantur, quum extrahant succum.* Quae verba extrema sunt corrupta. 33, 8, 44. *servati in virorum urina batillis, inficitur ita ramentum obiter, dum uritur candoremque mentitur.*

Plin. Hist. n. 29, 3, 11. *cibo quot modis* (ova) *invent notum est, quum transmeent saucium tumorem calfactuque obiter foveant.* Quintil. Declam. 16, 6. *eiusmodi gemitu filium necesse est persequaris, ut quod detineor, obiter et poena sit.* i. e. levis poena.

3. Transfertur ad id, quod aliunde accedit aut non consilio destinatum fortuito fit.

Plin. Hist. n. 11, 37, 55. *cuius* (pupillae) *angustiae non sinunt vagari incertam aciem et velut canali dirigunt, obiterque incidentia facile declinant.* i. e. quae extra oculorum directionem fortuito incidunt. Seneca de Ira 3, 1, 2. *nec in ea tantum, in quae destinavit, sed in occurrentia obiter furit.*

4. Dicitur *obiter*, quod inter aliud agendum fit tamquam accedens, *nebenbei.* Hinc Glossae Philoxeni *obiter*, ὁμοίως, ἐν τῷ αὐτῷ. Glossae Cyrilli ἐν τῷ αὐτῷ, *eodem, inibi, obiter.* Cf. Scheffer. ad Petron. 34. Hoc autem non eo potest intendi, ut cum Pricaeo ad Apulei. Met. p. 523. dicamus *obiter* esse *similiter ut ante, e vestigio.*

Iuvenal. 6, 481. *verberat atque obiter faciem linit, audit amicas.* i. e. inter verberandum, dum verberat. 3, 239. *turba cedente vehetur dives, et ingenti curret super ora Liburno, atque obiter leget aut scribet vel dormiet intus.* Explicant *ob iter, in itinere.* Est vero inter vehendum, dum vehitur. Petron. 31. *ac ne in hoc quidem tam molesto tacebant officio, sed obiter cantabant.* 92. *interrogo ego, quot estis? obiterque per rimam foris speculari diligentissime coepi, num Ascyltos una venisset.* Locum c. 34. ob lacunam, quam habent codices, non afferam. Apud Apulei. Met. 6. p. 183, 35. Oudendorpius p. 430. e codd. restituit *ociter.*

Pompon. in Dig. 18, 5, 1. *patre paciscente et liberato adversario, filium quoque obiter liberari.*

5. Haec referuntur ad operam subsecivam et ea, quae per occasionem aut in transitu, ἐν παρόδῳ, aguntur, ideoque non omni diligentia, sed leviter.

Plin. Hist. n. 29, 1, 9. *quaedam etiam sic alienis locis, tamen obiter dici necesse est.* **12, 17, 37. 36, 5, 4. 35, 8, 34.** *itaque quosdam in transcursu et in aliorum mentione obiter nominare satis erit.* **31, 8, 44.** *haec obiter indicata sint desideriis vitae.* **37, 6, 24.**

Plin. Hist. n. 34, 8, 19, 34. *ut obiter hoc quoque noscatur tam inane exemplum.* i. e. *gelegentlich.* **37, 9, 37.** *licet obiter vanitatem magicam hic quoque coarguere.*

Quintil. Declam. 10, 16. *pessimus parentum, qui dum liberos suos sepeliunt, flere contenti, ut obiter ab rogo siccis oculis revertantur.* **Burmannus interpretatur: similiter ut sine animi dolore egressi erant, siccis oculis domum redire.** *Dum* **abest a libris antiquis. Quare scribendum videtur:** *qui liberos suos sepeliunt flere contenti obiter, ut ab rogo siccis oculis revertantur.*

OBVIAM.

Omnes grammatici docent adverbium *obviam* com-
osita in se habere vocabula *ob viam:* qua in sententia
l maxime mirum videtur, quod vocabula ista num-
uam seiuncta dicebantur. At adverbium hoc factum
st ex *obvius*, quod ex verbo per aliquod tempus ob-
oleto *obviare* natum est. Ita *clam* a *celare, palam*
palare deducitur.

Significatio non potest esse, ut grammatici tra-
unt, *contra viam*, sed *obviandi modo*, *adversus.*
Nemo tamen eo offendetur, quod adverbium ex ipsa
undi notione profectum, coniungitur etiam cum ver-
is veniendi, eundi, earum dictionum memor, in qui-
us aequales notiones componuntur.

1. Verba, quibus praemittitur adverbium *obviam*,
unt omnia, quae motum et progressum significant, *ire*,
roficisci, *progredi*, *venire*, *accedere*, *occurrere*, *se*
erre, *obsistere*, *fieri* pro *venire* (Cic. p. Mil. 10, 28), alia-
ue huius generis. Exempla offerunt lexica. Saepe vero
bviam ire transfertur ad obsistendi et oppugnandi co-
atum: unde *obviam ire iniuriae*, *sceleri*, *fraudibus*,
upiditati hominum, *dedecori*, *timori*, alia. Hic tan-
um ea commemorabimus, quae a vulgari usu recedunt.
tque in his primum notanda sunt verba activa *mittere*,
leferre, *obiicere*, sed non cum adversandi significatione.

Cic. ad Att. 12, 5. *ego misi Tironem Dolabellae obviam.*
Edictum Nervae in Epist. Plin. 10, 66. *necessarium pariter*

credidi ac lactum obviam dubitantibus indulgentiam meam mittere. Plaut. Pseud. 4, 8, 4. *minas, quas promisi — obviam ei ultro deferam.* 2, 1, 17. *quis hic est, qui oculis meis obviam obiicitur.*

Liv. 5, 23, 4. *omnibus ordinibus obviam effusis.*

2. *Obviam esse* non tantum pro *obviam ire* usurpatur, sed etiam significat *in promptu esse, adesse.*

Plaut. Bacch. 4, 4, 16. *quem quaero, optume ecce obviam mihi est.*

Plaut. Capt. 3, 3, 6. *nec sycophantiis, nec fucis ullum mantellum obviam est.* Aul. 2, 5, 18. *quod te scio facile abstinere posse, si nihil obviam est.* Stich. 4, 1, 19.

3. Ellipticam formam admissam videmus in sermone familiari.

Terent. Phorm. 1, 2, 2. *at ego obviam conabar tibi,* Dave. ubi Ruhnken. et Burmann. ad Val. Flacc. 4, 371. Cic. ad Att. 4, 16. *huic obviam Cato et Servilius.*

OHE.

Graeci dicunt ὠῆ, sed alio usu quam Latini *ohe.* Etymol. m. ὠῆ ἔστιν ὦ κλητικὸν ἐπίῤῥημα, καὶ πλεονασμῷ τοῦ η γίγνεται ὠῆ, ὥσπερ τὸ τί τίη. Est igitur vox clamantis, advocantis. Sed latino vocabulo aliquem alloquimur, ne vel eundo vel agendo pergat: quod Germani exprimunt verbo *halt.*

Plaut. Aul. 1, 1, 16. *abscede: etiamnunc: etiamnunc: etiam: ohe! istic adstato.* Asin. 2, 3, 4. *ohe, inquam, si quid audis.* i. e. ne pulta amplius.

Tacere iubent qui ita loquuntur. Plaut. Bacch. 4, 9, 142. *ohe: odiose facis.* Terent. Phorm. 2, 3, 72. *ohe: actum aiunt ne agas.*

Si hunc usum critici considerassent, non certassent de metro restituendo in Terent. Andr. 3, 5, 10. ubi Pamphilus Davum conspiciens clamat *ohe.* At scribendum erat *oh.*

Saepe praecedit interiectio haec verbis *satis, iam satis.* Calphurnius ad Terent. Heaut. 5, 1, 6. „*ohe* interiectio est satietatem usque ad fastidium designans."

Plaut. Cas. 2, 3, 81. *ohe iam satis uxor est.* Stich. 5, 4, 52. *ohe iam satis! nolo obcaedes.* Terent. Phorm. 2, 3, 30. *ohe, desine.* Heaut. 5, 1, 6. *ohe, iam desine deos, uxor, gratulando*

obtundere. Martial. 4, 89, 9. *ohe iam satis est, ohe, libelle.* Horat. Sat. 1, 5, 12. Errant autem ii vehementer, qui existimant hanc dictionem auctore Horatio in proverbii consuetudinem venisse: nam dubium non est Iuvenalem scripsisse 7, 62. *satur est, quum dicit Horatius Fuse.*

Terent. Ad. 4, 7, 5. *ohe, iam.* intellige *satis est.* Codices quidam addunt *desine.* 5, 1, 7. *ohe, iam.* ubi vide Faernum. Horat. Sat. 2, 5, 96.

OHO.

Interiectio in admiratione rei repente obvenientis surpata.

Plaut. Pseud. 4, 2, 81. *oho Polymachaeroplacides, purus putus est ipsus.* In Poen. 1, 2, 51. recte legitur *eho,* in Most. 1, 4, 12. *o.*

OIEI.

Bentleius hanc formam lugentis exclamationis pro *heu* vel *hui* restitui iussit in Terent. Heaut. 1, 1, 81. Phorm. 4, 3, 58. apud Plaut. Mil. 5, 13. ubi legitur *iei, satis sum verberatus.* Sed scribendum ibi videtur *ohe, satis* etc. De *eoiei* vd. Tom. 2. p. 422.

OLIM.

Sententia, qua viri docti praeceperunt, *olim* factum esse ex antiquo pronomine *ollus,* quod dicebatur pro *ille,* habet in se, quod aliquam dubitationem admittat. Et quod littera *l* simplex pro geminata scribitur, antiquo fit usu. Paulus Diac. *ab oloes dicebant pro ab illis: antiqui enim litteram non geminabant.* Tum vero antiqua erant vocabula *istim* et *illim,* de quibus vide Tom. 3. p. 212. Itaque *olim* pro *illim* dictum videtur. Tamen adverbia in syllabam *im* exeuntia aut motum ex aliquo loco significant, aut e verbis orta, agendi modum indicant: quare ambigitur, quo factum sit, ut *olim* punctum aliquod temporis significaret. Nam loci ratio non simpliciter ad tempus refertur: nec comparari potest vocabulum *interim,* de quo Tom. 3. p. 420.

1. Primaria significatio est *illo quod definitur tempore, certo aliquo tempore, aliquando.* Adduntur quae tempus designent. Servius ad Virgil. Aen. 8, 391. *olim,*

fere ut solet. Grammatici igitur, nescio an non perspecta caussa, dixerunt, quodlibet tempus hac particula significari. Taubmann. ad Virgil. p. 836.

Plaut. Truc. 1, 1, 45. *nam nunc lenonum plus et scorterumst, quam olim muscarumst, quum caletur maxume.* Mil. 1, 1, 1. *crate ut splendor meo sit clupeo clarior, quam solis radii cum olim, quum sudum est, solent.* Poen. 1, 2, 142. Trin. 2, 4, 122. *olim terra quum proscinditur, in quinto quoque sulco moriuntur boves.* Horat. Sat. 2, 3, 60.

Virgil. Aen. 5, 125. *sarum — quod tumidis submersum tunditur olim fluctibus, hiberni condunt ubi sidera Cori.* Lucret. 6, 148. *calideis candens ferrum e fornacibus olim stridit, ubi in gelidum propter demersimus imbrem.*

Ovid. Fast. 3, 555. *ut olim amisso dubiae rege vagantur apes.* Horat. Sat. 1, 1, 25. *ut pueris olim dant crustula blandi doctores, elementa velint ut discere prima.* i. e. iis qui in pueritia sunt.

2. Deinde refertur ad tempus remotum, et dicitur de eo, quod aliquo tempore ante est actum, addito ipsius temporis nomine aut eius designatione per particulam *quum.* Nec quidquam refert, utrum tempus sit longinquum an propius.

Plaut, Amph. 4, 2, 11. *prodigum te fuisse oportet olim in adolescentia.* Epid. 3, 3, 6. Merc. 2, 1, 40. As. 3, 3, 113. *adsta igitur ut consuetus es puer olim.* Merc. 1, 1, 89.

Plaut. As. 1, 3, 53, *longe aliam, inquam, praebes nunc atque olim, quum dabam.* Mil. 1, 1, 2. Poen. 1, 2, 143. Terent. Andr. 5, 3, 12. *olim istuc, olim, quum ita animum induxti tuum, quod cuperes, aliquo pacto efficiundum tibi.* Cic. ad Att. 12, 39.

3. Sed etiam per se significat tempus praeteritum, ut sit *vordem, früher, ehemals, einstmals.* Vtuntur ii praesertim hac particula, qui fabulas narrant: ubi Graeci dicunt ποτέ. Donat. ad Terent. Andr. 5, 4, 22.

Plaut. Epid. 4, 2, 42. *illam minis olim decem puellam parvolam emi.* 5, 2, 54. *cum hoc olim perii.* Pseud. 1, 2, 65. *cras te quasi Dircam olim, ut memorant, duo gnati Iovis devinxere ad taurum.* 4, 2, 43. Epid. 1, 3, 30. Men. 3, 3, 8. Bacch. 4, 9, 15. *ille olim habuit ignem, qui lignum daret.* i. e. tum temporis. Cic. de Orat. 2, 43, 183. ad Att. 10, 1. 6, 2. Virgil. Aen. 5, 264. *indutus at olim Demoleos cursu palantis Troas agebat.* Plin. Pan. 81, 2. *olim haec experientia iuventutis.* i. e. antiquo tempore.

Curt. 8, 1, 42. *enimvero olim mero sensibus victis ex loco repente prosiluit.* i. e. nuper.

Terent. Andr. 5, 4, 20. *Atticus quidam olim navi fracta apud Andrum ejectus est* etc. Plaut. Stich. 4, 1, 33. Horat. Sat. 2, 6, 79. *olim rusticus — fertur* etc. Epist. 1, 1, 73. Phaedr. 3, 2, 2. 3, 17, 1.

De proplore tempore Cic. ad Fam. 15, 20, 2. *quum ad amorem aliquantum olim discedens addidisti; quo tolerabilius feramus igniculum desiderii tui* etc.

4. Opponuntur vocabula, quae vel praesens tempus, vel succedens significant, *nunc, hoc tempore, nuper:* apud recentiores scriptores *mox, deinde, tum, dehinc.*

Plaut. Epid. 1, 2, 32. *illam amabam olim, nunc iam alia cura impendet pectori.* Asin. 1, 3, 53. Most. 1, 3, 64. Capt. 4, 2, 91. *igitur olim si advenissem, magis tu tum istuc diceres: nunc hanc laetitiam accipe a me.* quae Koepkius male reddit: *wär' ich später angekommen.* Cic. ad Fam. 9, 16, 16. *quum tu secundum Oenomaum Attii, non, ut olim solebat, Atellanum, sed, ut nunc fit, mimum introduxisti.* 15, 4, 33. p. Planc. 14, 33. Virgil. Aen. 8, 348. *aurea nunc, olim silvestribus horrida dumis.* Quintil. 10, 1, 104. Tacit. Ann. 15, 21. 16, 28. Terent. Phorm. 5, 8, 19. *olim quum honeste potuit, tum non est data: nunc viduam extrudi turpest.* Heaut. 2, 1, 4.

Cic. ad Fam. 7, 24, 2. *olim quum regnare existimabamur, non tam ab ullis quam hoc tempore observor a familiarissimis Caesaris omnibus.*

Cic. de Div. 2, 25, 55. *quid igitur aut ostenta, aut eorum interpretes, vel Lacedaemonios olim, vel nuper nostros adiuverunt?* Tacit. Hist. 4, 57.

Tacit. Hist. 1, 67. *gallica gens, olim armis virisque, mox memoria nominis clara.* 3, 47. Ann. 1, 53. Sueton. Claud. 1.

Tacit. Ann. 12, 18. *frater Cotys proditor olim, deinde hostis metuebatur.* Hist. 4, 70.

Tacit. Hist. 3, 11. *ut olim virtutis modestiaeque, tunc procacitatis et petulantiae certamen erat.* Ann. 2, 62. *profugus olim vi Marobodui et tunc dubiis rebus eius ultionem ausus.* Sueton. Claud. 21. Domit. 13. *pulsum olim senatu, ac tunc de oratoribus coronatum.*

Sueton. Dom. 8. *mox Corneliam, maximam virginem, absolutam olim, dehinc longo intervallo repetitam atque convictam, defodi imperavit.*

Sallust. Orat. Lepidi 5. *bellum ex bello serunt, Saturnini olim post Sulpici, dein Mari Damasippique, nunc Lepidi satellites.*

6. Ex ea ratione, quam exposui, etiam de futuris rebus *olim* dici, facile intelligitur, nec mirum videri potest rariora esse exempla: nam antiquior aetas abstinet. Germani eodem modo loquuntur *einstmals*.

Turpilius apud Nonium Marcellum 4, 333. *deinde quum ad te redierit res olim post mortem patris.* Cic. ad Att. 5, 21. *commemorat, quid olim mali C. Iulius fecerit, quum dieculam dixerit.* ubi vd. Graevium. nam quod Schützius in Lexic. Cicer. T. 3, 2. p. 104. negat *fecerit* prr *facturus sit* dici posse, iis relicitur, quae Madvigius exposuit in programmate a. 1836. edito. Horat. Art. p. 386. *si quid tamen olim scripseris, in Maeci descendat iudicis auris.* Virgil. Aen. 1, 289. *hunc tu olim coelo — accipies secura.* Horat. Sat. 2, 5, 27. *magna minorve foro si res certabitur olim.* Virgil. Aen. 9, 98. 10, 12. Horat. Carm. 2, 10, 17. Quintil. 10, 1, 104. *vir saeculorum memoria dignus, qui olim nominabitur, nunc intelligitur.* 10, 1, 94. *erat clari hodieque et qui olim nominabuntur.* Senec. Herc. Oet. 1476. *dextra perempti, victor Alcide, viri olim iacebis.* ubi Delrios. Phaedr. 4, 10, 8. 4, 25, 16. Plin. Paneg. 15, 5. *verum haec olim: in praesentia quidem* etc. Cic. ad Att. 11, 4. *utinam coram tecum olim potius quam per epistolas.*

Egregia est emendatio a Spaldingio facta in Quintil. 7, 2, 55. *in foro tantam illam facilitatem olim desiderabimus,* ubi *non fere caussa agitur.* vulgo *desideravimus.*

Curt. 5, 5, 13. *olim vita defuncti locum quaeramus, in qua haec semesa membra obruamus.* Ovid. Trist. 2, 165. *sospite sic te sit natus quoque sospes et olim imperium regat hoc cum seniore senex.* v. 182. Virgil. Ecl. 10, 34. Tibull. 3, 5, 23. Ovid. Fast. 1, 517. *montibus his olim totus promittitur orbis.*

6. Quae aliquando facta sunt, possunt in longum tempus perdurare: quare per *olim* significatur etiam id, quod inde ab aliquo tempore etiamnunc et continuo fit. Tempus autem, ex quo aliquid fit, longius esse potest: tum *olim* est *iamdudum*, *iamdiu*: atque comparari potest graecum πάλαι. Coniungitur praesens, sicuti cum graeco vocabulo. vid. Elmslei. ad Soph. Oed. Tyr. 948. Atque dicitur ita de rebus, quae saepe fieri solent: sunt enim iamdiu factae et permanent.

Iuvenal. 4, 96. *sed olim prodigio par est cum nobilitate senectus.* 6, 346. *audio, quid veteres olim moneatis amici.* Curt. 10,

3, 19. *hoc ego nunc primum profiteor, sed olim scio.* Plin. Epist. 2, 10, 8. *recita saltem — ut tandem percipias gaudium, quod ego olim pro te non temere praesumo.*

Plin. Epist. 8, 9. *olim non librum in manus, non stilum sumsi. Olim nescio, quid sit otium.* i. e. *lange schon weiſs ich nicht mehr, was Musse ist.* ubi Cortius. 1, 11, 1. *olim nullas mihi epistolas mittit.*

Phaedr. 3, 12, 4. *hoc si quis pretii cupidus vidisset tui, olim rediisses ad splendorem pristinum.*

Virgil. Ge. 4, 421. *deprensis olim statio fidissima nautis.* i. e. ex longinquo tempore, non, ut Vossius p. 875. ait, *manchmal.* Lucan. 5, 769. *non olim casu pendemus ab uno?* Ita elegantur loquitur Cornelia: nonne per longum tempus una nobis erat sors? Infringit Oudendorpius vim orationis, quum interrogatione remota sententiam putat esse: non modo olim, sed nunc quoque. Nec aliter 2, 230. *olimque potentes concurrunt.* i. e. iam dudum potentes. Erravit Oudendorpius etiam in explicandis his verbis. Vid. Tom. 1. p. 233. Silius 1, 483. *meus olim proelia poscit.* Petron. 22, 5. *stertere, tamquam olim dormientes, coeperunt.* i. e. *als wenn sie lange schon schliefen.*

Senec. Quaest. nat. 3, 30, 1. *ne sit quandoque velut in novo opere dura molitio, olim ad haec maria se exercent.*

Temere Spaldingius locum Quintil. 9, 3, 87. ad hanc rationem referebat: *olim plura de figuris, quam necesse erat: et adhuc erit qui putet* etc. Est enim: iam ante aliquod tempus dixi plura, ut videbatur, praeter necessitatem: tamen erit adhuc, qui falsam opinionem amplectatur.

7. Iam vero reiiciendae nobis sunt quaedam opiniones, quibus viri docti huic particulae alienas tribuerunt ignificationes. Est enim locus Plauti, ex quo grammatici coniiciunt *olim* etiam de quocumque tempore pro *mquam* dici. Asin. 3, 3, 127. *an quid est olim homini alute melius?* vid. Lindemann. ad Plaut. Mil. 1, 1, 2. ed quod addunt Virgil. Ecl. 10, 33. *o mihi tum quam iolliter ossa quiescant, vestra meos olim si fistula dicat amores:* ibi est pro *aliquando* positum. Si igitur ntegra est Plauti scriptura, .retulerim verba ad ea, quae . 1. exposui, ut sit certo aliquo tempore, suo tempore: nisi de eo dictum est, quod fieri solet.

Horat. Carm. 1, 10, 9. *te, boves olim nisi reddidisses per dolum amotas, puerum minaci voce dum terret, viduus pharetra risit Apollo.* Mitscherlichius opi-

natur *nisi olim reddidisses* esse, nisi statim, illico reddidisses: quod ab hoc vocabulo abhorret. Sed eadem est ratio, quam supra n. 1. in loco Satyrae observavimus: *olim in pueritia.*

Acron ad Horat. Sat. 1, 1, 25. *olim* ait esse *nonnumquam, interdum.* Idque affirmarunt Vossius ad Virgil. Ge. 4, 421. Heindorfius ad Horat. loc. Plumius ad Pers. 6, 71. Schmid. ad Horat. Epist. 1, 3, 18. Sed loci Horatii et Plauti (Truc. 1, 1, 46.) quo alio modo explicari debeant, antea demonstravi.

8. Notanda est formula, qua poetae omne tempus designant verbis *nunc, olim.*

Virgil. Aen. 4, 627. *nunc, olim, quocumque dabunt se tempore vires.* Lucan. 9, 603. *quem — nunc, olim factura deum.*

9. Cum *quondam* componitur *olim*, et cum *iam*, etiam ea significatione, quam n. 6. exposui, et cum *primum, prius.*

Terent. Eun. 2, 2, 15. *olim isti fuit generi quondam quaestus apud saeclum prius.*

Quintil. 5, 12, 17. *olim iam ab illa vera imagine orandi recesserunt.* Declam. 3, 18. *olim iam, imperator, inter fulgentes virtutes tuas livor locum quaerit.*

Senec. Epist. 77, 3. *olim iam nec perit quidquam mihi nec acquiritur.*

Terent. Heaut. 3, 1, 34. *primum olim potius quam paterere filium commeare ad mulierculam, — proterruisti hinc.* Plin. Hist. n. 3, 5, 9. *oppidum Formiae, Hormiae prius olim dictum.*

10. Schottus in Observat. 2, 54. tradit, *olim* praemitti nominibus per formam, quam hyphen appellant. Cf. eius Nod. Cic. 1, 17. Tamen quae afferuntur exempla, omnia non apta sunt huic formae.

Catull. 96, 4. *olim amissas flemus amicitias.* Elegantia, quam Livineius in coniungendis vocabulis *olim amicitias* quaerit, falsa est. In carm. 68, 129. si vera esset scriptura, quam Scaliger reposuit, *olim* cum verbo esset coniungendum. Valer. Flacc. 1, 53. *olim annis ille ardor hebet.* Male cum Schotto Bulaeus verba *ardor olim annis* explicuit: qui olim in annis iuvenilibus erat. Est enim: ille ardor iamdudum hebet.

11. Quomodo *olim non* dicatur, monstrant exempla n. 6. Sed *non olim* scriptores recentiores scripse-

runt, ut esset *non multo ante*. Vide Miscell. Observ. T. 4. p. 156. Oudendorp. ad Apulei. Met. p. 784.

Apulei. Met. 11. p. 264, 16. *da nomen huic sanctae militiae, cuius non olim sacramento etiam rogabaris.* 10. p. 242, 85. (p. 695. Oud.) *mensam non olim convenerat.* ubi Beroaldus.

OMNINO.

Omnino, remansit ex antiquo nomine *omninus*, quod, in modum verborum *trinus*, *matutinus* formatum, cur olim obsoleverit, non liquet. Nam aptum atque idoneum videtur nomen ad significandam rationem, qua universae res comprehenduntur.

Notio autem totius rei refertur aut ad quantitatem aut ad qualitatem, atque illa quantitas vel ad numerum vel ad genus spectat. Nam quod Herzogius ad Caes. B. civ. 2, 12. negat in *omnino* inesse notionem quantitatis, id ipse restringit verbis postea adiectis, quibus ait, particulam hanc cum nominibus numeri et quantitatis componi. Nimirum quantitatem ea constituit iudicio de universa re facto.

1. Primum igitur *omnino* significat totam rem, cui opponuntur partes vel singulae vel plurimae. Est *gänzlich, ganz.*

Terent. Andr. 3, 2, 44. *non impulit me, haec nunc omnino ut crederem.* Donatus: *quum dixit omnino, ostendit quaedam se credidisse, in quibusdam iam esse circumventum.* Caes. B. civ. 2, 12. *si omnino turris concidisset, non posse militem contineri.* i. e. tota turris, non pars tantum, quae conciderat. Quintil. 8, 3, 85. *sequens* (species) *posita est in voce aut omnino suppressa aut etiam abscissa.* 11, 2, 49.

Cic. Tusc. 1, 1, 1. *quum defensionum laboribus senatoriisque muneribus aut omnino aut magna ex parte eram aliquando liberatus* etc. ad Fam. 9, 15, 9. *intellexi — non existimasse te mihi licere — res has non omnino quidem, sed magnam partem relinquere.*

Cic. Acad. 2, 2, 5. *sunt enim multi, qui omnino graecas non ament litteras: plures, qui philosophiam.* i. e. litteras omnes.

Cic. Tusc. 2, 1, 1. *Neoptolemus quidem apud Ennium philosophari sibi ait necesse esse, sed paucis: nam omnino haud placere.* i. e. *im Ganzen.* 1, 25, 61. *quae tanta omnino capacitas?* i. e. quae omnia complectatur.

Plin. Epist. 7, 11, 7. *superest, ut coheredes aequo animo ferant, separatim me vendidisse, quod mihi licuit omnino vendere.* Quintil. 2, 19, 2. *si parti utrilibet omnino alteram detrahas, natura etiam sine doctrina multum valebit, doctrina nulla esse sine natura poterit.* i. e. si non aliquam partem admittas, sed totam detrahas.

2. Etiam de tota re ita dicitur *omnino*, ut aliae res excludantur. Est igitur id quod *solum*.

Martial. 2, 56, 3. *non solet illa accipere omnino. Quid solet ergo? dare.* Plin. Epist. 5, 4, 3. *nam pleraque tecta tantum et omnino commota tutissime serpunt.*

3. De genere ampliore dicitur, quod aliud genus complectitur, aut de genere, quod singulis personis opponitur, ubi Germani loquuntur *überhaupt*. Quo modo oratio ad id adscendit, quod si est, alia ante dicta vel esse vel non esse per se intelligitur, ut saepe accipias *omnino* pro *adeo*. Ita collocatur cum *ne quidem*.

Cic. de Fin. 5, 11, 33. *de hominum genere aut omnino de animalibus loquor.* Acad. 1, 3, 9. *plurimumque poetis nostris, omninoque latinis et litteris luminis attulisti et verbis.*

Cic. p. Caec 13, 37. *deiicior ego —, si quis meorum deiicitur omnino.* i. e. *wenn überhaupt einer der Meinigen hinausgeworfen wird.* Ita enim hic locus est constituendus. Caes. Bell. gall. 1, 34. *sibi autem mirum videri, quid in sua Gallia — aut Caesari, aut omnino populo romano negotii esset.* Cic. de Inv. 2, 6, 20. *si dominationis, si pecuniae, si amicitiae, si inimicitiarum et omnino quidquid erit, quod causae fuisse dicet, id summe augere debebit.*

Vellei. Pat. 2, 48, 4. *cuius omnino voluptatibus vel libidinibus neque opes ullae neque cupiditates sufficere possent.* Ita scripsit Acidalius pro *cuius animo vol.* atque plurimi id approbarunt, quasi per *omnino* auctor gravissima quaeque in Curione notanda comprehenderet. Equidem vero contenderim, neminem ita loquutum esse: sed *animo* defendendum est, omissis verbis *voluptatibus vel libidinibus*, quae glossator adscripserat. *Cupiditates* autem recte dicuntur *animo non suffecisse*, quippe qui maxime prodigus et libidinosus esset.

Cic. ad Fam. 10, 1, 3. *nec leges ullae sunt, nec iudicia, nec omnino simulacrum aliquod aut vestigium civitatis.*

Cic. ad Fam. 4, 18. *duo consulares, qui se dicerent in ornandis provinciis consularibus scribendo effudisse, quum omnino ne so-*

natus quidem fuisset. de Nat. d. 1, 25, 69. *quod omnino ne fieri quidem possit.*

4. Nominibus numeri additur *omnino*, ut indicetur totum esse eum numerum. Germani etiam *im Ganzen*, *überhaupt*. Saepe intelligitur parvus numerus, ut sit *non plures*.

Cic. ad Fratr. 2, 1. *sane frequentes fuimus: omnino ad ducentos.* p. Cluent. 28, 78. *quinque omnino fuerunt, qui etc.* de Fin. 5, 8, 21. Caes. B. gall. 4, 19. *diebus omnino decem et octo trans Rhenum consumptis.* 4, 38. *ex duae omnino civitates ex Britannia obsides miserunt, reliquae neglexerunt.* 1, 6. B. civ. 3, 46. *quinque omnino suorum amissis.* Plin. Epist. 8, 14, 17. Cornel. Pelop. 2, 3. *quum omnino non essent amplius centum, qui tanto se offerrent periculo.* Sueton. Gland. 17. *expeditionem unam omnino suscepit eamque modicam.* Curt. 4, 10, 24. *semel omnino eam viderat.* Multa alia vide apud Mutzelium ad Curt. 3, 29, 27.

Hirt. Bell. afr. 12. *quorum* (militum) *omnino numerus fuit triginta cohortium cum equitibus CD et sagittariis CL.*

5. Indicat particula iudicium, quod declaratur, spectare ad rem universam: quasi dicatur: si rem universam intelligis.

Cic. de Fin. 2, 13, 43. *quae quum Aristoni et Pyrrhoni omnino visa sunt pro nihilo* etc. 4, 1, 1. *omittamus contra omnino velle aliquid.* in Caecil. 4, 13. *quod omnino Marcellorum nomini tota illa provincia adiuncta est.*

6. Quando particula additur verbis, adiectivis, adverbiis, indicat universum aut maximum; fere idem quod *prorsus*, *penitus*.

Plaut. Capt. 3, 4, 83. *nunc ego omnino occidi.* Cic. de Div. 1, 39, 86. *fieri omnino neges.* ad Fam. 16, 9, 4. *quae* (litterae) *me molestia valde levarunt: utinam omnino liberassent.* p. Balbo 19, 43. *multa praetereo, quae quotidie labore huius et studio aut omnino aut certe facilius consequantur.*

Catull. 98, 5. *si nos omnino vis omnes perdere, Vetti, hiscas: omnino quod cupis efficies.*

Terent. Hec. 2, 1, 17. *me omnino lapidem, non hominem putas.* ubi Donatus graecum *παντάπασιν* comparat.

Cic. de Am. 19, 69. *Q. vero Maximum fratrem, egregium virum omnino, sibi neglegendum parem — colebat.* de Fin. 1, 2, 5.

rudem enim esse omnino in nostris poetis aut inertissimae segnitiae est aut fastidii delicatissimi.

Cic. de Sen. 13, 45. *epulabar igitur cum sodalibus omnino modice.*

7. Cum negatione coniungitur haec particula duplici modo. Ea enim aut ipsa negatur, *non omnino*, ut sit *non prorsus:* aut negationem auget, *omnino non*, ut fere idem sit, quod *prorsus non.* Nam si *omnino non* reddimus per *überhaupt nicht*, *prorsus non* per *durchaus nicht*, redit utrumque saepe ad unam rationem. In verbis *ne quis omnino* inest *omnino nemo.* Tamen interdum in negativis sententiis etiam particula per se constat ad universam rem relata, ut sit *überhaupt*, et in extrema enuntiatione posita.

Plaut. As. 1, 3, 80. *non omnino iam perii: est reliquum, quo peream magis.* Bacch. 2, 3, 116. *exorsa haec tela non male omnino mihi est.* Cic. in Verr. 3, 80, 35. *nunc illud, quod pene praeterii, non omnino relinquendum videtur.*

Cic. ad Att. 3, 23. *scis enim Clodium sanxisse, ut vix aut omnino non posset — infirmari sua lex.* in Verr. 5, 7, 17. *is omnino servus in familia non erat.* p. Arch. 8, 17. *qui quum esset senex mortuus, tamen propter excellentem artem ac venustatem videbatur omnino mori non debuisse.* Quintil. 10, 7, 24. *soli tamen dicamus potius, quam omnino non dicamus.* 9, 3, 91. *quaedam omnino non sunt figurae.*

Cic. de Amic. 4, 14. *sensu enim amisso fit idem quasi natus non esset omnino.* i. e. überhaupt nicht. de Nat. d. 3, 27, 69. *haud scio, an melius fuerit humano generi motum istum celerem cogitationis — non dari omnino, quam tam munifice et tam large dari.*

Cic. de Orat. 2, 14, 61. *poetas omnino, quasi alia quadam lingua loquutos, non conor attingere.* i. e. poetas cunctos.

Cic. Orat. 5, 18. *disertos ait se vidisse multos, eloquentem omnino neminem.*

Cic. ad Fam. 6, 6, 8. *quod si fecisset, civile bellum nullum omnino fuisset.* ad Att. 6, 3. *omnino — nullas umquam ad me litteras misit Brutus.* Caes. B. civ. 2, 32. *nulla omnino nave desiderata.*

Cic. Tusc. 1, 3, 5. *deinde ita magnos* (fuisse traditum est) *nostram ad aetatem, ut non multum, aut nihil omnino Graecis cederetur.* Caes. B. civ. 2, 42. Horat. Sat. 2, 8, 93. *quem nos*

sic fugimus ulli, ut nihil omnino gustaverimus. Martial. 4, 66, 2. *qua nihil omnino vilius esse potest.*

Cic. de Orat. 2, 13, 57. *causas omnino nemquam attigerunt.* de Am. 6, 21. *eos autem omittamus, qui omnino nusquam reperiuntur.*

Quintil. 6, 5, 8. *rebus — aut omnino nondum repertis aut dubiis.*

Quintil. 7, 8, 14. *quibusdam ne placuit quidem omnino subtilis haec — conclusio.*

Caes. B. civ. 2, 16. *neque quidquam omnino relinqueretur, quo* etc. 3, 69. *neque quisquam omnino consisteret.* ubi Manutius scripsit *omnium*. Illud tamen idem est.

Plaut. Trin. 3, 2, 27. *ne omnino inopiam cives obiectare possint tibi.* Cic. ad Fam. 1, 7, 8. *auctoritas, cui scis intercessum esse, ut ne quis omnino regem reduceret, tantam vim habet* etc. Caes. B. gall. 7, 24. *quum — Caesar — milites cohortaretur, ne quod omnino tempus ab opere intermitteretur.* Horat. 2, 1, 5. *ne faciam, inquis, omnino versus.*

Apud poetas saepe leguntur verba *non tamen omnino, nil tamen omnino.* Virgil. Aen. 9, 248. Martial. 12, 40, 5. 10, 68, 12.

8. Praecedunt in altera parte sententiae verba *non modo*, ut per *omnino* adscendat oratio. Eadem ratione additur post negationem id, quod ipsum rem ante dictam excludit. Nec approbari potest opinio Gernhardi ad Cic. Parad. p. 216. proposita, quasi duae constructiones confundantur.

Cic. p. Quint. 24, 77. *dicebam — mihi perdifficile esse contra tales oratores non modo tantam causam perorare, sed omnino verbum facere conari.* Parad. 5, 1, 33. *non modo imperator, sed liber habendus omnino non est.* ad Fam. 9, 15, 13. *quos ego non modo reges appellatos, sed omnino natos nesciebam.*

Acad. 2, 29, 92. *nec hoc in acervo tritici solum —, sed nulla omnino in re.* de Leg. 1, 16, 44. *nec solum ius et iniuria a natura diiudicantur, sed omnino omnia honesta ac turpia.* p. Caec. 13, 36. *novum est, non dico inusitatum, verum omnino inauditum.*

Cic. ad Fam. 6, 13, 2. *perfecerat fortuna, ne quid tale scribere possem aut omnino cogitare.*

9. Sed cuicumque sententiae particula haec addit affirmationem, qua dicitur esse aliquid per se et ex omni

parte, vel sine conditione. Ita *omnino est* pro *vere est*. Hoc negavit Ernestius ad Cic. p. Caec. 18, 87.

Cic. Acad. 2, 26, 84. *pugnas omnino, sed cum adversariis facili.* p. Cluent. 60, 168. *nego illum adolescentem — omnino illo die esse mortuum.* de Amic. 25, 93. *quod amici genus adhiberi omnino levitatis est.* p. Marc. 9, 27. *quid est enim omnino hoc ipsum diu, in quo est aliquid extremum.*

Cic. Tusc. 5, 9, 24. *non usquam id quidem dicit omnino: sed quae dicit idem valent.* i. e. non disertis verbis: nicht ausdrücklich.

10. Hanc affirmationis vim obtinet particula maxime ab initio sententiarum posita, quae aliquam definitionem continent.

Cic. de Off. 1, 23, 79. *omnino illud honestum, quod ex animo excelso magnificoque quaerimus, animi efficitur, non corporis viribus.* 1, 20, 66. *omnino fortis animus et magnus duabus rebus maxime cernitur.* in Verr. 2, 61, 149. *omnino praeclare te habes.* de Am. 26, 98. *omnino est amans sui virtus.* 20, 74.

Cur Gernhardus ad Cic. de Am. 24, 89. neget dici posse *omnino igitur*, causam non perspicio.

11. Hac ratione proprie componitur cum superlativo, qui antecedit.

Cic. de Off. 1, 25, 87. *miserrima est omnino ambitio honorumque contentio.* de Sen. 3, 9. *aptissima omnino sunt — arma senectutis.*

12. Componitur cum adiectivo eiusdem generis *omnis* ad augendam vim sententiae. Sed *omnino qui* pro *omnes* dicitur. Terentius addidit adeo *prorsus*.

Plaut. Capt. 2, 2, 75. *non ego, omnino lucrum omne esse utile homini existimo.* Cic. de Am. 21, 78. *omnino omnium horum vitiorum atque incommodorum una cautio est* etc. ubi Gernhard. de Orat. 2, 1, 1. de Inv. 1, 46, 86. ad Att. 5, 13. ad Fam. 6, 2, 6. *sin omnino interierint omnia* etc.

Cic. de Off. 1, 25, 85. *omnino qui reipublicae praefuturi sunt, duo Platonis praecepta teneant.*

Terent. Ad. 5, 9, 33. *quia non iusta iniusta prorsus omnia omnino obsequor.*

13. Ceterum indicat particula uno verbo comprehendi universam sententiam. Est igitur: ut semel sive uno verbo dicam.

Plaut. Most. 3, 2, 153. *omnino, ut te absolvam, nullam pictam conspicio hic avem.*

14. De loco, quem haec particula in oratione occupet, viri docti statuerunt quasdam regulas antiquis scriptoribus non cognitas. Goerenzius ad Cic. Acad. 2, 8, 25. ait, verbis *numquam, umquam, non* semper particulam antecedere, non memor discriminis, quo distinguuntur *omnino non* et *non omnino:* atque ut exempla satis multa docent, recte etiam dicuntur *nemo omnino, nihil omnino* et similia. Particula ubi alii nomini inhaereat, ei praeponatur necesse est, sed potest magis ad totam sententiam et ad verbum pertinere, ideoque post nomen poni. Ita plerumque antecedit nominibus numeri, interdum tamen postponitur, ut apud Hirt. Bell. afr. 12. Saepe in extrema sententia ponitur maiori cum vi.

Cic. Parad. 6, 2, 47. *quam* (abundantiam) *tu quoniam numquam assequere, numquam omnino es futurus dives.* Inepte antecederet particula, quae ad sententiam pertinet. Acad. 2, 8, 25. *si quid officii sui sit, non occurrit animo, nihil umquam omnino aget, ad nullam rem umquam impelletur.* i. e. *er wird nichts überhaupt vollführen.* 2, 29, 92. *nulla omnino in re.* i. e. *überhaupt in keiner Sache.* de Leg. 1, 15, 42. *ita fit, ut nulla sit omnino iustitia.* de Orat. 2, 13, 55. *Herodotum illum — in causis nihil omnino versatum esse accepimus.*

Cic. de Div. 1, 39, 86. *recte omnino: sed non nunc id agitur.* Altera pars sententiae ostendit, *omnino* non pertinere ad nomen antecedens.

Coel. ad Cic. 8, 14, 9. *exercitum conferendum non esse omnino.* Acad. 2, 15, 47. *cur non inter quae nihil intersit omnino?* de Fin. 2, 31, 100. de Nat. d. 3, 27, 69.

*) Variant libri Cic. de Sen. 7, 24. 13, 45. Drakenborch. ad Liv. Epit. 58. memorat, quo modo particula saepe a grammaticis supposita sit.

OPPIDO.

Antiquum vocabulum *oppido* iam veteribus grammaticis materiam praebuit disserendi. Paulus Diac. p. 184. Müller. *oppido, valde multum. Ortum est autem hoc verbum ex sermone inter se confabulantium, quantum quisque frugum faceret, utque multitudo*

significaretur, saepe respondebatur, quantum vel oppido satis esset. Hinc in consuetudinem venit, ut diceretur oppido pro valde multum. Itaque si qui in aliis rebus eo utuntur, ut puta si quis dicat oppido didici, spectavi, ambulavi, errat, quia nulli eorum subiici potest: vel quod satis est. Donatus ad Terent. Hec. 2, 1, 41. *oppido, valde. Translatio a rusticis, qui interrogati, quemadmodum fruges provenissent, respondebant oppido, id est, quae sibi et oppido sufficere potuissent.* His G. Vossius tantum opposuit auctoritatem Plauti, Ciceronis aliorumque scriptorum, qui hoc vocabulum ita usurpassent, ut non multitudinem, quae satis esset, significaret. Reisigium, cui grammaticorum commentum placuit, Haasius ex re ipsa refellit. Nonius 4. p. 361. explicat per *valde*, nihil addens de origine. Lindemannus haec: „cognatum esse videtur adiectivum *oppidus* cum verbis *opus*, *opera*, a quibus descendit, quemadmodum a *sapere sapidus*.“ Doederlinus ex ἐπιπέδως ortum putat. vd. Synonym. T. 5. p. 262. Illud vero ante omnia est tenendum, quod Schellerus dixit, adiectivum fuisse antiquum *opidus* vel *oppidus*, ex quo et nomen oppidi et adverbium factum sit. Sed iam veteres, Varro (de Ling. lat. 4, 32.), Cicero (apud Festum p. 202.) incerto iudicio originem nominis vel in ope munienda, vel in opere munitionis quaesiverunt, nec reputarunt oppidorum aedificandorum modum ab Etruscis una cum nomine in Latium translatum videri. Recte perspexit Lindemannus *oppidum* significare firmum, unde *oppido* esset pro *firmiter, valde*. Atque comparari potest germanicum *vest*, ex quo factum est *die Veste*, etiam de terra dictum, sicut *Ops*. Oppidum enim non esse locum mansionis, ut Ramshornius in Synon. 1. p. 217. existimavit, sed munitum, demonstrarunt interpretes Caes. B. gall. 5, 21. 4, 19. Quomodo autem notio firmitatis ad quamcumque rem magnam et gravem referri possit, facile intelligitur comparatis nominibus *valde, fortiter*. Ea tamen etiam ad totam et universam rem spectat.

Opido una *p* littera, sicut alibi urbis nomen, scriptum legitur in quatuor codicibus Cic. de Orat. 2, 84, 259. de qua re vide Schneideri Gramm. 1. p. 427.

Antiquum vocabulum, in familiaribus sermonibus apud comicos saepe obvium, numquam est ab oratori-

bus acceptum, sed a Cicerone tantum in doctrinarum libris et in epistolis usurpatum. Postea tamquam *ex ultimis tenebris repetitum* grammatici improbabant. Quintil. 8, 3, 25. *satis est vetus: quid necesse est *** dicere? Oppido, quo usi sunt paulum tempore nostro superiores, vereor ut iam nos ferat quisquam: certe antegerio, cuius eadem significatio est, nemo nisi ambitiosus dicat.* Ita constituendum puto huno locum, in quo obsoletum nomen, quod vetustatem significabat, librariis erat incognitum, ut scriberent *quaeso.* Charisius quum p. 187. per *vero, statim* explicat, ipse significationem ignorasse videtur.

Significationem autem huius vocis tantum ex locis, in quibus adhuc exstat, non admodum multis, colligere possumus. In iis enim constat *oppido* addi adiectivis et adverbiis, sed pauca esse verba certi generis, quibus adiectum videamus: quamobrem grammaticus antiquus non sine caussa negavit dici posse *oppido didici, spectavi, ambulavi.*

1. Atque coniungitur cum adiectivis et adverbiis, ut eximiam rerum conditionem indicet et pro *perquam, prorsus* accipi possit. Cum verbis consociatur iis, quorum notio ad summum gradum adscendit. Redditur per *ganz, gar:* et quod Germani *ganz wenige* dicunt, Latini *oppido pauci.* Tamen non dicitur pro *satis*, nec pro *valde multum.* Nomini, ad quod pertinet, vel praeponitur, vel sequitur.

Plaut. Mil. 3, 1, 40. *benignitas quidem huius oppido adulescentuli est.* quod eo modo dictum, quo Livius 42, 28, 13. *in Fulvii* (locum) *pontifex Cn. Domitius Aenobarbus oppido adolescens sacerdos lectus.* Terent. Heaut. 4, 2, 2. *ita hae re in angustum oppido nunc meae coguntur copiae.* 4, 3, 26. *bonam atque iustam rem oppido imperas.* 4, 4, 12. Hec. 2, 1, 41. Phorm. 5, 1, 36. Cic. de Orat. 2, 64, 259. *mimus vetus oppido ridiculus.* ad Fam. 14, 4, 3. *oppido pauci.* de Fin. 3, 10, 33. *sed eorum definitiones paullum oppido inter se differunt.* ubi Madvigius hominem impudentissimum et imperitissimum (ita appellat Goerenzium) castigat, quod illud *paullum oppido* reddidit *ein wenig sehr:* ipse tamen in vituperationem venit, quod negat *oppido* cum verbis coniungi et *tamen* quod sequitur referri ad verba *paullum oppido.*

Plaut. Merc. 2, 1, 21. *oppido hercle bene velle illi visus sum.* Terent. Ad. 3, 2, 24. *oppido opportune te obtulisti mi obviam.*

Plaut. Asin. 5, 2, 33. AR. *quid fatere?* DE. *me ex amore huius corruptum oppido.* Pseud. 1, 5, 10. *ibi nunc oppido obsepta est via.*

Plaut. Aul. 3, 1, 5. *totus doleo atque oppido perii.* As. 1, 2, 21. Amph. 1, 1, 143. *oppido interii.* Most. 1, 2, 56. *perdidi operam fabrorum illico oppido.* 3, 2, 44. *ita oppido occidimus omnes.*

2. Inde a Livii tempore dicebatur *oppido quam*, sicut *sane quam*, *nimis quam*, *admodum quam*: de qua dictione Krüger in libro de Attractione p. 472.

Liv. 39, 47, 2. *pleraque oppido quam parva erant.* 36, 25, 3. *quia Lamia quum posita est in tumulo, tum regionem maxime Oetae spectat, oppido quam breve intervallum videtur.* Ita e cod. optimo restituit Goellerus. Vitruv. 8, 3, 11. *admiscetur ei fonticulus oppido quam parvulus.* Gellius 17, 72. *Favorinus oppido quam libens in eas materias dicebat.*

Gellius 16, 7. *Laberius — oppido quam verba finxit praeclicenter.* 15, 30. *oppido quam fiunt in litterarum ostentatione inepti et frivoli.*

3. Apud comicos *oppido* in colloquiis affirmationem exprimit elliptica ratione, qua particula ad nomen ante dictum refertur.

Plaut. Bacch. 4, 4, 80. CH. *reddidisti?* MN. *Reddidi.* CH. *Omnene?* MN. *Oppido.* Terent. Phorm. 2, 2, 2. *iratum senem* (ais)? G. *Oppido.* 5, 8, 12. *estne ita, uti dixi, liberalis?* D. *Oppido.*

PALAM.

Ad derivandam particulam *palam* viri docti in remotas regiones aberrarunt. Iovianus Pontanus (Aut. Dial. p. 139.) a *pala* instrumento rustico dictum, Franciscus Iunius (ad Tertullian. de Pallio 3.) ex *palo*, cui verbum *celo* contrarium sit, exortum putat: Martinius a *παλάμη*, *palma* deducit, ut idem sit quod *coram palma* seu *manu*, *vor der Hand*. Scheidius ad Sanct. Minerv. p. 234. a *πάλη*, quod excussionem et expositionem significet. Ramshornius in Synon. 2. p. 322. contulit *pala*, *palma*, *palpare*, suethicum *fala*, indicum *palasa*, quod folium significat, ut notionem arriperet plani et manifesti. Idque comprobavit Klotzius in Iahnii Annal. Nov. T. 10. p. 125. Doederlinus aut ex

nomine *planum* factum adverbium, aut accusativum esse censet nominis, cui generi annumeranda sint vocabula *palatum*, πάλη, πάλη, *pulvis*, *planus*, alia.

Teneamus notionem rei protensae et apertae significari voce *pa*. Ex eo facta sunt *pateo*, *pando*, quod cum graeco πετάω convenit, *patulus*, etiam *parere* et *parare*. Accusativi formam *patulam* vulgaris pronunciatio breviorem reddidit *patlam*, *palam*: cuius contractionis modum videmus in *scriplum* pro *scriptum*. Dicitur igitur *palam* de eo, quod patet.

1. Constat autem significatio particulae iis comparatis, quae fere opponuntur, *clam*, *occulte*, *secretum*, *obscurum*, *tacite*, *intus*. Quare intelligitur res, quae ab hominibus conspicitur, in conspectu hominum fit, non celatur, nec obscura est. Refertur tamen etiam ad res, quae audiuntur, et quae ab omnibus vel a pluribus aliquo modo cognoscuntur. Vlpianus in Digest. 50, 16, 33. *palam est coram pluribus*. Prisciani 14. p. 998. *habet significationem contrarium clam, semperque in appositione invenitur: sed coram magis ad personas, palam ad omnia accipitur*. Alcuin. p. 2140. Grammat. p. 2206.

Cic. p. Cael. 9, 29. *palam in eum tela iaciuntur, clam subministrantur*. Verr. 4, 60, 134. Tibull. 2, 1, 84. *palam pecori, clam sibi quisque vocet, aut etiam sibi quisque palam*. Caes. B. civ. 3, 104. Paulus in Digest. 23, 2, 68.

Cic. in Verr. 4, 22, 49. *qui haec, quae dico, iam non occulte, — sed palam de loco superiore agcret*. Terent. Ad. 3, 2, 30. *neque id occulte fert: ab lenone ipsus eripuit palam*. 3, 33, 81. in Pis. 2, 5.

Liv. 44, 34, 2. *nec palam, nec secreto iactare consilia sua*. Tacit. Ann. 2, 72. Plin. Epist. 5, 1, 3. Vlpian. in Dig. 29, 5, 3, 20.

Cic. p. Mil. 16, 42. *omnia non modo quae reprehendi palam, sed etiam quae obscure cogitari possunt, timemus*. Acad. 2, 5, 13. *duos vero sapientissimos et clarissimos fratres P. Crassum et P. Scaevolam aiunt Tib. Graccho auctores legum fuisse, alterum quidem, ut videmus, palam, alterum, ut suspicamur, obscurius*.

Liv. 24, 14, 8. *qui tam alterum annum libertatem tacite meteri, quam postulare palam maluerant*. Paulus in Digest. 49, 14, 13, 1.

Cic. Verr. 2, 83, 81. *quae in foro palam Syracusis in ore atque in oculis provinciae gesta sunt.* p. Cluent. 8, 23. de Of. 3, 24, 93.

Tacit. Ann. 4, 1. *palam compositus pudor, intus summa episcendi libido.*

Cic. ad Att. 16, 9. *rem gerit palam.* Phil. 5, 6, 17. *palam secum habuit armatos.* Sueton. Ner. 27. *nulla dissimulandi cura ad maiora palam erupit.* In Catulli 63, 74. restituendum: *vocis ut hinc labellis sonitu' abiit palam.* i. e. ut omnes audirent.

2. Refertur ad orationem non perplexam et ad ea, quae non ex praestigiis neque ex insidiis aguntur. Hinc *palam dicere, palam profiteri* aliaque.

Liv. 30, 20, 2. *iam non perplexe, inquit, sed palam revocant.*

Cic. Verr. 4, 24, 53. *qui — non per praestigias, sed palam per potestatem — totum oppidum compilarit.* Tacit. Ann. 1, 59. *palam adversus armatos bellum tractare.* i. e. non proditione.

Sueton. Caes. 27. *his plane palam bello civili opus esse dicebat.* Scaevola in Digest. 16, 2, 22. *si adversarius palam dixisset, utrum voluisset.* Tib. 21. *Augustum palam, nec dissimulanter — improbasse.* Caes. 72. *professus est palam.* Tacit. Ann. 1, 74. (proclamavit) *se quoque in ea causa laturum sententiam palam et iuratum.* Explicant haec: non itione in partes. Est tamen: libere et aperte.

3. Hinc etiam componitur cum similibus vocabulis *aperte, ante oculos, luce, libere, coram omnibus.*

Plaut. Bacch. 2, 3, 67. *auferimus inde argentum omne illis praesentibus palam atque aperte.* Cic. in Verr. Act. 1, 7, 18. ubi Asconius: *aperte ad verba pertinet non obscura, palam ad praesentiam, multitudinem et qualitatem frequentis loci.* p. Mil. 9, 25. *palam agere coepit, et aperte dicere, occidendum Milonem.* Cic. Orat. 12, 38. *non ex insidiis, sed aperte ac palam elaboratur.* in Verr. 5, 26, 65. *quam libenter palam ante oculos omnium esse patiatur.* de Off. 3, 24, 93. *luce palam in foro saltet.* in Pis. 10, 23. *luce et palam.* Virgil. Aen. 9, 153. Cic. de Nat. d. 2, 63, 157. *bestiae furtim — fruuntur, domini palam et libere.* in Verr. 5, 26, 65. *palam ante oculos omnium.*

4. Composita cum verbo *esse* particula in vicem adiectivi succedit, quo de usu Lübker disputavit in Grammat. studiis 1. p. 69. Quem in modum etiam coniungitur cum verbo *facere.* Atque haec verba *palam facere* proprie usurpabantur de morte alicuius nuntianda. *Palam se ferre* dicitur pro in conspectum hominum venire.

Plaut. 4, 9, 18. *palam est res.* Mil. 2, 5, 65. *et quidem palam est eam esse, ut dicis.* Terent. Eun. 1, 2, 24. *sin falsum aut verum aut fictum est, continuo palamst.* Hec. 4, 4, 91. Cic. in Pis. 5, 11. *mitto enim domestica, quae negari possunt: haec commemoro, quae sunt palam.* Sueton. Tib. 31. Multa exempla vides collecta a Brissonio de Verb. signif. p. 990.

Plaut. As. 4, 2, 12. *me honestiust quam te palam hanc rem facere.* Terent. Phorm. 1, 2, 30. *ut ne id fiat palam.* Cic. ad Att. 13, 21. *credo enim palam factum esse.* Sueton. Tib. 22. Cal. 6. Brisson. l. l. p. 991. ubi etiam illustrantur verba *heredem palam nuncupare.*

Pro *nuntiare* Cornel. Hann. 11, 1. *Hannibal, ut palam faceret suis, quo loco Eumenes esset, tabellarium — mittit.*

Cic. post Red. 7, 18. *nondum palam factum erat occidisse rempublicam* etc.

Liv. 1, 41, 6. de morte Tarquinii: *tum demum palam facto.* Cornel. Dion. 10, 2. *huius de morte ut palam factum est.* ubi notanda Bremio videbatur praepositio *de*: sed Senec. de Tranq. an. 15, 5. (cogitur) *Cato ille — incumbens gladio, simul de se ac de republica palam facere.* Sueton. Cal. 5. *ut demum fato functum palam factum est* etc. Ner. 8. *ut de Claudio palam factum est.* Tiber. 22.

Testamentum palam facere iuris erat formula (Cic. p. Mil. 18, 48.), de qua Vlpianus in Digest. 28, 2, 21. *heredes palam ita, ut exaudiri possint, nuncupandi sunt. Licebit ergo testanti vel nuncupare heredes vel scribere, sed si nuncupat, palam debet. Quid est p a l a m? non utique in publicum, sed ut exaudiri possit, exaudiri autem non ab omnibus, sed a testibus, et si plures fuerint testes adhibiti, sufficit solemnem numerum exaudire.*

Sueton. Aug. 32. *grassatorum plurimi palam se ferebant succincti ferro.*

5. Quibusdam verbis additum auget eorum significationem: quomodo *proferre palam* est *offen durlegen. Palam mentiri* est ita mentiri, ut negari non possit: *venire palam* est in publica auctione, in catasta venire.

Terent. Ad. 3, 2, 41. *si hoc palam proferimus.* Cic. p. Flacco 28, 68. *quaesitum et prolatum palam non nego.* Lucret. 1, 803. *manifesta palam res indicat, inquis, in auras aëris e terra res omneis crescere.*

Plaut. Truc. 1, 2, 89. *palam quum mentiuntur, verum esse inseiti credimus.*

Cic. post red. 5, 11. *cuius primum tempus aetatis palam fuisset ad omnium libidines divulgatum.*

Terent. Heaut. 4, 1, 26. *illi anui prodita abs te filia est planissume, per te vel uti quaestum faceret, vel uti veniret palam.* Florentinus in Digest. 18, 1, 42. *in venditionibus — si palam apparerent.*

Sed Cic. in Pis. 36, 88. *quid centuriatus palam vendites?* i. e. quod omnibus notum.

6. Adverbium hoc pro adiectivo breviter dicitur ita, ut exprimat apud homines, in publico.

Terent. Phorm. 1, 3, 17. *habes, ita ut voluisti, uxorem sine mala fama palam.*

7. Vice praepositionis fungitur particula in modum vocabuli *clam*, et cum ablativo componitur, ut sit *coram*, apud poetas et serioris aetatis scriptores. Vno ita loco etiam apud Livium legitur: tamen non sine interpolationis suspicione. Prisciamus p. 998. *coram quoque et palam apud Graecos adverbia sunt, quae propter supra dictas causas nostri etiam inter praepositiones assumserunt. Sed mihi videtur, quum inter adverbia quoque haec eadem plerique ponant, quippe quod sine casualibus verbis possint adiungi, adverbia ea dicere, quae praepositiva possunt esse etiam casualium.*

Ovid. Trist. 5, 10, 39. *meque palam de me tuto mala saepe loquuntur.* Art. am. 2, 549. *mene palam nostrae det quisquam signa puellae?* Eleg. ad Liv. Aug. 442. *flevit populo Caesar utrumque palam.* Quintil. Declam. 2, 13. *tenebit te palam.* Ita codices. Vide Burmann. et ad 6, 14. Aur. Victor de Caes. 5, 5. *palam senatu.* Cf. Flavius Caper de Orthograph. p. 2242.

Liv. 6, 14, 5. *inde rem creditori palam populo solvit.* Locum 25, 18, 9. interpolatum esse iniecto nomine *omnibus*, monstrarunt Gronovius aliique.

8. Quemadmodum recentissimi scriptores *incoram* cum vulgo dixerunt, etiam *inpalam* in usu fuisse testatur Glossarium Isidori: *inpalam, aperte.* Et legitur apud Hilarium adv. Constantinum p. 199. *pugnaremus enim inpalam et cum fiducia contra negantes.* Analogiam habent *insuper, inibi, insimul.* Ex librariorum usu etiam in libros antiquorum scriptorum illatum hoc vocabulum ostendunt codices Caesaris B. civ. 2, 36. *de*

:ditione inpalam loquebantur. quod Davisius Caesari ndicare frustra ausus est.

PAPAE.

Papae unum esse vocabulum cum *babae* demonrare conatus sum Tom. 2. p. 1. Ibi locos attuli, in quiis apud comicos legitur haec admirationis vox, saepe im gaudio coniunctae, veluti Terent. Eun. 2, 2, 48. ictorinus p. 1554. dicit esse iurantis. Apud Persium letur 5, 79. brevi syllaba prima. Quod in Cledonii Arte 1881. et apud Victorinum l. l. *pape* scriptum exstat, it per compendium est factum, aut ex incerta consuedine. Diomedes p. 428. *in peregrinis autem verbis in barbaris nominibus, maxime in interiectionibus lli certi sunt* (accentus). *In his enim maxime accenum lex certa esse non potest, quum sit absurdum a rbato tenoris exigere rationem.* Cledonius p. 1936. *rti sunt accentus in istis, quae possunt disiungi, ut ipae, atat.*

PARITER.

Quae viri docti de origine vocabuli *par* exposuemt, fere omnia sunt incredibilia: nam nec graecum *ίρω*, nec *παρά*, nec germanicum *Paar* fundamentum aebent firmum. Significatio autem dubitationem habet llam. Nam quum *aequum* dicatur de universa rei nditione, quae aut in se una constat, aut duabus rebus mmunis est, *par* significat aequalitatem, quae compatis rebus intelligitur. *Aequa* non distinguuntur, *paria* tem distincta comparantur: inter *aequalia* nullum incedit discrimen, inter *paria* tollitur. Nec tamen mim videbitur, vulgari usu hanc differentiam saepe negctam et *pariter* pro *aeque* dictum esse.

Charisius p. 191. *pariter pro pariliter. Cicero, ut laximus notat. Similiter et Mauro undecimo, ubi Celus: pro aequaliter.*

1. Primum est demonstrandum, quomodo duae s hac particula comparentur et aequales esse signifintur. Adiunguntur enim particulae *ac* et *atque*. Nec men unius generis sunt omnes eae dictiones, in quibus

post *pariter* sequuntur duo nomina per *ac* vel *et* vel *que* coniuncta: sicuti Liv. 2, 33, 10. *vir omni vita pariter patribus ac plebi carus.* 6, 10, 5. *Etrusci pariter armati atque inermes caesi.* Terent. Ad. 5, 8, 34. *nunc tu mihi es germanus pariter animo et corpore.* Sallust. Iug. 113, 2. Liv. 31, 35, 6. *pariter et ad se tuendum et ad hostem petendum armato.* 5, 39, 4. *pariter vivi mortuique.* 3, 22, 6. *ut pariter et socii rem inciperent referrentque pedem.* Nam in his nominà ipsa satisfaciunt, et omitti potest voc. *pariter:* non item in ea, de qua loquimur, dictione, cuius exempla non multa reperiuntur. Plautus comparationem per voc. *qualis* expressit.

Terent. Phorm. 5, 3, 8. *pariter nunc opera me adiuvas ac tu dudum opitulata es.* Sallust. Iug. 100, 1. *pariter atque in conspectu hominum.* Quintil. 12, 2, 28. *haec sunt, quibus mea pariter atque oratio insurgant.*

Sallust. Iug. 46, 6. *pariter, ac si hostes adessent, munito agmine incedere.*

Plaut. Amph. 4, 1, 11. *pariter hoc fit atque ut alia facta sunt.*

Plaut. Rud. 3, 2, 37. *pariter suades, qualis es.*

2. Plautus etiam per simplicem particulam *ut* coniunxit alteram sententiam. Poetae recentioris aevi *quam* posuerunt.

Plaut. Aul. Prol. 21. *is ex se hunc reliquit — filium pariter moratum, ut pater avusque huius fuit.* Titinius apud Nonium 4, 380. *ne tu istum edepol inedia exercuisti, pariter ut dignus fuit.* Sic emendavit Hermannus.

Manil. 5, 480. *quaestus naufragio petitur corpusque profundo immissum pariter cum praeda exquiritur ipsa.*

3. Alia est forma, in qua alterum nomen per *cum* praepositionem adiungitur. Ea autem usurpatur, ubi dicendum est de coniuncta duarum rerum actione, ideoque de uno tempore, in quo duae res vel duo homines idem agunt vel patiuntur. Saepe igitur pro *una cum, simul cum* accipi potest. Davis. ad Caes. B. civ. 3, 52. Fabri ad Sallust. Iug. 9, 3.

Sallust. Iug. 9, 3. *testamento pariter cum filiis heredem instituit.*

Cic. de Orat. 3, 3, 10. — *ut ille — et vivisse cum republica pariter et cum illa simul exstinctus esse videatur.* Hirt. Bell.

afr. 69. *qui inter equites pugnabant et una pariterque cum equitibus accurrere et refugere consueverant.* Tusc. 1, 11, 24. *pariter enim cum vita sensus amittitur.* 5, 33, 96. *animum et praesentem percipere pariter cum corpore et prospicere venientem.* de Divin. 2, 14, 33. *ostreisque et conchyliis omnibus contingere, ut cum luna pariter crescant pariterque decrescant.* p. Red. in s. 14, 34. *illa simul atque revocata est, me secum pariter reportavit.* Rhet. ad Her. 3, 1, 1. Cic. de Amic. 21, 81. de Off. 2, 13, 45. Sallust. Iug. 68, 2. Virgil. Aen. 1, 572. 4, 241. Claudian. in Eutrop. 2. Prol. 16. Lactantius multis in locis: vide Indic. Bünem.

Sallust. Iug. 68, 2. *Numidas equites pariter cum occasu solis expeditos educit.*

4. Vbi duo nomina dicuntur per copulativas particulas coniuncta, *pariter* aut praecedit aut sequitur, nec potest ex exemplorum numero colligi, utra dicendi forma magis conveniat consuetudini alicuius scriptoris: quod tamen in Curtio observasse Mutzelius (ad 3, 12, 2.) sibi visus est, etiamsi apud illum leguntur 3, 10, 20. *pariter carus ac venerandus.* 3, 4, 10. *et classem et machinas pariter admovere:* sicuti utrumque in multis aliis locis. Heynius ad Virgil. Aen. 1, 714. particulae inter nomina interpositae nomen exquisitioris elegantiae tribuit. Neque raram appellaverim cum illo critico (p. 746.) eam locutionem, qua praemissae particulae nomina per *et — et* adiunguntur. Vide praeter Livium p. 388. allatum Curt. 7, 7, 34. 7, 11, 17. Ovid. Met. 11, 656. Plin. Epist. 1, 8, 1. Senec. de Ira 3, 18, 2. Epist. 70, 9. Bünemann. ad Lactant. Inst. 4, 1, 1.

5. Sed etiam per se valens particula additur verbis, ut aequalem modum indicet, vel non mutatum et perpetuum.

Afranius apud Nonium 4, 380. *dispertiantur patris bona pariter.* Idem: *tibi in utraque parte pollet et pariter potest.* Plaut. Aul. 2, 1, 13. *quin participem pariter ego te et tu me ut facias.* Liv. 22, 15, 1. *Fabius pariter in suos haud minus quam in hostes intentus.* Terent. Heaut. 1, 1, 80. *quem* (filium) *pariter uti his decuit aut etiam amplius.* Cic. Orat. 12, 38. *ut pariter extrema terminentur eumdemque referant in cadendo sonum.* de Fin. 1, 20, 67. *et laetamur amicorum laetitia aeque atque nostra et pariter dolemus angoribus.* de Am. 14, 56. *ut nostra in amicos benevolentia illorum erga nos benevolentiae pariter aequaliterque respondeat.* Gernhardus haec distinguit subtiliter, quae videntur

copiosae orationi convenire. Quintil. 9, 3, 102. *quis ferat contrapositis et pariter cadentibus et consimilibus irascentem?* 5, 7, 5. *quum specialiter quidem, sed tamen multos pariter invadere patroni solent.* Lucan. 2, 92. *pariterque iacentes ignovere diis.*

Cic. de Off. 2, 8, 30. *ea non pariter omnes egemus.*

Senec. Epist. 5, 6. *quomodo ista tam diversa pariter sunt? — Sic ista, quae tam similia sunt, pariter incedunt.* Sed Quintil. 1, 1, 14. *non longe itaque latina subsequi debent, et cito pariter ire.* i. e. *gleichen Schritt gehen.*

Tacit. Ann. 1, 64. *cuncta pariter Romanis adversa.*

Senec. Herc. fur. 23. *pariterque natus astra promissa occupet.* i. e. non minori ortu. Propert. 3, 1, 5. *dicite, quo pariter carmen tenuastis in antro.*

Ovid. Trist. 4, 1, 9. *ferens pariter lentos ad pectora remos.* i. e. paribus intervallis. v. 13. *cantantis pariter, pariter data pensa trahentis fallitur ancillae — labor.*

6. Transfertur ad id, quod plures homines uno tempore et uno modo agunt. Res enim intelliguntur pares in tempore: opponuntur *alterna*. Hinc pro *una cum alio* dicitur. Cf. n. 3.

Cic. p. Fontei. 16, 36. *pugnat pariter pro salute M. Fonteii Narbonensis Colonia.* Virgil. Aen. 3, 560. *eripite, o socii, pariterque insurgite remis.* Senec. Epist. 37, 3. *interdum alternis imperantes, interdum pariter.* Plin. Hist. n. 11, 37, 51. *supercilia homini et pariter et alterne mobilia.* Varro de Re r. 3, 16, 9. *omnes ut in exercitu vivunt, atque alternis dormiunt, et opus faciunt pariter et ut colonias mittunt.* Caes. B. civ. 3, 52. *plura castella Pompeius pariter distinendae manus caussa tentaverat.* Herzogius *pariter* ad communem distinendae manus caussam, alii ad unum tempus, alii ad unum tentaminis modum referunt. Sed videtur Caesar haec addidisse, ut caussam exponeret, quapropter eodem tempore diversis locis pugnatum sit.

Iuris controversiam monstrat Quintil. verbis 7, 6, 2. *duo surripuerunt pariter decem millia.* Tacit. Ann. 2, 5. *legionesque et commeatus pariter vehi.*

Virgil. Aen. 10, 863. *Lausi dolorum ultor mecum eris, aut — occumbes pariter.* i. e. mecum una.

7. Herzogius in libro, quem modo nominavi, dicit, si recte eius verba percepi, ubi de duabus rebus uno tempore factis sermo sit, semper respici utriusque rei communem vim vel rationem. Atque id in natura particulae situm convenit cum antiquo usu: tamen ii, qui negant

pariter dici pro *simul*, non animadvertunt, quomodo alterna haec vocabula componantur. Cic. de Orat. 3, 8. 10. vd. p. 388. Quintil. 5, 13, 11. *plura simul invadimus, si aut tam infirma sunt, ut pariter impelli possint, aut tam molesta, ut pedem conferre cum singulis non expediat.* Nec desunt exempla, in quibus unitas temporis magis valet quam actionis. Duplici particula posita indicatur uno tempore res actas esse.

Sallust. Iug. 85, 20. *ne illi falsi sunt, qui diversissimas res pariter exspectant ignaviae voluptatem et praemia virtutis.* Stat. Silv. 1, 2, 36. *amplexu tandem satiare petito, contigit, et duras pariter reminiscere noctes.* Lucan. 3, 296. *acciperet felix ne non semel omnia Caesar, vincendum pariter Pharsalia praestitit orbem.* Stat. Silv. 2, 3, 31. *illa deam pariter surgens hostemque protervum vidit.* 2, 1, 171.

Boeth. de Consol. 11. *nostine igitur, inquit, omne quod est tam diu manere atque subsistere quam diu sit unum, sed interire atque dissolvi pariter atque unum esse desiterit.*

Plaut. Curc. 1, 1, 48. *amo pariter simul.* Florus 2, 17, 2. *post illa duo clarissima urbium incendia, late atque passim, nec per vices, sed simul pariter quasi unum undique bellum fuit.*

Plin. Epist. 8, 23, 8. *accedit lacrimis meis, quod absens et impendentis mali nescius pariter aegrum, pariter decessisse cognovi.* Ovid. Met. 8, 324. *hanc pariter vidit, pariter Calydonius heros optavit.* 11, 305. *videre hanc pariter, pariter traxere calorem.* 11, 442.

8. Cum verbis quibusdam componitur haec particula ita, ut una exsistat notio composita, veluti *pariter ire* Quintil. loco supra allato: *pariter ponere* i. e. *gleichsetzen.* Quintil. 9, 3, 97. *sola est in eo libro posita pariter inter figuras verborum exclamatio: pariter velle.* Sallust. Iug. 103, 6. *munificus nemo putabatur nisi pariter volens.* i. e. benevolus. *Pariter fieri* Terent. Eun. 1, 2, 12.

9. Etiam singulis partibus opponitur *pariter*, ut tota res intelligatur. Ita pro cunctis dicitur.

Quintil. 5, 13, 11. vd. n. 7. Claudian. de Nupt. Honor. 280. *quid numerem gentes atlanteosque recessus oceani? toto pariter dotabere mundo.* Eumen. Gratiar. Act. 10, 4. *tu nobis vitam pariter totam dedisti.*

Tacit. Ann. 1, 32. *quod neque disiecti, nil paucorum instinctu, sed pariter ardescerent, pariter silerent.*

10. Poetae recentiores ea ratione, qua aequalitatis nomina alia cum dativo componuntur, etiam *pariter* cum hoc casu coniungebant. Cum Barthio (Comment. in Claudian. p. 893., Bentleius (ad Cic. Tusc. 3, 18.) et Gesnerus eum pro ablativo accipiebant, quasi omissum esset *cum*. Inter prosaicos scriptores unum exemplum suppeditat Livius, sed haud scio an non dubium.

Statius Theb. 5, 121. *ulta manu thalamos pariterque epulata marito.* Claudian. de Raptu Pros. 1, 166. *quamvis nimio fervens eruberet aestu, scit nivibus servare fidem, pariterque favillis durescit glacies tanti secura vaporis.* i. e. simul cum favillis.

Liv. 38, 16, 10. *tamen tantum terroris omnibus — gentibus iniecerunt, ut quae adissent, quaeque non adissent, pariter ultimae propinquis imperio parerent.*

PARTIM.

Grammatici plurimi *partim* esse dicunt accusativum casum nominis, pro *partem*. Cf. Bremium ad Cornel. Att. 7, 2. Schneideri Gramm. Tom. 2. p. 211. Tamen nulla apparet caussa, quapropter non ad adverbiorum genus referamus, in quo *punctim*, *raptim*, *turmatim* sunt. Nimirum accusativa est forma, non ipse casus, neque satis certum videtur, an umquam antiquo tempore *partim* pro *partem* pronuntiatum sit (vid. Forbiger ad Lucret. 6, 58.), nec aliter dicitur *statim*, *coniunctim*, *furtim*. Significat autem *partem quamdam*, cui vel tota res, vel aliae partes opponi possunt. Duplex igitur constat ratio: nam aut rem dicimus fieri ex parte quadam, relictis reliquis partibus, *zum Theil*, aut partes rei unius diversae distinguuntur. Sed inter grammaticos erant qui opinarentur, *partim* ab antiquioribus scriptoribus tantum positum esse, ubi aut in altera sententiae parte iterum sequeretur, aut cogitatione substituendum esset, aut alio vocabulo simili exprimeretur. At in hac exemplorum paucitate ambigitur. Nam in Plauti comoediis bis legitur particula, sed non duplicata, in Terentii nusquam nisi in Hecyra bis duplicata. Prologum enim alterum non scripsit Terentius.

1. *Partim* igitur significat non totam esse rem, aut non omnes res unius generis, sed quasdam ex iis esse vel fieri. Una autem aliqua parte nominata, semper alias

partes relictas intelligi, per se patet. Saepe praemissa re universa adiiciuntur singulae eius partes, quae propria conditione insignes secernuntur, adiecto vocabulo *etiam*.

Cato de Re r. 6, 3. *circum coronas et circum vias ulmos serito et partim populos.* 5, 5. *bubulcis obsequitor partim, quo libentius boves curet:* ubi Gesnerus coniecit *praesertim.* Est autem *in aliquibus rebus.* Plaut. Pers. 3, 3, 29. *faceres, quod partim faciunt argentarii.* i. e. nonnulli. Pseud. 5, 1, 30. *plaudunt partim.* Cic. p. Rosc. Am. 45, 130. *nemo est qui nesciat, propter magnitudinem multos, partim imprudentē L. Sulla, commisisse.* Sed corruptum esse hunc locum demonstrarunt Garatonius et Buchnerus. Agrar. 2, 14, 36. *quae maiores in urbe partim periculi perfugia esse voluerunt.* Lucret. 3, 78. *intereunt partim statuarum et nominis ergo.* Sallust. Cat. 50, 1. *partim exquirebant duces multitudinum.* ubi Cort. Pompon. in Digest. 1, 2, 2, 27. Hygin. Fab. 121.

Cic. in Verr. 2, 65, 158. *accidit, ut eius in provincia statuae, in locis publicis positae, partim etiam in aedibus sacris, per vim — deicerentur.* de Div. 2, 9, 23.

Lucret. 5, 838. *orba pedum partim.* Quintil. Declam. 10, 17. *corpus caducum, fragile, terrenum —, partim aut doloribus afficit aut novissimis annis et senectate dissolvi.*

Gellius 2, 22. *partim autem sunt, qui pro octo duodecim faciant.*

De particula semel posita disseruerunt Lambin. ad Cic. in Verr. 2, 65. Bynkershoekius Praeterm. p. 46. Rupertus Ench. p. 232. Arntzen. ad Victor. de Vir. ill. 21, 3. Oudendorp. ad Hirt. B. afr. 29. ad Apulei. Met. 4. p. 287. 7. p. 469. 11. p. 802.

2. Vt pars quaedam alicuius rei significetur, *partim* componitur cum genitivo. Hic dicendi modus, in quo adverbium substantivi vice fungitur, antiquissimo tempore, et ut videtur, vulgari usu ita dilatabatur, ut adeo praepositiones praeponerentur. Quidam nomen per hyphen coniunxerunt, etiam praemissa praepositione. Gellius 10, 13. *Partim hominum venerunt plerumque dicitur, quod significat pars hominum venit, id est, quidam homines: nam partim hoc in loco adverbium est: neque in casus inclinatur, sicuti cum partim hominum dici potest, id est, cum quibusdam hominibus, et quasi cum quadam parte hominum. Ms Cato in oratione de re Flo-*

ria ita scripsit: Ibi pro scorto fuit, in cubiculum surrectitavit e convivio cum partim illorum iam saepe ad eumdem modum erat, Imperitiores autem cum parti legunt, tamquam declinatum sit, quasi vocabulum, non dictum quasi adverbium. Sed Q. Claudius in vicesimo primo annali insolentius paullo hac figura est ita usus: enim cum partim copiis hominum adolescentum placentem sibi. Itemque Claudii in vicesimo primo annali verba haec sunt: sed idcirco me fecisse, quod utrum negligentia partim magistratuum, an avaritia, an calamitate populi romani evenisse dicam nescio. Cicero hanc formam ad bipartitam orationem adhibuit, et nomen cum praepositione *ex* composuit, veluti *partim ex illis.* Cf. Gronov. Observ. 3, 2. Perizon. ad Sanctii Min. 4, 13. Ruhnken. ad Tercnt. Hec. Prol. 7. Eodem modo *paullatim* cum genitivo collocatur.

Calo apud Gellium 7, 3. *atque haud scio, an partim eorum fuerint, qui non nostrae contumeliae caussa id noluerint evenire.* Terent. Hec. Prol. alt. 6. *in his, quas primum Caecili didici novas, partim sum earum exactus, partim vix steti.* Cic. de Orat. 1, 31, 141. *sed caussarum, quae sint a communi quaestione seiunctae, partim in iudiciis versari, partim in deliberationibus.* 2, 22, 94. in Pis. 21, 48. de Orat. 2, 22, 94. de Off. 2, 21, 72. Liv. 26, 46, 8. *partim copiarum ad tumulum expugnandum misit, partim ipse ad urbem ducit.* Sed 23, 11, 11. *Bruttios Apulosque partim Samnitium ac Lucanorum defecisse ad Poenos.* In utroque loco restituit *partim* Gronovius ex antiquis libris. Cornel. Attic. 7, 2. Vid. Gronov. ad Terent. Hec. Prol. 2. 7.

Apulei. Apol. p. 310. (p. 518. Oud.) *ut audio partim Oeensium.* Sic scripserunt critici, quasi dici posset pro *audio e quibusdam Oeensium.* Excidisse videntur alia verba.

Cic. de Leg. 2, 17, 42. *partim ex illis distracti ac dissipati iacent.* Philipp. 8, 11, 32. *quum partim e nobis ita timidi sint, ut etc.* in Vatin. 7, 16.

3. Pacatus in Panegyr. Theodos. 21, 1. *quae in medio constituta et ad publicos usus facientia non partim, sed in commune conducunt.* Aut dictum est pro *privatim*, aut hoc vocabulum restituendum, quod Garatonius in loco Cic. p. Rosc. Am. 45, 130. revocari iussit.

4. Altera ratio est, qua alia aliis, tamquam partes unius rei aut res unius generis opponuntur. Ita fit, ut

articula bis pluriesve ponatur aut in altera sententia *lia, quaedam.*

Terent. Hec. 3, 3, 3. *partim quae perspexi his oculis, partim quae accepi auribus.* Cic. Acad. 2, 43, 134. *multa putat praeter virtutem homini partim cara esse, partim etiam necessaria.* de Div. 2, 55, 113. de Nat. d. 2, 39, 100. Caes. Bell. gall. 8, 5. Sueton. Aug. 49. *certum numerum partim in urbis, partim in sui custodiam allegit.*

Cic. Tusc. 1, 28, 69. (videmus) *multitudinem pecudum partim ad vescendum, partim ad cultus agrorum, partim ad vehendum, partim ad corpora vestienda.* de Leg. 1, 8, 25. de Inv. 1, 26, 37. Liv. 42, 41, 2.

Praecedit *quaedam.* Cic. de Off. 1, 45, 159. *sunt enim quaedam partim ita foeda, partim ita flagitiosa, ut* etc.

Additur in altera parte sententiae *etiam* Cic. in Catil. 2, 10, 21. p. Cluent. 32, 88. de Rep. 6, 19. in Pis. 21, 48. Quintil. 12, 11, 14.

Cic. de Amic. 13, 45. *quibusdam — placuisse opinor mirabilia quaedam — : partim fugiendas esse nimias amicitias —. Alios autem dicere aiunt multo etiam inhumanius* etc. ubi Gernhard. Sallust. Iug. 21, 2. *semisomnos partim, alios arma sumentes fugant funduntque.* 13, 2. 38, 3. Cornel. Pelop. 1, 4. *alterius factionis principes partim interfecerant, alios in exsilium eiecerant.* Gellius 13, 29. 2, 22. Gronov. ad 3, 2. Oudendorp. ad Apulei. Tom. 2. p. 47. Kritz. ad Sallust. Iug. 38, 3. 83, 3.

Cic. de Nat. d. 1, 37, 103. *bestiarum autem terrenae sunt aliae, partim aquatiles, aliae quasi ancipites, in utraque sede viventes.*

Cic. de Div. 1, 42, 93. *multa inusitata partim ex coelo, alia ex terra oriebantur, quaedam etiam ex hominum pecudumve conceptu et satu.*

Hirt. B. afr. 62. *militibus passim in litore vagantibus, partim in oppidum progressis.* Apulei. Met. 9. p. 211. (viam) *partim stagnanti palude fluidam et alibi subluvie coenosa lubricam.* Flor. 14. p. 350. *haec — partim quum audiret a Diogene Crates, alias sibimet ipse suggereret* etc.

5. Reisigius in Gramm. p. 422. docuit, per duplex *partim* secerni ipsas res diversas vel diverso tempore actas, nec dici posse: *silentium partim dolore partim verecundia obtinuit,* si intelliganlur caussae silentii non diverso tempore discretae: ideoque auctorem orationis pro Marcello ab initio sē praebuisse linguae latinae igna-

rum. Quid vero, si Terentius eadem ratione scripsit? Hecyr. 1, 2, 92. *hic animus partim uxoris misericordia devinctus, partim victus huius iniuria.* Nec video, quo ab his differant verba Cic. p. Marc. 1, 1. *diuturni silentii — non timore aliquo, sed partim dolore, partim verecundia finem hodiernus dies attulit.* Nam misericordiae et iniuriae, doloris et verecundiae communis erat effectus.

6. Ad tempus refertur *partim* apud recentissimi temporis scriptores pro *modo — modo* dictum. Sequitur *nonnumquam.*

Scribon. Compos. med. 53. *quum dolor urgebit, varis scalpendus est, partim collutione quorumdam, partim commanducatione, nonnumquam suffitione aut impositione aliquorum.*

*) De compendio *ptim* non uno modo accepto Garaton. ad Cic. p. Rosc. Am. 45. Schwarz. ad Plin. Paneg. 84, 2.

PARVM.

Originem vocabuli *parum* grammatici fere omnes in commutato vocabulo graeco παῦρον invenisse sibi visi sunt, quod alii in *paulum* transiisse dicunt. Vnius generis sunt vocabula *parus* (parum), *par*, *pars*, (nam par est altera pars unius rei) *parvus*, *paullum*, παῦρον, omnia ex *par* nata. Qua re *parum* proprie significat aliquam tantum partem, non totum. Priscianus de neutris, quae pro adverbiis accipiantur, agens 15. p. 1013. *nimium quoque pro nimis frequenter invenimus et parum pro parvum.* Sed haec extrema nisi ita intellexit, ut *parum* diceret aeque ac *parvum* esse neutrum, scribere debebat, *parvum pro parum*, ut indicaret interdum etiam neutrum pro adverbio accipi. Nam quod addit locum Lucani 5, 742. spectat ad vocabulum *nimium.* De adiectivo *parus* vide Ruddimann. Tom. 1. p. 124.

Vt tamen defenderent opinionem, qua *parum* esse neutrum vocabuli *parvus* statuerunt, viri docti monstrare conati sunt, pro *paullum*, *non multum* dici. Attamen exempla, quae nuperrime Doederlinus! Synon. T. 1. p. 146. et Tom. 3. p. 313. et Kritzius ad Sallust. Iug. 85. attulerunt, si recte perpendimus, nihil erit, quod ab antiqua doctrina nos revocet. Atque video mecum etiam sen-

ire Madvigium ad Cic. de Fin. p. 781. Ille vero cum Kritzio etates distinguit usus, qui unus per omnia tempora uit.

1. *Parum* enim numquam simpliciter significat non nultum, parvum (*wenig*), sed eadem ratione, qua *ninium* dicitur, aut id significat, quod admodum parvum st (*gar wenig, nur wenig*), aut id, quod non satis, sed imis exiguum est (*zu wenig*). Accedit ad graecum ὀλίγος. Ipsum vocabulum *satis* ex adverso ponitur, et *ninium*. Quae Herzogius ad Sallust. Cat. 22, 4. de subectiva et negativa natura particulae disputat, equidem ion assequor, nisi ille hoc voluit, *parum* referri ad opiionem hominum, *non satis* ad mensuram rei, quae dsit. Sed discrimen in eo situm est, quod *non satis* ignificat *non tam magnum, ut sufficiat*, *parum* autem *liquantum abest, quin iustum vel plenum sit:* nam nensura in re ipsa vel in opinione et exspectatione de ea oncepta cernitur, quae vocabulo *satis* ad aliam rem reertur. Quae sententia non refellitur iis exemplis, in uibus ratio adiectis nominibus explicatur, veluti apud allust. Cat. 22, 4. *nobis ea res pro magnitudine parum comperta est.* Saepe enim fit, ut haec particula inlicemus exspectationem rei non esse expletam.

Plaut. Bacch. 4, 9, 68. nic. *Fuge litteras minutas.* cm. *Qui quidem videat parum: verum qui satis videat, grandes satis sunt.* Epid. 5, 1, 28. *satin' ego oculis utilitatem obtineo sincere, an parum?* Pers. 4, 4, 2. Cic. p. Marc. 8, 25. de Fin. 5, 27, 81.

Cic. de Off. 1, 25, 89. *mediocritatem illam tenebit, quae est inter nimium et parum.* 2, 13, 45. *altera pars sceleris nimium habuit, altera felicitatis parum.* Orat. 22, 73. Liv. 38, 17, 14.

Loci, in quibus simpliciter pro *non multum* dictum esse putant, hi sunt. Plaut. Cas. 2, 5, 42. *tace parum.* Sed scribendum esse *sed tace parumper*, iam Camerarius vidit. Cic. Tusc. 5, 14, 41. *sine metu is habendus est, non qui parum metuit, sed qui omnino metu vacat.* At ex optimis libris Klotzius recepit *parva.* Sallust. Iug. 85, 31. *non sunt compesita verba mea: param id facio: ipsa se virtus satis ostendit.* Sed ipsum illud *satis*, quod opponitur, indicat, a Mario admodum parvam adhiberi curam verbis. Cic. apud Priscian. p. 1214. *non enim facile valenti populo resistitur, si aut nihil impertias iuris, aut parum.* Redde *oder nur sehr wenig.* Quo modo locus de Fin. 5, 30, 91. emendandus sit, vide apud Madvigium. Vellei. Pat. 2, 7, 4. *rei tantae parum ad notitiam pertinens interponetur.* redde *gar*

esset toga eam cingi. 31, 1, 1. Ovid. Her. 3, 25. *non repetisse parum est.* 9, 47. Fast. 2, 413. Alia vide apud Burmann. ad Antholog. F. 2. p. 532.

5. Nec praetermittenda est structura verborum, in qua post *parum est* additur exceptio per *ni*, *nisi* vel *nisi etiam* expressa ita, ut adscendat oratio ad id, quod nimium sit.

Plaut. Merc. 4, 2, 1. *parumne est malae rei, quod amat Demipho, ni sumptuosus insuper etiam siet?* Terent. Phorm. 3, 3, 13. *parumne est, quod omnibus nunc nobis succenset senex, ni instigemus etiam, ut nullus locus relinquatur preci?*

Liv. 6, 40, 18. *parum est, si, cuius pars tua nulla adhuc fuit, in partem eius venis, nisi partem petendo totum traxeris?*

Cic. p. Rosc. Am. 17, 49. *id erit ei maxime fraudi, ut parum miseriae sit, quod aliis coluit, non sibi, nisi etiam quod omnino coluit, crimini fuerit.* in Verr. 5, 60, 157. Liv. 38, 54, 9. *parum enim fuisse non laudare pro rostris P. Africanum post mortem, nisi etiam accusaretur.* Lactant. 7, 3, 9. *hoc parum est, si membris suis non parcit deus, nisi etiam homini liceat aliquid in dei corpus.* 3, 8, 31. *scientia parum est ad bonum suscipiendum, — nisi accedat et virtus.*

Liv. 42, 4, 6. *templum augustissimum regionis eius, quod non Pyrrhus, non Hannibal violassent, violare parum habuisse, nisi detexisset foede ac prope diruisset.* Vellei. Pat. 2, 76, 4. *qui natus obscurissimis initiis parum habebat summa accepisse, — nisi in id ascendisset, e quo infra se et Caesarem videret et rempublicam.*

Per se apparet, quomodo ab his distent Plauti Pers. 4, 4, 11. *haec nisi inde aberunt, centuplex murus rebus servandis parum est.*

6. Quum id, quod parum est, non multum absit, quin omnino non sit, saepe particula ita se habet, ut pro negatione graviori accipi possit.

Plaut. Curc. 2, 3, 38. *perii, prospicio parum.* i. e. *ich sehe gar nicht.* Cic. de Inv. 1, 47, 88. *saepe obscurius positum vitium pro vero probatur, quum aut parum memineris, quid concesseris, aut ambiguum aliquid pro certo concesseris.*

Quintil. 9, 4, 40. *littera — etiamsi scribitur, tamen parum exprimitur.* i. e. *wird gar nicht ausgesprochen.*

Horat. Carm. 1, 12, 59. *tu parum castis inimica mittes fulmina lucis.*

7. Hinc etiam componuntur vocabula *parum multi*, *parum magnum*.

Cic. p. Planc. 7, 18. *si parum multi sunt, qui subtilitatem ament.* 39, 72. *mihi ad defendendum Plancium parum multae, parum iustae necessitudines erant familiaritatis, vicinitatis?* Rhetor. ad Herenn. 1, 1, 1. Quintil. 6, 2, 8. 10, 1, 124. Plin. Hist. n. 35, 6, 29. Cic. Phil. 1, 15, 36. *iudicia populi romani parum magna videbantur?*

8. Grammatici docuerunt, sicuti adverbia ex adiectivis nata *tantum, plurimum*, ita etiam *parum* cum nominibus ea ratione, qua modum significant, componi, atque graecismum appellarunt. Guilielm. Quaest. Plaut. in Bacch. c. 3. Acidal. in Plauti Pseud. Divin. p. 4. Duker. ad Liv. 1, 16, 8. Parei Lexic. p. 890. Lechneri Hellenolex. p. 879. Herzog. ad Sallust. Cat. 52, 4. Sed ne exemplis, quae afferuntur, nihil comprobari videatur, seiungere oportet vera a falsis. Recte nim *parum* addi potest sententiae, ut exprimat *paro modo, in zu (gar) geringer Weise.*

Plaut. Bacch. 3, 6, 41. *porgis parum mihi fidem arbitrarier.* Ita habent codices. Terent. Phorm. 5, 8, 27. *itan' parum mihi fidem esse apud te?* Eun. 1, 2, 117. *forsan parum hic habeat mihi fidem.* Vtroque in loco critici scripserunt *parum fidem.* Cic. Somn. Scip. 2. *quaeso, inquit, ne [illegible]sempe excitetis et parum rebus visum.* Quam variis coniecturis viri docti hunc locum restituere conati sint, vide apud Mosserum. p. Marcel. 8, 26. *parumne igitur, inquies, gloriam magnam relinquemus?* Haec quomodo defendi possint, non expono: nam *parum* ad *magnam* vocabulum postpositum referri nequit, nec facile hoc transponi. Additum videtur *magnam* a librariis. Scripsit enim orator: *parumne igitur, inquies, gloriam relinquemus?* In Excerpt. Controv. Senecae rhet. 4. procem. *quia parum in illis habuerit fiduciam.* Editiones habent *fiduciae.* Apulei. Florid. 3, 16. *parum pretium accipit, qui rogatur.* Ita codices.

9. Cum negativis vocabulis *haud* et *non* coniungitur *parum*, ut per litotem exprimatur magnitudo rei aut mediocris. Quo modo id cum voc. *haud* conveniat, expositum est in ipso hoc vocabulo. Exempla plurima praebet Livius. Rarius additur *non*, Contrarium est *non minium.*

Liv. 1, 30, 6. *Sabini haud parum memores.* 21, 26, 4. *haud parum callide auram favoris popularis et dictatoriae invidiae petiit.* 27, 20, 3. *consilio in cetera exsequenda belli haud parum opportuni.* 36, 19, 7. *sine ullo haud parum audacis incepti effectu.*

Cornel. Attic. 13, 6. *quum — non parum liberaliter domum suam omnium ordinum homines invitarat.* Rhet. ad Herenn. 1, 1, 1. *non enim parum in se fructus habet copia dicendi — si recte intelligentia — gubernetur.* Cic. p. Quint. 8, 11. *nam neque parum facetus scurra Sex. Naevius, neque humanus praeco ei umquam existimandus.* Decet enim scurram facetum esse.

10. Quomodo *parum* cum *etiam* coniungatur, ex ante dictis cognosci potest. Additur etiam *adeo.*

Claudian. in Ruf. 1, 288. *mors adeone parum?*

11. De verbis *parum abest quin* multum est inter viros doctos disputatum. Nam quum Nizolius in Thesauro Ciceron. s. v. *abnum* attulisset verba *parum abfuit quin occideretur*, tamquam essent Ciceronis, tamen non adiecto nomine libri, in quo legerentur, Bangius in Observat. p. 1157. aliique grammatici, hunc usum ita stabiliverunt, ut nemo de eius integritate dubitaret. Vide Keri Select. Observ. s. v. *parum.* Wolfius autem in Museo Antiq. Vol. 1. p. 583, hanc rem in novam quaestionem vocavit, num in ullo veterum scriptorum libro ista formula exstaret et quomodo cum significatione voc. *parum* conveniret. Quae Ahlwardtus in Ephemerid. Lips. a. [illegible]09. No. 26. comparavit a *paullum abfuit quin* (Caes. Bell. civ. 2, 35. Suetou. Cal. 34. Ner. 28.) *haud multum abfuit* (Liv. 42, 44, 2.), nihil praestant ad usum verbi *parum* demonstrandum. Krebsius in Antibarb. p. 348. eum negat propterea, quod *parum* adverbium non possit cum verbo *abesse* coniungi, quippe quod modo neutrum alicuius nominis secum ferat. Nonne vero in verbis *parum prudentiae, parum facere, parum est*, nomen est? Sed in nova editione sui libri omisit hanc opinionem. Ex iis autem, quae apposui p. 897, ut indicarem *parum* etiam de re admodum parva dici, facile aliquis colliget, illam dictionem non prorsus abhorrere a natura huius particulae. Tamen veteres non ita loquuti sunt, sed *non multum, paullum abest quin.*

PARVMPER.

Paul. Diacon. Excerpt. ex Festi libr. *parumper significat paullisper, quasi perparvum, hoc est valde parvum: refertur autem ad tempus.* Iam Dacierus alii-

que docuerunt syllabam extremam esse Graecorum πέρ, atque *parumper* factum esse ex παῦρόν περ. Sed factum est ex *parum*, adiecta ea syllaba, quae cum graeco comparari quidem potest, non originis nomine coniungi. Nam alia est graecae praepositionis περί ratio ac latinae *per*. Tamen nihil efficiunt illi grammatici, qui praefixam particulam non idem significare dicunt, quod *per* in verbis *parumper*, *paullisper*, *aliquantisper*, *semper*, *nuper* adiectum. Vbique enim augmentum affert, respondens germanico *gar*. Hinc fit, ut *parumper* de tempore dictum proprie significet *gar kurze Zeit*. Nam non aliis nominibus adiungitur *per*, nisi quae temporis notionem habent. Conf. Tom. 1. p. 252.

1. Vna igitur est significatio parvi temporis, ut sit *per admodum breve tempus*, *in breve tempus*. Nonius 4, 385. *parumper*, *ut saepe*, *interim et parvo tempore*. Paulus Diaconus, ut diximus, idem putat esse quod *paullisper*. Sed cum Dumesnilo Ernestius in Synonym. Tom. 3. p. 64. per *paullisper* brevius tempus indicari existimat quam per *parumper*: quod non est verum. Doederlinus Synon. Tom. 1. p. 145. statuit hoc discrimen: *parumper* esse in parvum tempus, sive in breve tempus, *paullisper* per breve tempus, sive in brevi tempore: illud de re semel conficienda, hoc de actione vel conditione continua dici, interdum tamen *paullisper* pro *parumper* poni, non hoc pro illo: praesertim autem ea, quae animo agantur, per *parumper* significari, quae corporis sint actiones, per *paullisper*. Quibus in omnibus non video, quae valeat, rationem: nec exempla monstrant, *parumper* tantum de re incipienda dici, aut verba morandi, perdurandi semper cum *paullisper* componi. Tenenda enim est primaria notio. *Parum* indicat tempus admodum breve, *eine gar (ganz) kurze Zeit*, *ein klein wenig*, *paullisper* tantum breve tempus, non ob exiguitatem notandum: quamquam hoc discrimen vulgari orationis usu tollitur. Cicero quod dixit *Crassus conticuit parumper*, a Livii verbis (30, 30, 2.) *paullisper — prope attoniti conticuere* non alio modo differt, quam quod Crassus perexiguo tempore conticuit: *nur wenige Augenblicke*. Nam nos Germani distinguere solemus *nur eine kurze Zeit* respicientes brevitatem temporis, quod est *parumper*, et *eine kurze Zeit* de re per aliquod tempus agenda, quod est *paullisper*. Gernhardus ad Cic. Lael. 1, 5. „*parumper* reditum cogitare iubet ad id, unde

deflexeris, quum *paullisper* nihil praeter temporis particulam significat."

Plaut. Amph. 1, 1, 233. *induciae parumper fiant, si quid vis loqui.* 2, 2, 8. *cui voluptas parumper data est.* Aul. 2, 2, 22. *da mihi operam parumper.* Curc. 2, 3, 78. *tace parumper.* Bacch. 4, 6, 24. Most. 3, 1, 1. Truc. 2, 3, 5. Terent. Phorm. 3, 2, 1. Andr. 4, 2, 31. Cic. de Orat. 3, 35, 143. *haec quum Crassus dixisset, parumper et ipse conticuit et ceteris silentium fuit.* de Div. 1, 22, 47. Liv. 31, 39, 13. *pulsatio scutorum parumper succedentes Romanos tenuit.* Quintil. 6, 2, 34. *assumamus parumper illum dolorem.*

Sequitur *mox* (Cic. de Divin. l. l.), *deinde* (Liv. l. l. Suetos. Galb. 19.). Et proprie dicitur de digressione orationis. Cic. Brut. 93, 322. Orat. 31, 112.

Ramshornius, qui in Ephemerid. lit. ienens. a. 1829. n. 231. Doederlini expositionem reiecerat Ernestianam collaudans, in Etymolog. Tom. 2. p. 337. redit fere ad eam causeam, quam ego declaravi.

Vsus huius particulae non admodum frequens est: Caesar eam nusquam dixit, nec Plinius in Epistolis et in Panegyrico.

2. Quae quum ita sint, inveniuntur loci, in quibus hoc vocabulo non tam brevitas temporis exigua, quam aliqua temporis pars non magna indicatur, ubi Germani dicunt *eine Weile, eine Zeitlang.*

Cic. de Am. 1, 3. *tu velim a me animum parumper avertas, Laelium loqui ipsum putes.* ad Att. 9, 4. *abduco parumper animum a molestiis.* Liv. 3, 58, 3. *avertcrent ab ira parumper ad cognitionem cogitationemque animos.* 40, 32, 3. *Celtiberi parumper incertis animis fluctuati sunt.* 45, 12, 6. *obstupefactus tam violento imperio parumper quum haesitasset — inquit —.* Curt. 8, 14, 13. *Macedonas — ipsius regis adspectus parumper inhibuit.* 10, 4, 2. 10, 9, 14. Quintil. 2, 4, 1. Stat. Theb. 12, 35. *lusit Fortuna parumper.*

3. Additur temporis definitio per particulam *dum.*

Plaut. Amph. 2, 8, 7. *ipsa de me scio, cui voluptas parumper datast, dum viri mei mihi potestas videndi fuit noctem unam modo.* Terent. Andr. 4, 2, 31. *dum exeo, parumper operire hic.* Liv. 4, 32, 10. Sueton. Ner. 48.

4. Quod admodum brevi tempore fit, videri solet non magna opera et cito fieri. Hinc facile poterat *parumper* a Nonio accipi pro *cito et velociter.* Attulit enim, ut id demonstraret, Virgilii et Ennii locos. Veteres scri-

ptores numquam discesserunt a propria significatione vocabuli: an recentissimi scriptores, non negaverim.

Sueton. Vesp. 6. *et tunc quidem compressa res est revocatis ad officium numeris parumper.* ubi extremum vocabulum utrum ad rem compressam, an ad revocatos numeros referri debeat, dubitari potest. Sed intelligimus *certe in breve tempus, wenigstens auf eine Weile.* Flor. 1, 13, 1. *rapidissimus procurrentis imperii cursus parumper Gallorum Senonum incursione supprimitur.*

Ennius Ann. 1. apud Nonium 4, 385. *te nunc sancta precor, Venus, et genitrix patri' nostri, ut me de coelo visas cognata parumper.* Idem eodem: *endotuetur ubi lupu' femina conspirit omnis in campo, celeri passu permensa parumper, coniicit in silvam sese.* In his non aliter quam in ceteris breve tempus intelligitur.

Virgil. Aen. 6, 382. *his dictis curae emotae pulsusque parumper corde dolor tristi: gaudet cognomine terra.* Wagnerus cum Doederlino explicant: paullo post rediturus dolor. Servius: *id est paullatim laetari coepit: spem enim solum non praesens acceperat beneficium: unde bene dictum est, quasi ab eo magna moderatione dolor recessit. Alii parumper valde parum volunt.* Equidem refero ad ea, quae n. 2. proposui.

PASSIM.

Vocula *pa* quid significet, diximus p. 383. Ex ea factum est *pado* sive *pando:* unde *pansum* vel *passum*, quod in adverbio *passim* dicebatur leniori vocali. *Passum* autem id est, quod non cohibitum, non in unum collectum, sed dispersum, distractum est.

Ratio significationis duplex est. Nam aut ii dicuntur, qui separati discedunt, nec una agunt idem, aut ii, qui in diversis locis versantur, neque in unum collecti agunt. Illud ad res, hoc ad locum pertinet. In Plauti comoediis semel, in Terentii numquam legitur haec particula.

Isidori Etymol. *passim, leviter, promiscue, ubique, vulgo, sine ordine, sparsim.* Papias Vocabul. *passim, vulgo, promiscue, inordinate, disperse, ubique, permixte.*

1. Dicitur *passim* igitur de iis, qui nullo ordine eunt vel procedunt, sed distracti. Proprie de agmine non ordinatim aut pilatim incedente, de qua re vide

Servium ad Virgil. Aen. 12, 121. Schulting. et Burmann. ad Quintil. Declam. 4, 13.

Brutus ad Cic. 11, 13, 4. *bidno me Antonius antecessit, itinera multa maiora fugiens, quam ego sequens. Ille enim it passim, ego ordinatim.* Asellio Histor. apud Servium l. l. *quartum signum accedebat, sive pilatim, sive passim item foeni volebat.* Caes. B. civ. 2, 38. *Numidae enim quadam barbara consuetudine nullis ordinibus passim consederant.*

Virgil. Aen. 4, 162. *Tyrii comites passim et troiana iuventus — diversos per agros tecta metu petiere.* Stat. Theb. 11, 739. *eunt taciti passim.*

2. De rebus sparsis et in multis locis, non in uno loco certo, positis, sed undique colligendis aut quaquaversum motis et distractis. *Passales oves et gallinae appellantur, quod passim pascuntur.* Festus. Gloss. *passim, σποράδην.* Vide Burmann. ad Lotich. p. 691. ad Antholog. Tom. 1. p. 385.

Plaut. Trin. 4, 1, 13. *absque foret te, sat scio in alto distraxissent dique tulissent satellites tui miserum foede bonaque item omnia una mecum passim caeruleos per campos.*

Cic. de Orat. 1, 42, 191. *interea tamen, dum haec, quae dispersa sunt, coguntur, vel passim licet carpentem et colligentem undique repleri insta iuris civilis scientia.* Virgil. Aen. 2, 364. *plurima perque vias sternuntur inertia passim corpora.* Aen. 3, 510. *passim in litore sicco corpora curamus.* Tacit. Agr. 37. *passim arma et corpora et laceri artus.* Pacat. Paneg. 36. *prona supinaque corpora passim vel in acervo iacere.* Apulei. Met. 6. p. 173. *cuncta passim iacentia et incuria confusa.* 8. p. 210, 3. *passim prostrati solo.*

Cic. p. Sulla 15, 42. *tabulas non occultavi, non continui domi, sed describi ab omnibus statim librariis, dividi passim et pervulgari atque edi populo romano imperavi.* Liv. 1, 28, 9. *ut igitur paullo ante animum inter Fidenatem Romanamque rem anceps gessisti, ita iam corpus passim distrahendum dabis.*

3. Itaque fit, ut proprie componatur cum verbis currendi, vagandi, volandi, adiectis saepe nominibus *totum, omnes:* hoc est: *nach allen Seiten hin.* Pricae. ad Apulei Met. p. 260. et p. 673.

Cic. de Div. 2, 38, 80. *quae est igitur natura, quae volucres huc et illuc passim vagantes efficiat.* de Orat. 2, 6, 22. *volucres videmus — quum aliquid effecerint, levandi laboris sui causa, passim se libere solutae opere volitare.* p. Rosc. Am. 46, 135.

ipse vero quemadmodum composito et delibuto capillo passim per forum volitet cum magna caterva togatorum, videtis. Persius 3, 61. *an passim sequeris corvos testaque lutoque.*

Cic. p. Font. 11, 23. *hi contra vagantur laeti atque erecti passim toto foro.* Virgil. Aen. 6, 887. *sic tota passim regione vagantur.* Senec. de Benef. 4, 6, 5. Liv. 40, 33, 7. *sparsi enim toto passim campo se diffuderunt.* ubi Drakenborch. Lucret. 5, 922. *in magnis bacchatur montibu' passim.* Liv. 41, 3, 7. 30, 5, 7. Phaedr. 5, 1, 3. *ut mos est vulgi, passim et certatim ruunt.* ubi Burmann. Alia apud Arntzen. ad Aurel. Vict. p. 383. Liv. 2, 23, 8. *multis passim agminibus per omnes vias cum clamore in forum curritur.* 40, 32, 6. *qui supererant in omnes passim partes capessunt fugam.* 21, 28, 4.

De fluminibus vage fluentibus Sil. Ital. 7, 139. Petron. 122. Vide Drakenborch. ad Silii locum. Virgil. Ge. 1, 132. *passim rivis currentia vina repressit.*

4. Recentiori aetate extendebatur vocabuli significatio, ut non multum differret ab *ubique*. Recte redditur *weit und breit, aller Orten.*

Liv. 2, 45, 11. *passim omnes clamoribus agunt.* 22, 12, 8. *pabulum et ligna nec pauci petebant, nec passim.* Quintil. 4, 1, 70. *non tamen haec, quia possunt bene aliquando fieri, passim facienda sunt.* 12, 10, 13. *passim, qui oderant, qui invidebant — non responsurum invaserunt.* 6, 3, 4. — *ut quo sunt magis vulgaria, eo sit credibilius illa ab oratore non ficta, sed passim esse iactata.* i. e. vulgo.

Quintil. 5, 10, 21. *non omne argumentum undique venit ideoque non passim quaerendum est.* Plin. Hist. nat. 26, 12, 77. *passim et in quacumque parte maxima incommoda nascuntur.*

5. Quae ubique quasi pervagando, nec certo in loco fiunt, saepe sine ratione, nec cum consilio aguntur: quare *passim* poetae et scriptores recentiores dicunt de rebus temere et sine ratione factis. Germani *ohne weiteres, so geradehin, aufs Gerathewohl.* Vide Wassium ad Sallust. Iug. 21. p. 283. Broukhus. ad Tibull. 2, 3, 41. Bünemann. ad Lactant. 3, 95.

Quintil. 8, 5, 7. *in hoc genere custodiendum est — ne* (sententiae) *crebrae sint, ne palam falsae, — an passim et a quocumque dicantur.* 7, 10, 6. *nisi forte satis erit dividendi peritus, qui controversiam in haec diduxerit —, deinde quum fuerit de prima quaestione dicendum, passim et ut quidque in mentem ve-*

nisi, miscuerit. Quintil. Declam. 4, 13. *ista crudis passim fartilioque disposita?* i. e. non ordine.

Tibull. 2, 3, 41. (69.) *glans alnit veteres, et passim semper amarunt.* i. e. non certo amoris foedere. Plin. Hist. n. 5, 8, 8. *Garamantes matrimoniorum exsortes passim cum feminis degunt.*

Lactant. 5, 9, 5. *ego hunc puto non invenientem, quod responderet, effudisse hoc passim, ne taceret.* de Ira 10, 27 ubi *ratio et consilio* opponitur.

6. Eadem est caussa, quapropter interdum res ita dicuntur promiscuae.

Iustin. 43, 1, 4. *ob cuius exempli memoriam cautum est, ut Saturnalibus, exaequato omnium iure, passim in conviciis servi cum dominis verumbarent.* Horat. Epist. 2, 1, 117. *scribimus indocti doctique poemata passim.* Schmidius reddit überall, ohne Unterschied. Sunt vero docti cum indoctis mixti.

*) Commutabantur *passim* et *sparsim*. Burmann. ad Claudian. Bell. Gild. 136.

PAVLLATIM.

1. *Paullatim*, ex *paulla* formatum, dicitur de re, quae non tota simul, sed aut in tempore sensim, aut per partes, aut etiam leniter accrescendo vel decrescendo fit. Germanice *allmälig*, *nach und nach*. Transfertur hoc ad eas maxime res, quarum forma accrescere aut decrescere videtur.

Plaut. Merc. 2, 3, 68. *labefacto paullatim.* Terent. Ad. 5, 6, 10. *paullatim plebem primulum faci- meam.* Coel. ad Cic. 8, 17, 1. *cuius amicitia me paullatim in hanc perditam caussam imposuit.* Caes. B. gall. 1, 33. *paullatim autem Germanos consuescere Rhenum transire.* Saepe utitur hoc vocabulo Virgilius. Lucret. 1, 190. 2, 827.

Tacit. Ann. 2, 10. *paullatim inde ad iurgia prolapsi.* 1, 2. *insurgere paullatim.* Quintil. 1, 2, 1. Sueton. Aug. 31. 71.

Sallust. Cat. 51, 30. *ubi paullatim licentia crevit.* i. e. sensim. Quintil. 10, 6, 3. *assumendus usus paullatim, ut pauca primum complectamur animo.* 12, 10, 16. *paullatim sermone graeco in proximas Asiae civitates influente.*

Caes. B. gall. 2, 8. *collis, — leniter fastigatus paullatim ad planitiem redibat.* 3, 19. *locus erat castrorum editus et paullatim ab imo acclivis.*

Liv. 2, 5, 4. *insulam inde paullatim et aliis, quae fert tenera flumen, eodem invectis factam.* Columell. 6, 30, 1. *cui potio danda est ac deinde paullatim eiusmodi cibi subtrahendi immistis ordeo furfuribus, dum consuescat faba et puro ordeo ali.* Gellius 12, 1. *vigor ille maternae flagrantiae sensim et paullatim extinguitur.*

2. De rebus, quae per partes fiunt, aut partim consumuntur. De quo usu Dukerus in Opuscul. var. p. 383. dubitavit. Neque aliter boni scriptores loquuti sunt, nisi ut partes per temporis intervalla dividi viderentur.

Caes. B. gall. 8, 15. *barbari — quum dimicare non recusarent — paullatimque copias distributas dimittere non auderent, — in acie permanserunt.* 4, 31. *rursus coniuratione facta, paullatim ex castris discedere — coeperunt.* 2, 26. Quintil. 5, 7, 29. *paullatim et ut dicitur pedetentim interrogando experietur animum eius et ad id responsum — per gradus ducet.*

Caes. B. gall. 7, 71. *frumentum parce et paullatim metiri instituit.* i. e. per partes sive per intervalla temporis.

Horat. Epist. 2, 1, 45. *caudae pilos ut equinae paullatim vello et demo unum, demo etiam unum.*

Paulus in Digest. 49, 14, 47, 1. *Aemilius Ptolemaeus conduxerat a fisco possessionem eamque paullatim pluribus locaverat maiore quantitate quam ipse susceperat.*

3. Sicuti *partim* cum genitivo componi p. 394. demonstravimus, ita in uno Catoniani libri de Re rust. loco c. 74. dictum est: *farinam in mortarium indito, aquae paullatim addito subigitoque pulcre.* Erant qui *aquam* scribendum censerent.

4. Deminutivam formam *paullulatim* apud recentissimos scriptores reperimus.

Apulei. Met. 2. p. 121, 35. *priusquam totum exsorberem, clementer invadit, ac relictum paullulatim labellis minuens magis respiciens sorbillat.* 5. p. 167, 26.

*) *Paullatim* et *paullum* confusa notavit Oudendorp. ad Caes. B. gall. 4, 33.

PAVLLISPER.

Ne repetam, quae de *aliquantisper* et *parumper* exposui, etiam *paullisper* tantum de tempore admodum brevi dicitur et cum verbis coniungi solet. Est igitur

per breve tempus, *eine kleine Weile*, quamquam saepe brevitatis notione non adstricta, id quod *eine Weile*. „Errant qui *paullisper* usurpant pro *parum* sive *paullum*.“ Hekelius ad Popmae libr. de Different. p. 55. edit. Richt.

Pomp. Dorat. apud Nonium 11, 20. s. v. *aliquantisper*: *pecum exorare te, ut recedas a me paullisper modo, quantisper satis habes.* Plaut. Amph. 2, 2, 64. *paullisper mane.* Rud. 2, 7, 32. *si invitare nos paullisper pergeret, ibidem obdormissemus.* Terent. Ad. 3, 3, 23. *congrum istum maxumum in aqua simile lutere paullisper.* Cic. in Verr. 4, 18, 39. *abesse a domo paullisper maluit quam praesens illud optime factum argentum amittere.* de Leg. 1, 13, 39. *ab omni societate reipublicae — paullisper facessant.* in Pis. 6, 13. ad Fam. 3, 12, 3. Sallust. Iug. 56, 6. *milites iugurthini paullisper a rege sustentati.* Virgil. Aen. 5, 846. *ipse ego paullisper pro te tua munera inibo.* Ovid. Trist. 2, 557.

Plaut. Bacch. 3, 3, 12. *paullisper, Lyde, est libido homini me animo obsequi.* Pseud. 1, 1, 36. *quasi solstitialis herba paullisper fui.* Sueton. Caes. 8. Additur temporis definitio per *dum* et *donec*. Plaut. Rud. 4, 3, 97. *paullisper remitte restem, dum concedo et consulo.* Mil. 2, 2, 41. Cic. p. Mil. 10, 28. Liv. 28, 26, 15. *sedit paullisper, donec nuntiatum est* etc.

Sequitur *mox*. Liv. 39, 2, 4. *altitudine paullisper se tutati, mox in deditionem concesserunt.*

PAVLLO. PAVLVM.

Nomen *paullus* ex eo fonte prodiit, in quo *parum, parvum, paucum* orta esse videmus. Syllabae *pa* adiecta est terminatio deminutiva, ut fieret *pa-ulum*. Ne quis tamen obiiciat, litteram *u* non esse terminationis, sed primitivam, sicuti in *paucum, pauper*, idque probari per antiquam formam, quae exstat apud Catonem de Re rust. 10, 2. 21, 3 *polulum*, monendum est, vocabulum vulgari pronuntiatione esse mutatum, atque vocales *a* et *au* commutari, sicuti *catus* et *cautus* cognata sunt, nec reprehendi poterit is, qui dicat fuisse nomen *pau-ulum*, quocum παῦρον componi possit.

Significat *paullum* rem non magnam, exiguam: cuius adiectivi accusativus et ablativus transierunt in

usum adverbialem non mutata sua significatione, sed ita inter se differentes, ut *paullum* fere semper cum verbis coniungeretur, exceptis quibusdam poetarum exemplis, in quibus cum adiectivis est coniunctum.

De scriptura exstat grammaticorum dissensus, utrum duplex littera *l* exprimenda sit, an simplex. Terent. Scaurus Orthograph. p. 2256. *sine dubio peccant, qui paulum et paululum per unum l scribunt, quum alioqui prima positio eius duplici hac littera enuncietur, ut pollum et pollulum.* Munutius affert lapides, Cellarius inscriptiones, quae apud Gruterum p. 769. 9. leguntur, comparans *caussa*. At Vel. Longus p. 2238. *quia pullum per duo l scribimus, observaverunt quidam, ut paullum repetito eodem elemento scriberent, quod mihi non videtur, quoniam enuntiari nullo modo potest, et non est necesse id scribere, quod in verbo non sonet. Hic autem in longitudine syllabae antecedentis huic litterae obstatur. Est enim quam Graeci dicunt δίφθογγος, iuxta quam omnino geminari consonans non potest.* Idem docuit Priscianus 3. p. 614. caussam in diphthongo quaerens. Scaliger de Caussis l. l. 1, 27. argumentum petit e graeco *καῦσον*, et exstant etiam in inscriptionibus exempla. Monum. Ancyr. tab. 3. Schneiderus in Gramm. l. p. 418. non recte percepisse videtur grammaticorum verba, quae modo attuli. Nam Velius Longus ait simile vocabulum *pullum* a grammaticis quibusdam in comparationem esse adhibitum: Terentius Scaurus autem demonstrat utrique syllabae vocabuli *paullum* propriam esse *l* litteram, nam pronuntiari *pol-lum, pol-lulum*. Nec inscriptiones testimonium exhibent certum, quippe quae maiori littera L exprimant duplicem. Antiquior quidem usus duplicabat litteram.

1. Componitur *paullo* cum adiectivis et adverbiis, sed raro cum positivis; saepissime cum comparativis. In Plauti comoediis non alia nomina, nisi adverbia, cum *paullo* coniuncta leguntur. Interdum post suum nomen adverbium collocatur.

Terent. Heaut. 1, 2, 31. *paullo qui est homo tolerabilis.* Cic. ad Att. 8, 12. *quare nunc saltem ad illos calculos revertamur, quos tum abiecimus, ut non solum gloriosis consiliis utamur, sed etiam paullo salubribus.* In illo loco positivum interpretes dictum putant pro comparativo, in hoc scripserunt *salubrioribus* sine iusta caussa. Lambinus defendit.

Cic. ad Att. 2, 12. *luculentus homo est et civis haud paullo melior quam isti.* 1, 13. *neque Epiroticis paullo liberiores litteras committere audeo.* Caes. B. gall. 4, 3. *ad litterum partem*

succedunt Vbii, quorum fuit civitas ampla atque florens — a paullo sunt eiusdem generis ceteris humaniores. Ita scribendum mihi videtur.

Cic. p. Flacco 28, 68. *expensum est auri pondo centum paullo minus.* Plin. Hist. n. 7, 2, 2. *graviore paullo odore haud difficulter exanimari.* 11, 43, 105. *minores paullo.*

Plaut. Men. 4, 3, 7. *tibi dedi equidem illam — paullo prius.* Cist. 2, 3, 4. Pseud. 3, 2, 106. Cic. in Verr. Act. 1, 5, 14. *paullo magis affabre atque antique artificio factus.* de Orat. 3, 30, 119. *paullo secus a me atque ab illo partita.* Caes. B. civ. 3, 66. *Caesar paullo ultra eum locum castra transtulit.* 3, 46.

Cic. de Orat. 2, 21, 88. *verbis — paullo nimium redundantibus non sum aspernatus.* Plin. Hist. n. 18, 28, 68. *paullo mox decebimus.* Vide an recte critici existiment Hirtium B. afr. 21. scripsisse *paullo prope cum numerum.*

Terent. Heaut. 2, 1, 8. *ubi adhibit plus paullo.* Cic. Orat. 24, 82. *hoc ornamento liberius paullo quam ceteris utetur hic summissus.* Caes. B. gall. 1, 54. *maturius paullo, quam tempus anni postulabat.*

2. Proprie componitur cum adverbiis *ante, post.* Spatium, quo tempora distant, vel exiguum vel maius est. Vd. Herzog. ad Sallust. Cat. 50, 3.

Cic. de Amic. 21, 77. *paullo ante dixi.* in Verr. 4, 3, 6. *plane paullo ante vidimus.* Partit. orat. 39, 137. Sueton. Caes. 21.

Charisius p. 191. *Afranius in Emancipato: paullo prius hinc abiit. Nos paullo ante dicimus.*

Plaut. Pseud. 1, 3, 146. *paullo post magis.* Cic. de Off. 2, 16, 57. *paullo post L. Crassus — aedilitate functus est.* Sueton. Aug. 94. Vid. Oudend. ad Caes. B. gall. 7, 45.

Sallust. Cat. 18, 3. *post paullo Catilina — prohibitus est consulatum petere.* Iug. 106, 3. Cat. 51, 34. Caes. B. civ. 1, 29. Liv. 22, 60, 16. Herzogius ad Sallust. Cat. 51, 34. Priscian. 18. p. 1191. diversam vim tribuit huic verborum ordini, quasi *paullo post* brevitatem temporis indicaret, *post paullo* significaret rem iterum factam. Quae omni iusta ratione carent.

3. Cum verbis particula coniungi potest non aliter, quam ut per se modulum indicet, significans *um ein weniges.*

Caes. B. gall. 6, 27. *magnitudine paullo antecedunt.* Catull. 68, 131. *aut nihil aut paullo quoi tum concedere digna.*

4. *Paullo minus* apud seriores scriptores est graecum ὀλίγου δεῖν, propemodum, pene, fere.

Sueton. Tiber. 39. *quod paullo minus utrumque evenit.*

Sueton. Ner. 40. *talem principem paullo minus quatuordecim annos perpessus terrarum orbis tandem destituit.* Plin. Pan. 28, 4. *paullo minus, P. C., quinque milia ingenuorum fuerunt:* ubi Schwarz. Epist. 7, 24, 1.

Addite *quam* Sueton. 26. *paullo minus quam privatum egit.*

5. *Paullum* accusativum quum raro invenissent apud antiquos scriptores cum adverbiis coniunctum, grammatici negarunt universum usum. Sed Priscianus 18. p. 1191. *Attici dicunt ὀλίγον πρότερον καὶ ὀλίγῳ πρότερον: nos quoque ante paullum et paullo ante: quomodo et post paullum et paullo post.* Vide Tom. 1. p. 374. Atque cum verbis coniungitur sive tempus significantibus, sive modum. Comparativis poetae etiam hanc particulam adiecerunt, et ex reliquis una exstat formula *paullum ante.* In libris scriptis commutata saepe videmus *paullo* et *paullum.* vd. Oudend. ad Suet. Aug. 93, ad Caes. b. gall. 7, 45.

Plin. Hist. n. 14, 8, 10. *uvae paullum ante maturitatem decerptae.* Cic. in Arat. de Nat. d. 2, 43, 111. *alter paullum praelabitur ante.*

Cic. Brut. 24, 92. *aetate paullum his antecedens.* p. Rosc. Com. 10, 28. *quoniam ille hic constitit paullisper, mihi quoque necesse est paullum commorari.* de Orat. 1, 62, 265. *nunc et Scaevola — paullum requiesceret, dum se calor frangat.* de Off. 1, 40, 145. *in fidibus aut in tibiis, quamvis paullum discrepent, tamen id a sciente animadverti solet.* 2, 18, 64. Parad. 3. extr. Plin. Hist. 5, 26, 21. *paullum differens.* 27, 3, 2. *radix incurvatur paullum scorpionum modo.* Curt. 8, 6, 19. *cultus habitusque paullum a privato abhorrens.* 4, 2, 21. Alia Cortius ad Plin. Ep. 7, 27, 9.

Cornel. Ham. 1, 4. *si paullum modo res essent refectae.* sicuti dicitur *tantum modo.*

Formula *paullum abest* exstat apud Plin. Hist. n. 7, 2, 2. *quod paullum a mendendo abest.* Sueton. Ner. 28. *Actea libertam paullum abfuit, quin iusto matrimonio sibi coniungeret.*

Silius 15, 21. *haud paullum mortali maior imago.* Stat. Theb. 10, 938. *paullum si tardius artus cessissent.*

6. E nomine, quod ipsum deminutivam habeat formam, deminutivum fieri, non abhorret ab usu linguae. Priscianus ut hoc demonstret, p. 614. affert *homullulus.*

Addi possunt *pauxillulus. bellulus.* Dicitur autem *paullulum* deminutivum, ut fieri solet in sermonibus vitae communis, saepe a comicis, praesertim a Terentio. In libris scriptis quum interdum *paullum* et *paullulum* commutata essent, critici (Drakenb. ad Liv. 36, 9, 8.) quaesiverunt, num deminutiva forma cum historicae et philosophicae dictionis dignitate conveniret. Vid. Mutzel. ad Curt. 8, 17. p. 80. Vbi vero rei natura ita loqui iubet, non laeditur dignitas: quamvis in plurimis locis iudicium incertum sit.

Plaut. As. 5, 2, 75. *abscede ergo paullulum istuc.* Terent. Andr. 3, 5, 16. *sine paullulum ad me redeam.* Eun. 5, 2, 51. Heaut. 5, 1, 26. Cic. p. Quint. 16, 53. *respirasset cupiditas atque avaritia paullulum.* Caes. B. gall. 2, 8. *collis — paullulum ex planitie editus.* 4, 24. *paullulum in aquam progressi.* Curt. 4, 15, 26. *vidisse se crediderunt paullulum super caput regis placide volantem aquilam.* 7, 7, 15. Liv. 2, 4, 7. Sallust. apud Gell. 10, 26. *earum aliae paullulum progressae nimio simul et incerto onere — deprimebantur.* Gell. 12, 1.

Caes. B. gall. 7, 50. *ita pugnans post paullulum concidit.* Quintil. 8, 3, 25. *quo sunt usi paullulum tempore nostro superiores.*

7. Ex his apparet, quomodo *paullulum* accedat ad nomina temporis. Sed ipsum recentiore tempore pro *paullisper* dictum est.

Sueton. Aug. 26. *die kal. ianuarii quum mane pro aede Capitolini Iovis paullulum curuli sella praesedisset, honore abiit.* Tacit. Ann. 15, 59. *paullulum in publico versatus, post domi secretus.*

8. *Paullulo* cum comparativo afferunt ex Lucceii epistola ad Cic. 5, 14, 1. *valeo, sicut soleo: paullulo tamen etiam deterius quam soleo.* Sed antiquae editiones habent *paullo.*

*) Veteres codices *paullum* saepius referre quam *paullulum* observant Cortius ad Plin. Epist. 7, 27, 9. et Heusingerus Emendat. p. 56.

PEDETENTIM.

Priscianus p. 1005. *derivata adverbia — vel a nomine et verbo, ut a pede et tendo pedetentim.* Cledonius p. 1989. *pedetentim: hic pes, tentum teneo: ergo pe-*

'em teneo, si dicas. Augustin. de Gramm. p. 2010. *de-*
rehenduntur ex utroque, ut pedetentim a pede et ten-
o, id est, a nomine simul et verbo. Donat. ad Te-
ent. Phorm. 3, 3, 19. *caute, a pedibus, et tentando.*
Quo modo veteres grammatici ad verbum *tentare* re-
pexerint, exputare non possum. Propius erat vocabu-
im *tendere,* quod substruens Doederlinus Etymol.
. 3. p. 94. significationem statuit hanc: pedibus ten-
ere ad scopum: in qua nullum apparet lenti progres-
us indicium: nam pedibus non semper lente procedi-
nus. Iam Gerh. Vossius in Gramm. p. 159. scripserat:
edetentim quasi pedem tendendo. Sed illam etymo-
ogiam a grammaticis veteribus institutam comprobave-
unt etiam ii, qui *pedetemptim* scripserunt, quod in co-
icibus saepe legitur. Vide Bentlei. ad Terent. Phorm.
, 3, 19. Legitur etiam *pedetemtim.* At haec ex falsa
loctrina profecta imitari non decet.

Originem suam ipsum vocabulum prae se fert. Est
nim *pedem tenere*, quod significat recto gradu pro-
edere. Neque igitur de iis dicitur, qui priusquam pe-
lem ponant, solum tentant, sicuti in tenebris aut in
nolli solo facere solemus: quae est Forcellini et Klotzii
ententia: sed qui pedem tenent, aequali et lento gradu
rocedunt. Hoc dicimus *Schritt vor Schritt.* Compa-
ari possunt *oculos tenere*, et ad rem quod attinet, *cur-*
um, viam tenere.

1. Dicitur *pedetentim* de aequo ac lento gradu, et de
is, quae sedato nisu aut sensim fiunt. Quare interdum
um *sensim, gradatim* coniungitur et properando oppo-
itur.

Cato apud Charis. 2. p. 190. *eam ego viam pedetentim tentabam.* Pacuvius apud Cic. Tusc. 2, 21, 48. *pedetentim — et sedato nisu!* Caelius apud Nonium 1, 119. *ipse cum ceteris copia pedetentim sequitur.* Liv. 21, 28, 12. de elephantis: *excidere etiam saevientes quidam in flumen, sed pondere ipso stabiles, deiectis rectoribus, quaerendis pedetentim vadis, in terram evasere.

Lucilius apud Charis. l. l. *pedetentim eum revalutem.* Cic. de Inv. 1, 17, 24. *quum iam mitior factus erit auditor, ingredi pedetentim in defensionem.* Rhetor. ad Heren. 1, 6, 9. *deinde ad nostram causam pedetentim accedemus.*

Plaut. Mil. 4, 2, 32. *properando exercior.* PA. *Pedetentim.*

Lucil. apud Nonium 1, 119. *ille contra omnia inter plures sensim et pedetentim feris, ne quem laedat.* Cic. de Off. 1, 33,

120. *sensim erit pedetentimque facienda.* Tusc. 3, 22, 54. *sensim enim et pedetentim progrediens extenuatur dolor.*

Cic. ad. Fam. 9, 14, 14. *legi enim concionem tuam: nihil illa sapientius: ita pedetentim et gradatim tum accessus a te ad causam facti, tum recessus.*

2. Nonius 50, 119. *pedetentim et pedepressim dictum est caute, quasi lenta et tarda itione.* Quae enim caute et timide fiunt, comparari possunt cum lento, non accelerato ingressu. Quare coniungitur *pedetentim* cum nominibus *caute* et *timide.* Manet tamen metaphora ab incedendo translata.

Terent. Phorm. 3, 3, 19. *di bene vertant, quod agas: pedetentim tamen.* Cic. Verr. 1. Act. 7, 18. *quae tamen a me pedetentim cauteque dicentur.* p. Cluent. 42, 118. *a me tamen — omnia caute pedetentimque dicentur.* ad Att. 16, 14.

Cic. p. Quint. 16, 51. *viri boni, quum palam fraudantur, quum experiundi potestas non est, timide tamen et pedetentim istuc descendunt.*

3. Novam formam comparativi legimus apud M. Aurel. in Fronton. Epist. 3, 2. *non propterea quod rectius esse arbitrabar, pedetentius tibi consulam.*

PENE.

In origine vocabuli *pene* constituenda grammatici operam suam perdidisse videntur. Nam quum cognovissent *penitus*, *penes*, *penetrare* eiusdem esse generis, non habebant, quo haec verba communi significatione consociarent, sed quum antiquo scribendi usui diphthongum in *paene* vindicassent, nullum apparebat fundamentum, quod apte substrueretur. Doederlinus enim in Etymol. Tom. 6. p. 252. *paene* sive *pene*, inquit, est a παρά, uti *superne* a *super.* Lippertus ad Caes. B. gall. p. 611. composita putat fragmenta *pa* et *en* (i. e. in) et *e.* Quae omnia incredibilia sunt.

De forma Manutius in Orthogr. p. 85. „*paene* pro *fere* cum *ae* et sine accentu: libri veteres et lapides omnes.“ Sed libri qualem auctoritatem in hac re habeant, satis constat, nec in multis lapidibus legitur haec particula. Dausquius p. 227. praeter codicem pandectarum florentinum affert vetus epigramma, quod apud

Gruterum n. 655, 1. exstat: *docta erodita paene musarum manu*, non absurdam existimans eam sententiam, qua alii graecum κοινῇ expressum putaverant. Ipse Manutius in libris antiquis etiam *paenitus* invenit, et in lapide illo voc. *erodita* manum prodit scalptoris ineruditi. Ii vero, qui cum Reisigio in Grammat. p. 283. ambiguitatem obscoenam removendam esse censebant scriptura, non respexerunt ad adiectivum *penitus*. Scilicet cautio librariorum erat nimis pudicorum, antiquam pronuntiationem non attingens. Quae est etiam Godofr. Hermanni sententia in Ephemerid. liter. lipsiens. a. 1827. n. 100. p. 798. Moserus quae ad Cic. Rep. 2, 20. p. 264. affert, nihil efficiunt. Vocabula *pene*, *penes*, *penitus* unius sunt familiae atque unius formae, et vocalis longa in *pene* aut in productis vocabulis *penes* et *penitus* est brevis facta, aut brevis vocalis in contracto vocabulo *pene* est producta: quod utrumque similibus exemplis potest confirmari.

1. *Pene* non modo non significat idem quod *prope*, sed nisi contrarium, tamen prorsus diversam habet significationem, nec potest per *beinahe* reddi. Nam *prope* rem designat, quae non longe abest ab alia re, *pene* autem rem, quae ad aliam ita accessit, ut cum ea coire atque in ea recipi videatur. Itaque particula additur nominibus, ut res aut in se comprehendatur absoluta et plena, aut ita, ut pro tota re accipi possit, neque intelligimus eum, qui ita loquitur, definiendo tantum accedere ad rem, sed totam et summam rem enuntiare, quum id, quod rei desit, tam exiguum aut tam simile videatur, ut nullam habeat rationem. Res igitur in se spectatur, et tota pro non plena accipitur, absoluta pro ea, quae non sit absoluta. Is enim, qui dicit *pene omnes*, audet omnes dicere, qui fortasse non sunt omnes, et quum verba *prope dicam* pronuntiet is, qui dubitat dicere, verbis *pene dicam* profitetur, se audere ita dicere. Germani non habent vocabulum, quod exacte respondeat: tamen in reddendo latino adhiberi possunt vocabula *so gut wie*, *geradehin*, *ganz gleich*, ut sint *pene omnes*, *so gut wie alle*. Erant qui compararent graecum ὀλίγου δεῖν, quod minorem habet vim.

Plancus ad Cic. 10, 23, 2. *confiterer imprudentia me lapsum, si umquam Lepido ex animo credidissem. Credulitas enim error est magis quam culpa, et quidem in optimi cuiusque mentem fa-*

cillime irrepit. Sed ego non hoc vitio pene sum deceptus. Absurda est sententia, nisi reddis *ich bin nicht geradehin* berichtworden. Cic. de Orat. 2, 78, 318. *ita et momenti aliquid afferat, quum erunt pene ex intima defensione deprompta, et appareat, ea non modo non esse communia, nec in alias caussas posse transferri, sed penitus ex ea caussa, quae tum agatur, effloruisse.* 1, 21, 96.

Haec si critici reputassent, non in mutando loco Vellei operam perdidissent. Ille 2, 39. *eius* (Caesaris) *ductu auspiciisque infractae pene idem, quod totus terrarum orbis, ingratum contulerunt stipendium.* i. e. *geradehin dasselbe.*

Herzogius ad Caes. B. gall. 3, 18. negat esse discrimen inter *prope* et *pene*, nisi *prope* ad externas res sensu percipiendas, *pene* ad notiones intellectus referendum sit, atque existimat localem rationem transferri ad indicium, ab incerto accedens ad certum. Ramshornius Synon. Tom. 2. p. 421. accessionem intelligit ad plenam rei conditionem. Alii significari dicunt prope, propemodum, fere. Lippertus ad Caes. Bell. gall. p. 611. de motione dici putat, qua aliquid ad aliquem finem tendat, tamen non attingat eum in propinquitate. Hermannus in Vigeri libro n. 155. „pene est id quod Graeci dicunt ὀλίγου δεῖν, *prope* autem et *propemodum* id, quod nos dicimus *siemlich* i. e. quasi satis.“ Recte sensit Hocheder ad Horatii Art. 245. dicens, per particulam *pene* amplificari, non restringi notionem, quae adiungitur. Wolfius quum ad Cic. Tusc. 1, 11, 22. scriberet: *pene decem hanc nie über zehn seyn:* respexit ad certam definitionem.

2. Coniungitur *pene* cum nominibus omnis generis et interdum post suum vocabulum, praesertim recentiore usu collocatur, quamquam Madvigius ad libr. de Fin. p. 11. negat a Cicerone umquam post vocem primariam positum esse, immemor loci de Leg. 2, 2, 4. quare et in libro de Sen. 14, 49. et de Fin. 1, 2, 4. cum antecedente vocabulo est coniungendum. Scriptores, imprimis comici, saepe ita loquuntur cum hyperbolica vi orationis, ut sit *minimum abest quin.* Etsi saepe reddi potest per *fast ganz*, tamen in his quoque intelligitur *bis auf eine Kleinigkeit ganz, so gut wie:* et ubi *pene totum* dicitur (Curt. 4, 4, 20.), minimum abesse putabimus, quin res tota sit.

Plaut. Capt. Prol. 61. *nam hoc pene iniquum est comico choragio conari de subito nos agere tragoediam.* Caes. B. gall. 1, 38. *flumen Dubis, ut circino circumductum, pene totum oppidum cingit.* i. e. dici potest totum oppidum: nam *reliquum spatium,*

qua flumen intermittit, mens continet. Terent. Phorm. 5, 8, 14. *pene plus quam sat erat.* Quintil. 7, 1, 2. *patronus omnia pene ante ius posuerit.* Ita recte codices: editiones *omnia vel pene omnia.* 12, 11, 24. *quam multa, pene omnia tradidit Varro.* Critici si vim particulae reputassent, non inseruissent *immo.* 6, 4, 4. *oratio — quaestionem finitionis, actionis plerumque satis explicat et omnia pene, in quibus de facto constat.* i. e. *geradehin alles.*

Liv. 7, 32, 8. *qui* (populus romanus) *triumphos pene plures quam annos ab urbe condita numeret.* 21, 40, 7. *quum plures pene perierint quam supersunt.* Scripserunt critici *plane, foede:* sed illud, quod desiderabant, expressum est vocabulo *pene.* Duae exercitus partes erant amissae. Nemo frequentius hoc vocabulo utitur quam Ammianus Marcellinus. cf. Tom. 2. p. 5.

Caes. B. gall. 2, 24. *legiones premi et pene circumventas teneri.* 7, 20. *exercitum victorem fame pene consumptum videtis.*

Cic. de Orat. 3, 53, 202. *rerum, quae gerantur, sub adspectum pene subiectio.* p. Sext. 43, 93. *duo illa reipublicae pene fata.* de Off. 1, 35, 128. *nec vero audiendi sunt Cynici aut si qui fuerunt Stoici pene Cynici.* i. e. qui sunt Cynici, sed se nominant Stoicos. Ovid. Her. 16, 361. *pene puer vario certamine vici.* ex Ponto 4, 12, 20. Caes. B. gall. 1, 11. *ita se omni tempore de populo romano meritos esse, ut pene in conspectu exercitus nostri agri vastari — non debuerint.* Cic. de Leg. 2, 2, 4. *gaudeo igitur me incunabula pene mea tibi ostendisse.* i. e. *ich kann sagen Geburtsstätte.* Somn. Scip. 2.

Terent. Ad. 2, 4, 8. *hoc mihi dolet, nos pene sero scisse et pene in eum locum redisse, ut, si omnes cuperent, nil tibi possent auxiliarier.* i. e. *geradehin zu spät.* Quintil. 11, 1, 69. *utitur hac moderatione Cicero pro Coelio contra Atratinum, ut cum non inimice corripere, sed pene patrie monere videretur.* i. e. dici potest patrie monere. 12, 1, 10. *in oratione si species intueri velis, totidem pene reperias ingeniorum, quot corporum, formas.* Varro de Re r. 3, 16, 2. *quum interea nihilo minus pene quotidie in convivio omnibus darem mulsum.*

Apulei. Met. 10. p. 211. Prie. *nam quod nemo novit, pene non fit.* i. e. *das ist so gut wie nicht geschehen.* Quintil. 4, 5, 4. *pene excidit mihi.* i. e. haud multum aberat, quin exciderit.

Terent. Andr. 5, 1, 3. *dum studeo obsequi tibi, pene illusi vitam filiae.* Cic. Phil. 2, 39, 100. *quemadmodum illinc abieris, vel potius pene non abieris, scimus: cui tu urbi miseriaris. Vtinam conere, ut aliquando illud pene tollatur.* i. e. ut te arripiant et iudicium exerceant. Ovid. Her. 18, 179.

Plaut. Bacch. 4, 9, 26. *ille* (Ulysses) *mendicans pene inventus interiit.* 4, 2, 4. *fores pene effregisti.* Amph. 4, 2, 6. Truc. 2, 6, 37. *qui me interfecisti pene et vita et lumine.* Terent. Phorm. 5, 6, 30. *itaque pene hercle exclamavi gaudio.* Heaut. 4, 6, 10. *quam pene tua me perdidit protervitas.*

Stat. Theb. 6, 384. *os fletu pene inviolabile tinctus.* i. e. non multum aberat, quin fieret. Ammian. Marc. 29, 5, 15. *cursus cervice humi pene affixus.*

Wolfius in censura orationum Ciceronis, non perspecta particulae vi, haud semel iniuriam fecit oratori. Post redit. 7, 17. *quia suam classem attentatam magno cum periculo pene sensit.* Vocabulum *pene* non ad attentatam classem spectat, sed *pene sensit* est, in eo erat ut sentiret, *iam sensit.* Pro domo 11, 30. *ego vero neque me tum desertum puto, sed pene deditum.* Id quod Vrsinus substituit *plane*, expressum est vocabulo *pene.* 47, 123. *verbis non minus priscis et pene solemnibus.* Coniecerunt *non minus solemnibus, plane sol.* Sunt autem ipsa, quibus utuntur pontifices ad consecrandum, verba. Redde *geradehin.* 6, 14. *videte nunc, fuerintne partes meae pene praecipuae.* 57, 145. *in illo pene fato rei publicae.* Haec dicta sunt ut *pene Cynici.* de Harusp. resp. 19, 41. *effrenatus et pene demens.* Sine caussa requiritur *plane.* Vellei. Pat. 2, 39. *eius* (Caesaris) *ductu auspiciisque infractae pene* (Galliae) *idem, quod totus terrarum orbis, ingratum conferunt stipendium.* Scripserunt *infractae plane*, quasi pene non idem significaret. Equidem tamen coniungo *pene idem* et reddo *geradehin dasselbe, man kann sagen dasselbe.* Eodem modo paullo post *pene idem — contulit.*

Cic. de Orat. 1, 16, 70. *est enim finitimus oratori poeta, numeris adstrictior paullo, verborum autem licentia liberior, multis vero ornandi generibus socius et pene par: in hoc quidem certe prope idem, nullis ut terminis circumscribat aut definiat ius suum. Pene par* reddas *geradehin gleich, ganz gleich, prope* autem *beinahe.* 1, 28, 128. *in oratore autem acumen dialecticorum, sententiae philosophorum, verba prope poetarum, memoria iurisconsultorum, vox tragoedorum, gestus pene summorum actorum est requirendus.* Quis hic *pene* vertat per *beinahe?* 3, 8, 30.

Cic. p. Quint. 13, 44. *iam tu potes discedere liberatus molestia prope dicam non minore quam Quintius.* i. e. ne dicam. p. Rosc. com. 6, 16. *si qua sunt privata iudicia summae existimationis, et pene dicam capitis, tria haec sunt fiduciae, tutelae, societatis.* i. e. adeo dicam. ad Att. 5, 20. *Brutum abiectum, quantum potui, excitavi: quem non minus amo quam tu: pene dixi quam te.*

3. Oratio per gradationem procedit, interposita copulativa particula *et, ac.*

Curt. 3, 5, 4. *ingens sollicitudo et pene iam luctus in castris erat.* Quintil. 11, 1, 32. *in iuvenibus etiam uberiora paullo et pene periclitantia feruntur.* 8, 3, 12. Cic. de Rep. 1, 4. *non dubitaverim me gravissimis tempestatibus ac pene fulminibus ipsis obvium ferre.* ubi Heinrichius „*ac pene* idem quod et paene dicam: maius quid aut vehementius addit minori aut leniori." Quintil. 10, 1, 76. *quorum longe princeps Demosthenes ac pene lex orandi fuit.* 10, 1, 20.

4. *Pene etiam* et *pene* [illegible]*m* eadem ratione sunt noanda.

Cic. ad Fam. 1, 4, 2. *eo die acerbum habuimus Curionem, Bibulum multo iustiorem, pene etiam amicum.* Quintil. 11, 3, 143. *quo magis miror Plinii Secundi, docti hominis et in hoc itique libro pene etiam nimium curiosi, persuasionem.* 8, 6, 18.

Quintil. 9, 3, 4. *sunt quaedam figurae ita receptae, ut pene iam hoc ipsum nomen effugerint.* 8, 4, 29. *demus ergo breviter hoc desiderio iam pene publico, ne omittamus* etc.

5. *Non solum — sed pene etiam, non modo — ed pene* idem fere significant quod *non modo — sed deo.*

Caes. B. gall. 1, 20. *quibus opibus ac nervis non solum ad minuendam gratiam, sed pene ad perniciem suam uterctur.* 6, 11. *in Gallia non solum in omnibus civitatibus atque in omnibus pagis partibusque; sed pene etiam in singulis domibus factiones sunt.* i. e. quod summum est. Cic. de Leg. 3, 18, 40. *actor enim moderatur et fingit non modo mentem et voluntates, sed pene vultus eorum, apud quos agit.*

6. *Tam pene* est *so geradelin.*

Cic. de Fin. 1, 2, 4. *quis enim tam inimicus pene nomini romano est, qui Ennii Medeam — spernat.* Falsa est opinio Madvigii, qua *pene* cum *nomine romano* coniungit.

7. Priscianus 3. p. 608. *a pene autem adverbio superlativum in simus protulit Plautus in Mostellaria: itane meu consilia pervortit penissime?* Item 15. 1008. *Comicum est vocabulum significationis quoque, t sit prorsus.*

Plaut. Aul. 4, 6, 2. *ea sublevit os mihi penissume,* 3, 4, 7. *meus me intus gallus gallinaceus — perdidit penissume.* Librarii scripserunt *plenissume.* In Most. 3, 1, 127. vulgo legitur *ita*

mea consilia perturbat penissime: quod mutarunt critici in pernissume.

*) Commutata sunt *pene* et *prope*. vid. Drakenb. ad Liv. 21, 58, 8. Burmann. ad Sueton. Ner. 51. et *poena*. Kritz. ad Vellei. 2, 65, 4. et *bene*. Cic. ad Att. 15, 1.

PENES.

Veteres grammatici naturam vocabuli *penes* bene perspexerunt. Pauli Diac. excerpta ex Festi libro: *apud et penes in hoc differunt, quod alterum personam cum loco significat, alterum personam et dominium ac potestatem, quod trahitur a penitus.* Festus: *penetrale sacrificium dicitur, quod interiore parte sacrari conficitur: unde et penetralia cuiusque dicuntur, et penes nos, quod in potestate nostra est.* Opiniones Ioviani Pontani, qui *penes* a *pene*, i. e. cauda, derivat, Becmanni, qui ex hebraeo vocabulo ortum putat, vix operae pretium est memorare. Doederlinus quae Tom. 6. Synon. p. 262. scripsit verba, quum nec latine reddi, nec facile intelligi possint, ipsa apponam: „*penes nackter Stamm von* pendere *statt pened, wie praeses, tenus.*“ Illud vero fundamentum, quod in *pene* cognovimus, etiam praepositioni *penes* substructum est. Neque enim externam vicinitatem, sed internam quasi sedem et possessionem indicat: nam quod penes me est et in potestate mea, id internum quodammodo atque intimum est mihi. Diomedes 1. p. 403. Hinc Vlpian. in Digest. 50, 16, 63. *penes te amplius est quam apud te: nam apud te est, quod qualiter qualiter a te teneatur, penes te est, quod quodammodo possidetur.*

1. Tria sunt in hac praepositione, interdum post suum nomen posita, observanda. Primum enim ea tantum de quiete, non de motu dicitur: id quod Scaliger iam monuit de Caus. lat. ling. c. 153. p. 388. addens: itaque maxime substantivum verbum sibi vindicat. Praeter iuris scriptores recentiores nullum inveni locum, in quo non verbum *esse* aut verba *penes se habere, consistere, constare*, pro *esse*, legantur. Hoc argumentum critici adhibere debebant in iudicando loco Lucretii 2, 1009. Neque e Ciceronis verbis in Verr. 3, 78, 171. *quum*

mnis frumenti copia decumarum nomine penes istum esset redacta, colligi potest Ciceronem etiam dixisse *penes aliquem redigi*. *Consistere* dixit Rhetoricorum uctor, *constare* Caesar, sed in ambiguo loco.

2. Deinde *penes* non ad res collocatas refertur, sed licitur de personis, ut significet, aliquid in alicuius potestate et dominatu, sive etiam in possessione aut in administratione esse: veluti ubi sermo est de servis, qui n alicuius potestate sunt, aut de iis, qui in alicuius domo ersantur vel tenentur.

Plaut. Aul. 4, 4, 28. *perserutatus es tuo arbitratu, neque tui me quidquam inveniti penes.* Capt. 2, 1, 37. *id ubi iam penes sese habent, ex bonis pessumi et fraudulentissimi sunt.*

Plaut. Trin. 3, 3, 3. *honeste fieri forma non potest, ut eam perpetiar ire in matrimonium sine dote, quum eius rem penes me habeam domi.* 5, 2, 22. Truc. 4, 4, 5. Quintil. 9, 3, 89. *neminem alteri posse dare in matrimonium, nisi penes quem sit patrimonium.* i. e. qui possidet.

Plaut. Trin. 4, 1, 3. *quos penes mei potestas.* Cic. ad Fam. 4, 7, 7. *penes quem est potestas.* ad Att. 13, 19. Tacit. Ann. 11, 38. Cornel. Phoc. 2, 4. dixit *apud.* Plaut. Truc. 5, 9. *manus vetat, priusquam penes sese habeat, quidquam credere.* Vellei. P. 2, 63, 1. *quum summa virium penes eum foret.* Cic. Orat. 41, 142. *penes quos est* (eloquentia).

Terent. Ad. 3, 3, 34. *Ithaee iam penes vos psaltria est? sy. Ellam intus.* Caes. B. civ. 1, 76. *edicunt, penes quem quisque sit Caesaris miles, ut producatur.* Cic. p. Mil. 22, 60. *hi centum dies penes accusatorem quum fuissent, ab eo ipso accusatore producti sunt.* in Verr. 3, 78, 171. *quum omnis frumenti copia decumarum nomine penes istum esset redacta* etc. Iuris consulti dicunt *penes aliquem deponi.* Vlpian. in Dig. 13, 6, 5, 2. Paulus 16, 3, 29. Quare li errarunt, qui dicebant de deposito proprie dici *apud.* vid. Nolten. Lexic. antib. p. 840.

Tacit. Hist. 1, 57. *scires illum priore bidno non penes rempublicam fuisse.* Kiesslingius: „*penes* ad partes et factionem spectat.“ Potius exprimitur, exercitum non servisse reipublicae.

3. Sed dicitur etiam de iis, quibus aliquid proprium st, aut quibus aliquid competit, veluti commodum et ncommodum, virtus et culpa, ius et officium, laus et viperatio. Id bene cognoverat Laur. Valla Elegant. 6, 4. quem Alciatus reprehendere non debuit, Floridus de-

fendere non potuit. Vide Ducker. de Latin. Iur. p. 209. In quibusdam comparari potest graecum *ὑπάρχειν*.

Plaut. Amph. 2, 2, 21. *omnia adsunt bona, quem penes est virtus.* Terent. Hec. 4, 1, 20. *ego etiam illorum esse culpam hanc evedidi, quae te est penes.* Tacit. Ann. 4, 16. *pluresque eius rei causas afferebat: potissimam penes incuriam virorum feminarumque.* intellige culpam.

Cic. Brut. 74, 258. *cuius* (loquutionis latinae) *penes quos lex adhuc fuit, non fuit rationis.* Sallust. Iug. 31, 9.

Liv. 2, 24, 2. *patres militarent, patres arma caperent, ut penes eosdem pericula belli, penes quos praemia essent.* 3, 24, 9. *victoria certaminis penes tribunos fuit.* Sallust Iug. 41, 7. Caes. B. gall. 7, 21. *penes eos, si id oppidum retinuissent, summam victoriae constare intelligebant.* Sed admodum dubia videtur esse haec scriptura. Celsus qui reddidit *ἐν τούτῳ γὰρ σχεδὸν — κεῖσθαι* ante oculos habuit, quae in quibusdam codicibus leguntur, *pene in eo.* Certe voc. *eos* ad Bituriges, non ad *delecta millia hominum* referri necesse est.

Sallust. Iug. 31, 16. *beneficia vestra penes optimos, non audacissimos forent.*

Sallust. Iug. 17, 7. *fides eius rei penes auctores erit.* Senec. Quaest. nat. 4, 8, 1. Plin. Hist. n. 17, 12, 19.

Liv. 3, 53, 10. *iudicia penes vos erunt de capite nostro fortunisque.* Ovid. Fast. 1, 119. *me penes est unum vasti custodia mundi.*

Plaut. Poen. 5, 4, 15. *quem penes spes vitae sunt hominum omnium.* Truc. 1, 1, 4. *quam* (Venerem) *penes amantum summa summarum redit.*

4. Ex his, quae allata sunt, apparet *penes* proprie dici de iis, quae in animis hominum insunt, aut de interna rerum coniunctione. Quare propius accedit ad praepositionem *in*.

Tacit. Ann. 1, 44. *nec Caesar arcebat, quando nullo ipsius iussu penes eosdem saevitia facti et invidia erat.* Agr. 15. *plus impetus, maiorem constantiam penes miseros esse.*

5. Poetis licuit vocabulum, quod de hominibus dicebatur, ad res referre ab hominibus agendas. Id imitati sunt recentiores scriptores. Tacit. Ann. l. l. *incurium* dixit pro *incuriosis*, reprehensus ab Hillo, defensus a Buhlio, de Taciti stilo p. 54.

Horat. Art. p. 71. *si volet usus, quem penes arbitrium est et ius et norma loquendi.*

Rhetor. ad Heren. 4, 10, 14. *ita petulans es atque acer, ut te ad solarium quidem, ut mihi videtur, sed penes scenam et in eiusmodi locis exercitatus sis.* Iamdudum critici scripserunt *posit scenam.*

6. Etiamsi in quibusdam dictionibus *penes* cum *apud* commutari possit, manet tamen utriusque vocabuli proprietas, nec interpretes debebant haec confundere, ut fecit Heindorfius ad Horat. Sat. 2, 3, 272. Recentissimae demum aetatis scriptores usum depravarunt.

Cic. p. Mil. 22, 60. *hi centum dies penes accusatorem fuerunt, ab eo ipso accusatore producti sunt.* Ernestina explicat *er war Herr und Gebieter*, Ramshorn. *zu seiner Disposition.* Quidni intelligas domesticam custodiam?

Horat. Sat. 2, 3, 273. *penes te es?* Sed Terent. Heaut. 5, 1, 47. *prae iracundia — non sum apud me.* Illud est, tuane in potestate? hoc est, in me, ἐν ἐαυτῷ.

Lactant. 6, 2, 4. *quid claritatis apud deum, penes quem nulla nox est, esse arbitremur?*

Abhorret ab usu latino, quod Palmerius in Sallust. Cat. 27, 3. coniecit: *coniurationis principes convocat penes M. Porcium Leccam.*

PENITVS.

Si significationem vocabuli *pene* tenemus, eamque rationi, quae terminatione *itus* exprimitur, submittimus, etiam adverbium *penitus* quid sit, facile perspicimus. Accedit enim ad illam notionem id, quod motum, aut directionem significat ita, ut qualitas rerum dicatur aut alicunde provenire aut ad aliquid perduci. Nec impugnanda est sententia eorum, qui *penitus* ex *penes* ortum censebant, quippe quae omnia unius sint originis. Perfalsa autem est Boetticheri opinio, qui in Lexico Taciteo p. 547. ait. *penitus* ortum esse ex *pene* et *intus*. Quando haec particula in vulgarem usum venerit, non potest certo affirmari: nam apud Terentium nullum, apud Plautum unum exemplum reperitur a criticis in suspicionem vocatum.

1. Primum *penitus* significat *intus*, *ex imo* et transversa ratione *in imum*, *von innen aus* et *nach innen hin*. Opponitur enim id, quod in superficie et extra est, et dicitur de eo, quod vel ex intima parte alicuius rei aut loci prodit, vel in interiorem partem intrat.

Celsus 5, 26, 7. *interest, vulnus in summa parte sit an penitus penetraverit.* Lucil. Aetna 315. *his igitur caussis extra penitusque coactus exagitat ventus.* Manil. 4, 399. *penitusque deus, non fronte notandus.*

Cic. in Verr. 5, 27, 68. *totum est ex saxo in mirandam altitudinem depresso et multorum operis penitus excisо.* Curt. 5, 1, 29. *quo (limo) penitus ad fundamenta iacienda egesto.*

Verborum *penitus defossum* exempla vide n. 3.

2. Proprie usurpatur hoc vocabulum de terrarum locis interioribus, sive qui intus recedere videntur, ubi Germani dicunt *tief*, *tief hinein*.

Ovid. Met. 2, 178. *summo despexit ab aethere terras infelix Phaethon penitus penitusque iacentes.* Cornel. Alcib. 9, 1. *at Alcibiades — non satis tuta eadem loca sibi arbitratus, penitus in Thraciam se supra Propontidem abdidit.* Caes. B. gall. 6, 10. *Suevos — penitus ad extremos fines sese recepisse.* Tacit. Ann. 2, 56. *quo nostris provinciis late praetenta penitus ad Medos porrigitur.* Hist. 2, 12. Germ. 41. *non in ripa commercium, sed penitus.* Agr. 10. *mare — influere penitus.* i. e. *strömt tief in das Land hinein.* Walchius male: *überströme ganz.* Claudian. in Ruf. 1, 240. *penitus regione remotas impiger ire vias.*

3. Sed etiam de rebus in aliquo loco interiore positis vel reclusis dicitur, ut sit *in imo*, *in profundo*.

Attius apud Cic. de Off. 2, 2, 13. *argentum penitus abditum.* Virgil. Aen. 10, 526. *iacent penitus defossa talenta caelati argenti.* Curt. 7, 3, 10. Quae fortasse aliquis adhibebit ad defendenda verba Ciceronis de Leg. 2, 22, 57. *quod nunc communiter in omnibus sepultis penitus humati dicantur, id erat proprium tum in iis, quos humus iniecta integeret.* At de simplici nomine *humati* hic agitur, quod de omnibus sepultis usurpari solebat Ciceronis tempore: nec potest probari coniunctivus in verbo *dicantur*, ob insertum *ut* a glossatoribus substitutus. Legitur enim in codicibus a Lagomarsino collatis *ponitur ut humati dicantur.* Equidem puto Ciceronem scripsisse *quod — in omnibus sepultis ponitur* HVMATI, *id erat* etc.

Cic. Acad. 2, 39, 122. *rerum naturas persecare — possumus, ut videamus, terra penitusne defixa sit et quasi radicibus suis hae-*

reat. in Catil. 1, 13, 31. *periculum — erit inclusum penitus in venis atque in visceribus reipublicae.* Pollio ad Cic. 10, 32, 7. *penitus in Lusitania legiones in hibernis collocaram.* Virgil, Ge. 2, 290. *altior ac penitus terrae defigitur arbos.* Aen. 6, 679.

4. Omnes hae rationes per metaphoram referuntur ad res non in locis quidem sitas vel reclusas, sed quibus sunt interiores partes.

Cic. de Orat. 2, 78, 319. *apparebit ea — penitus ex ea causa, quae tum agatur, efflorusse.* de Leg. 1, 5, 17. *penitus ex intima philosophia hauriendam iuris disciplinam putas.* Tacit. de Corr. eloq. 30.

Cic. ad Att. 7, 12. *demittamne me penitus in causam?* de Orat. 1, 22, 96. *ut vero penitus in eam ipsam totius huius vel studii vel artificii — disputationem intimam veniretis, vix aptandum nobis videbatur.* p. Cluent. 13, 36. *se blanditiis et assentationibus in Asinii consuetudinem penitus immersit.*

Cic. Brut. 30, 115. *quo iudicio convulsam penitus vidimus eam rempublicam.*

Cic. p. Cluent. 1, 4. *evellam ex animis hominum tantam opinionem, tam penitus insitam?* p. Mil. 25, 68. *si tibi ita penitus inhaesisset ista suspicio* etc. Tacit. Agr. 45. *voces, quas penitus animo figeremus.* Cic. de Leg. 1, 9, 26. *tum speciem ita firmavit oris, ut in ea penitus reconditos mores effingeret.* Acad. 2, 10, 32. *naturam accusa, quae in profundo veritatem — penitus abstruserit.* Agrar. 2, 18, 49.

5. Penitus quae tolluntur vel excidunt, ea tota evanescunt et radicitus auferuntur, ut nihil reliquum sit.

Cic. de Nat. d. 1, 42, 119. *utrum igitur hic confirmasse religionem videtur, an penitus totam sustulisse?* p. Rosc. com. 7, 20. *supercilia illa penitus erasa.*

Horat. Sat. 1, 3, 76. *quatenus excidi penitus vitium iras, cetera item nequeunt stultis haerentia* etc.

6. Haec metaphora adhibetur ad alias qualescumque res, ut evadat significatio *prorsus, omnino, ex omni parte.*

Cic. Tusc. 5, 2, 5. *tibi nos, ut antea magna ex parte, sic nunc penitus totosque tradimus.* de Off. 2, 8, 27. *post vero Sullae victoriam penitus amisimus.* de Fin. 1, 15, 49. *plerique se ipsos penitus perdiderunt.* ad Fam. 5, 13, 5. *vetabant me reipublicae penitus diffidere.*

Saepe componuntur verba perspiciendi, cognoscendi. Cic. de Orat. 1, 23, 106. 1, 20, 92. 1, 5, 17. ad Att. 8, 12. Plin.

Epist. 1, 10, 2. *hunc ego in Syria — penitus et domi inspexi.* 4, 17, 5. Pan. 83, 1. 15, 1. *ut diu penitus perdiscerem, quae nos praecipere deberes.* Tacit. Ann. 2, 12.

Cic. in Verr. 2, 70, 169. *qui — bene penitus in istius familiaritatem sese dedit.* Vide Tom. 2. p. 4. Recte sensit Zumptius additum *bene* non posse excusari nisi ioci nomine. Tacit. Agr. 40. *tranquillitatem atque otium penitus auxit.*

7. Proprie haec particula coniungitur cum verbis, quae significant aliquid fieri ex intimo animo.

Cic. ad Fam. 16, 8, 2. *te penitus rogo.* 13, 53, 1. *eum tibi penitus commendo atque trado.* Horat. Carm. 1, 21, 3. *dicite — Latonam supremo dilectam penitus Iovi.* Tacit. Ann. I, 52. *memoravit — magis in speciem verbis adornata quam ut penitus sentire crederetur.* Curt. 8, 3, 6. *penitus haerens amor fastidio praesentium accensus est.*

8. Vellei. Pat. 2, 27, 1. *Pontius Telesinus — vir animi belliqne fortissimus penitusque romano nomini infestissimus.* Ad haec Ruhnkenius: „quis umquam prosae orationis scriptorum *penitus*, aut similia cum superlativo iunxit? Propertio ut poetae licuit fortasse comparativo iungere, nisi nos librarii fallunt. 1, 16, 17. *ianua vel domina penitus crudelior ipsa.*“ Librarii non fallunt, nec probanda est coniectura Rosenheynii *genitusque*, nec apud Propertium Paldami *timidis*. Nam *penitus* per se constat in utroque loco significans *imo atque toto animo*, *durch und durch.*

9. Aliam adverbii formam *penite*, quae apud Catullum legitur 61, 176. *illi non minus ac tibi pectore uritur intimo flamma, sed penite magis*, negari non potest exstare in antiquis libris, neque ea in se habet, quod reprehendatur.

10. Comparativus *penitius*, quem scriptores nostrae aetatis saepe usurpant, nulla defendi potest auctoritate antiqua: nec tamen cum Spaldingio in Museo antiq. I. 1. p. 92. nec cum Reisigio Grammat. p. 174. dixerim absurdam esse hanc formam vocabuli, quod conveniat potius cum vocabulis *radicitus* et *funditus*. Priscianus enim 3. p. 599. *ante anterior, penitus penitior. Apul. in* 1. *Hermagorae: Visus est ei adolescens honesta forma, quasi ad nuptias exornatus, trahere se in penitiorem partem domus.* Et potuit *penitius* dici, ex quo vocabulum de profundis rebus usurpari coepit. *Profun-*

dius etiam in usu erat. *Penitissimè*, cuius adiectiva forma exstat apud Plautum (Cist. 1, 1, 65.) legitur apud Sidon. Apoll. Epist. 4, 9. *actiones eius cottidianas penitissime et veluti ex otio inspexi.* 3, 8.

In loco Celsi supra allato editiones quaedam exhibent *penitius*, nescio qua auctoritate.

PER.

Grammatici omnes affirmant, *per* latinum et *περί* graecum unius esse originis; sed ut ea, quae in significatione differunt, inter se concilient, Hartungius duo esse vocabula *πέρι* et *περί* statuit, Doederlinus ait per notionem rei completae fieri, ut diametros cum peripheria commutetur et per unum vocabulum significetur. Quae omnia valde ambigua sunt, nec in similitudine soni fundamentum habent satis firmum: ea autem, quae Hartungius, Riemerum sequutus, facili negotio componi posse putat, perquam diversa non quadrant. Id enim, quod ille graeca particula significari dicit, ultra esse (*drüber hinaus*), longe distat ab eo, quod latinum *per* exprimit: et dum graeca *περί* et *περ* ad ambitum spectant, latinum in se habet notionem medii et per medium transeundi, respondens germanico *durch*. Idque a loci designatione translatum ad rerum qualitatem significat gradum maiorem vel maximum, a Germanis saepe per *durchaus* dictum. Medii autem notio, quam in hac particula positam videmus, duplicem habet rationem et rei, per quam mediam aliquid transit, et rei, quae in medio est posita.

I. 1. Primum *per* dicitur de loco, et quidem simpliciter de motu ac transitu: *durch, hindurch*. Est enim locus, in quem aliquis non modo ingreditur, sed quem medium permeat. Priscianus p. 986 *per — significat διὰ graecum localem.* Saepe illud verbum, in quo ratio praepositionis sita est, omittitur, veluti ubi Sueton. Caes. 44. ait *Parthis inferre bellum per Armenium*, intelligens euntem.

Plaut. Cas. 3, 4, 23. *ego iam per hortum iussero meam istuc transire uxorem ad uxorem tuam.* Merc. 2, 3, 37. *per mare ut vectus.* Curc. 1, 1, 36. *dum ne per fundum septum facies semi-*

tum. Most. 3, 3, 27. Cic. ad Att. 14, 16. *mihi quidem videtur Brutus noster iam vel coronam auream per forum ferre posse.* Quintil. 12, 8, 3. *boni sudantes beneque comitati per forum reducuntur.* Caes. B. gall. I, 6. *erant omnino itinera duo, quibus itineribus domo exire possent, unum per Sequanos — alterum per provinciam nostram.*

Quintil. 12, 9, 2. *non semper exercitus per plana et amoena ducendus est.* 1, 10, 33. Stat. Silv. 1, 3, 37. *an* (canam) *emissas per cuncta cubilia nymphas?* Val. Flacc. 5, 344. *florea per verni qualis iuga duxit Hymetti.*

Caes. B. civ. 3, 63. *per mare navibus expositi in adversos nostros impetum fecerunt.* i. e. per mare vecti et expositi. Mirer Herzogium de auxilio a mari allato cogitasse. Tacit. Ann. 1, 15. *tribuni plebei petivere — ut per circum triumphali veste uterentur.* intellige verbum eundi: ubi nec Ernestii coniectura nec explicatio a Wolfio proposita comprobari potest. Cic. ad Att. 14, 16. *mihi quidem videtur Brutus noster iam vel coronam auream per forum ferre posse.* Statii Silv. 1, 2, 130. *hanc si theoulices vidisses, Phoebe, per agros, erraret Daphne secura.*

2. Deinde de rebus, per quas transit aliquid, veluti *per corpus*, aut quae interpositae sunt, veluti *per fenestram spectare.*

Plaut. Cas. 2, 6, 39. *at tu ut oculos emungare ex capite per nasum tuos.* Cic. de Nat. d. 2, 55, 138. *in quem sanguis per venam illam cavam influit.* Virgil. Aen. 9, 418. *iit hasta Tago per tempus utrumque.*

Quintil. 11, 3, 56. *maiorem partem spiritus in loquendo per nares effundere.* 11, 3, 14. *per quos duos sensus omnis ad animum penetrat affectus.*

Cic. de Nat. d. 2, 57, 142. *quas* (membranas oculorum) *perlucidas fecit, ut per eas cerni posset.*

Plaut. Mil. 2, 2, 4. *per impluvium intro spectant.* Val. Flacc. 5, 410. *tale iubar per tecta micat.*

Cic. Acad. 2, 37, 119. *erit ei persuasum etiam solem, lunam, stellas omnes, terram, mare deos esse, quod quaedam animalis intelligentia per omnia ea permeet et transeat.*

3. In nominibus regionum *per* prope accedit ad significationem vocabuli *in:* sed tamen aut amplior locus, aut tota regio intelligitur, aut plures eius partes. Quare dicitur de rebus in uno aliquo loco dissipatis et distributis.

Plaut. Epid. 2, 2, 11. *per totam urbem hominem quocuiperis.* 5, 1, 10. Sallust. Cat. 52, 15. *quasi vero mali atque scelesti tantummodo in urbe et non per totam Italiam sint.*

Plaut. Capt. 4, 2, 5. *quod quum scibitur, per urbem irridebor.* i. e. *durch die ganze Stadt.* Sueton. Aug. 23. *excubias per urbem indixit.* Caes. 28. *per terrarum orbem.* Cic. ad Fam. 1, 7, 14. *si rex amicis tuis, qui per provinciam atque imperium tuum pecunias ei credidissent, fidem suam praestitisset* etc. Sallust. Cat. 51, 43. *ipsos in vinculis habendos per municipia.* Liv. 1, 9, 9. *invitati hospitaliter per domos quum situm moeniaque et frequentem tectis urbem vidissent, mirantur tam brevi rem romanam crevisse.* Virgil. Aen. 6, 743. *exinde per amplum mittimur Elysium.* Cf. Wagner. ad 1, 680.

Sallust. Cat. 24, 2. *omnia per Italiam opportunis locis parare.* Manil. 1, 183. *habitant per omne corpus.*

Liv. 25, 31, 8. *custodibus divisis per domos eorum, qui praesidia romana fuerant.* 28, 16, 13. *dissipati per proximas civitates sunt.* 22, 54, 2. *eos omnes Venusini per familias benigne accipiendos curandosque quum divisissent* etc. i. e. inter familias. Caes. B. civ. 3, 65. *significatione per castella fumo facta,* i. e. per totum ordinem castellorum. Liv. 21, 55, 1. Quintil. 2, 17, 10. *cantatur et saltatur per omnes gentes aliquo modo.* Columell. 3, 21, 1. *ita discreta semina per regiones consituros nihil dubito.* Sueton. Caes. 19. *pactus, ut is — nummos de suo — per centurias pronuntiaret.*

Stat. Silv. 1, 2, 130. *hanc si thessalicos vidisses, Phoebe, per agros, erraret Daphne secura.* Ad verbum errandi quod attinebat, poeta transtulit ad verbum videndi. Virgil. Aen. 8, 657. *Galli per dumos aderant.* 7, 700. *longa canoros dant per colla modos.*

4. De rebus, quae aliquem locum permeandum explent et perrumpendae sunt, simili ratione *per* dicitur atque *inter*, i. e. *zwischendurch*, *zwischenhin.* Vide Macrob. in Somn. Scip. 2, 5. ibique Pontanum. Duker. ad Liv. 24, 7. 6. In aliis accedit ad significationem vocabuli *supra*, *drüberhin.*

Virgil. Ge. 1, 238. *via secta per ambas.* 1, 244. *elabitur Anguis circum perque duas in morem fluminis Arctos.* Stat. Silv. 1, 3, 60. *tecta per et postes liquidas emergis in auras.* Virgil. Aen. 1, 707. *per limina laeta frequentes convenere.*

Liv. 24, 48, 6. *per medios hostes evasit.* 22, 60, 17. *prius, inquam, P. Sempronio per civium agmen, quam per hostium fuit*

erumpendum. Curt. 5, 4, 37. Caes. Bell. gall. 3, 26. *hostes — se per munitiones deiicere et fuga salutem petere intenderunt.* ubi Lipperti subtilitatem non assequor. Virgil. Aen. 2, 664. *quod me per tela, per ignis eripis.* Bucol. 10, 23. *Lycoris perque nives alium, perque horrida castra secuta est.* Curt. 5, 4, 37. *per mediam aciem Macedonum erupit.*

Liv. 1, 48, 7. *Tullia per patris corpus carpentum egisse fertur.* Caes. Bell. gall. 2, 10. *per eorum corpora reliquos audacissime transire conantes multitudine telorum repulerunt.* Iustin. 32, 3, 14. *naves suas humeris per iuga montium — transtulerunt.*

Curt. 4, 2, 12. *per muros turresque tormenta disponunt.* Virgil. Aen. 4, 670. *flammaeque furentes culmina perque hominum volvantur perque deorum.*

Etymologi caveant, ne ad ridiculas analogias aberrent. Lippertus ut verba Caes. B. gall. 4, 33. *per omnes partes perequitant* explicet, demonstrat *per* esse idem quod *circa*, et dictum de motu circulari, sed vago: unde quis coniiciat *perequitare* significare *herumreiten*, *umherreiten*: quod falsum est. Liv. 5, 28, 12. *quum perequitasset aciem.* i. e. *als er die Fronte durchritten.* 23, 47, 7. scribendum esse *quum ea via longe perequitasset*, ipsa res iubet. Est igitur *entlang reiten.*

Proprie componitur praepositio cum nominibus populorum, quorum per terram aliquis in aliquem locum transgreditur. Liv. 5, 34, 8. *ipsi per Taurinos — transcenderunt.* 10, 20, 1. *per Vescinos in Campaniam Falernumque agrum transcendunt.*

5. Singularia haec sunt. *Per vias* dicitur pro *omnibus in viis.* Germani etiam loquuntur *durch die Strassen.* Hoc moneo, ne quis existimet, esse idem quod germanicum *den Weg entlang.* Hoc dicitur *per viam.* Sed *per viam, per vias* etiam de via potest dici, qua ingredimur in aliquam terram vel locum. Sueton. Aug. 8. *per infestas hostibus vias.* *Per portam, per pontem, per gradus* et similia dicuntur, quibus incedimus in aliquem locum.

Plaut. Cas. 2, 3, 23. *unguentatus per vias, ignave, incedis.* Cist. 5, 1. *quod omnes homines fabulantur per vias.*

Liv. 2, 23, 8. *multis passim agminibus per omnes vias cum clamore in forum curritur.*

Quintil. 10, 7, 16. *si per aliquam rectam viam mittamus oculos.*

Sueton. Tib. 37. *per diversas portas in oppidum immisit.* Cal. 19. *per hunc pontem ultro citro commeavit.*

Per gradus. Quintil. 8, 4, 5. *per plures gradus adscenderat.* Liv. 1, 48, 3. *medium arripit Servium elatumque e curia in inferiorem partem per gradus deiicit.* Ovid. Met. 2, 354. Albinovan. Eleg. ad Liv. 400.

Breviata est oratio haec Curt. 5, 13, 23. *iumenta — delata per IV stadia.* Est *per viam IV stadiorum.* 5, 3, 1.

6. Multiplex est usus verbi *ire* cum nominibus per hanc praepositionem coniunctis, maxime apud Quintilianum. Nam in metaphorica oratione praeter poeticum usum dicebatur non modo de rebus percensendis et tractandis, sed etiam de rebus pluribus, quas aliquid pertinet aut attingit.

Virgil. Aen. 1, 375. *si vestras forte per aures Troiae nomen iit* etc. Sil. Ital. 3, 135. *ire per ora nomen.* Tibull. 4, 1, 175. *per claros ierint tua facta triumphos.* Alia exempla commemorat Iacobus ad Lucilii Aetnam v. 68.

Quintil. 1, 2, 13. *per plures ire possunt etiam quae singulis tradenda sunt.* 1, 8, 7. *comoedia — plurimum conferre ad eloquentiam potest, quum per omnes et personas et affectus eat.*

Quintil. 11, 1, 84. *patrono quoque per similes affectus eundum erit.*

Quintil. 10, 5, 21. *per totas ire materias.* 2, 5, 14. *per omnes quidem species rerum quotidie pene nascentium ire qui possunt?*

Similiter Quintil. 9, 2, 48. *quibus generibus per totas interim quaestiones decurrimus.*

7. Quum de permeando loco Latini ita loquerentur, eamdem rationem referebant ad locum, in quo aliquid corrigeretur, aut ad res porrectas. Vnde usus particulae in mensura.

Curt. 8, 10, 17. *per herbas agestamque frondem prostraverant corpora.* Virgil. Aen. 9, 316. *passim somno vinoque per herbam corpora fusa vident.* 2, 252.

Lactant. de Mort. pers. 45, 3. *iumenta omnis generis amissa sunt, quorum miserabilis per viam strages speciem iam futuri belli — nuntiabat.*

Quintil. 1, 10, 43. *pedes — quadraginta per oram — quindeni per latera.*

8. Quod *in una re* dicitur fieri, id in pluribus factum praepositione *per* exprimitur. Quo etiam modo loquimur de eo, quod ex alia re in aliam transit et quasi percurrit. Nec alia est ratio in iis, quae ad omnes ali-

cuius generis res pertinent: intelligimus enim continuam et aequalem conditionem, vel ordinem rerum collocatum.

Sueton. Aug. 49. *iuvenes primo modicis intervallis per militares vias, dehinc vehicula disposuit.* Valer. Flacc. 1, 28. *vatesque canunt pecudumque per aras terrifici monitus iterant.*

Caes. B. gall. 7, 25. *per manus sevi et picis translatas glebas in ignem a regione turris proiiciebat.* i. e. von *Hand zu Hand.* ubi Herzog. 8, 15. *fasces — per manus inter se translatos ante aciem collocaverunt.* 5, 38. Bell. civ. 1, 68. Sueton. Cal. 51. Quo alio sensu haec alibi usurpentur, vide III. 3.

Per partes i. e. non una re nec semel. Columell. 4, 24, 4. Lucan. 6, 755. *nec se tellure cadaver paullatim per membra levat.* ubi Cort.

Liv. 9, 17, 8. *fortuna per omnia humana, maxime in res bellicas, potens.* Quintil. 8. pr. 1. *per omnes numeros penitus cognoscere.*

Quintil. 11, 3, 100. *manus — per singulos a minimo collecta digitos.* 9, 3, 11. *per omnia genera, per quae fit soloecismus.*

Quintil. 10, 1, 85. *idem nobis per romanos quoque auctores ordo ducendus est.* 11, 3, 176. *intra se quisque vel hoc vel aliud, quod volet, per omnes affectus verset.* 8, 5, 5.

9. Poetae augusteae aetatis hanc praepositionem ita usurpabant, ut pro *in* accipi posset.

Valer. Flacc. 4, 749 *illum in sanie taboque recenti vidimus aequoreo similem per litora monstro.* 1, 207. Manil. 2, 922. *asserit hanc Cytherea sibi per sidera sedem.* Statius Theb. 1, 182. *Cadmus exul hyanteos invenit regna per agros.* 1, 131. *delectos per torva armenta iuvencos agricola imposito sociare affectat aratro.* i. e. in armentis, inter armenta.

Accedunt ad hunc usum etiam prosaici scriptores. Quintil. 1, 5, 16. *absurdum forsitan videatur dicere, barbarismum, quod est unius verbi vitium, fieri per numeros aut genera.* Infra §. 45. dicit *genere, numero.* 1, 5, 22. *adhuc difficilior observatio est per tenores.* Spaldingius vero interpretatur: quod attinet ad tenores. cl. 1, 5, 38.

II. 1. De tempore, quod res agenda quasi explet vel percurrit, perpetuo dicitur *per* eo modo, quem Priscianus indicat p. 986. *sciendum autem, quod omnia localia possunt eadem etiam temporalia esse, ut per medium forum et per medium diem dicimus.* Sed etiam

de eo tempore, intra quod aliquid fit sive in quod aliquid incidit: *innerhalb*. Tum saepe adduntur *forte*, *ferme*. Quare errant ii, qui in hac praepositione respici existimant continui temporis finem.

Cic. p. Lege Man. 11, 32. *quam provinciam tenuistis a praedonibus liberam per hosce annos.* ad Fam. 10, 3, 8. *per tot annos republica devexata. Per aevum* i. e. in perpetuum. vid. Bentlei. ad Horat. Carm. saec. 16. Burmann. ad Propert. 3, 2, 63. Ovid. Her. 16, 91. *per tempora longa. Per saecula* vid. Oudend. et Burmann. ad Lucan. 8, 236. Claudian. Gigant. 58. Sueton. Caes. 88. *per septem dies continuos.* 68. *per aliquot horas.* Iustin. 43, 3, 3. *per ea adhuc tempora* i. e. iis temporibus.

Cic. Verr. 5, 12, 30. *sic emigrabat, ut per eos dies nemo istum extra illum locum videre posset.* ad Att. 2, 8. *nulla enim abs te per hos dies epistola inanis aliqua re utili et suavi venerat.* in Verr. 1. Act. 5, 13. *nulla res per triennium nisi ad nutum istius iudicata est.* Liv. 25, 31, 4. *non plura per annos quinquaginta benefacta Hieronis — esse.* 33, 18, 22. *per eosdem dies ferme gesta.* Alia apud Drakenb. ad Liv. 30, 38, 5. 36, 14, 1. *per eos forte dies M'Acilius consul — pedestres copias Larissam ducere — tribunos iussit.* vd. FORTE. Caes. B. gall. 6, 36, 1. *per omnes superiores dies.* Alii libri omittunt praepositionem. Sueton. Calig. 27. *per continuos dies.* ubi Burmann.

Cic. Brut. 83, 286. *duo fuerunt per idem tempus dissimiles inter se, sed attici tamen.*

Cum numero adiecto, quoties aliquid in tempore fiat, ubi Cicero *in* dicit. Caes. B. civ. 2, 32. *quod bis per biduum equestri proelio superaverim?* Pallad. 5, 1, 3. *sexies per annum metis.* Sueton. Vesp. 20. *quamvis — inediam unius diei per singulos menses interponeret.*

Per noctem pro *noctu.* Iustin. 1, 8, 8. *Cyrus revertus per noctem. Per meridiem* i. e. meridie Liv. 42, 64, 8. ubi Drakenb.

2. Cum nominibus, quae res in tempore factas adsignificant, coniungitur *per*, ut sit *inter*. Vide Burmann. ad Sueton. Caes. 5. Oudendorp. ad Apuleii Met. p. 722.

Plaut. Cist. 1, 1, 91. *per Dionysia mater pompam me spectatum duxit.* Curc. 5, 2, 45. Liv. 2, 18, 1. *quum per ludos ab Sabinorum iuventute per lasciviam scorta raperentur.* 3, 16, 4. *mansuetum id malum et per aliorum quietem malorum semper exoriens.* i. e. dum quiescebant mala. 38, 2, 14. *postea per inducias sepeliendi caesos potestas facta est.* 8, 13, 15. *unde sociali egregio exercitu per multa bella magnaque saepe usi estis.* Sueton.

Galb. 7. *per expeditionem.* Claud. 27. *per spectacula.* Valer. Flacc. 6, 35. *per bella.* Tacit. Hist. 5, 3. *ceteris per lacrimas serpentibus.* i. e. inter lacrimas. Ovid. Her. 12, 58. *acta est per lacrimas nox mihi, quanta fuit.* 5, 71. Am. 2, 19, 55. *per nullas traham suspiria somnos.* Trist. 5, 11, 1. *per silentium.* Sueton. Caes. 34. *per tumultum.* Iustin. 1, 9, 4. 12, 10, 3. *per quietem.* Virgil. Aen. 2, 340. *per lunam.* 2, 255. Vide Cort. ad Sallust. Cat. 51, 6. Burmann. ad Sueton. Aug. 45. Tib. 52. et ad Valer. Flacc. 1, 767. Drakenb. ad Liv. 5, 2, 5.

Davisius ita accepit verba Caesaris B. gall. 6, 20. *de republica nisi per concilium loqui non conceditur*, ut esset tempore concilii. Est vero *concilio convocato, in concilio.*

Iustin. 44, 4, 2. *per omnes casus fortuna quadam servatus.* i. e. in omnibus casibus. 3, 4, 11. *diuque et per varios casus iactati tandem in Italiam deferuntur.*

Liv. 7, 18, 10. *per infrequentiam comitia nihilo segnius perficiunt.* i. e. quum esset infrequentia. ubi Drakenb. et ad 5, 2, 5.

3. Sicuti de loci vel regionis partibus, etiam de temporibus ordine quasi contentis, nullo exempto, dicitur.

Sueton. Vespas. 19. *dabat, sicut saturnalibus viris apophoreta, ita per kalendas martias feminis.* c. 5. *quercus antiqua, quae erat Marti sacra, per tres Vespasiae partus singulos ramos a fructu dedit.*

4. *Per tempus* formula est, qua exprimitur aliquid opportune fieri. Nam concedit tempus, ut fiat, atque occasionem suppeditat: de qua ratione postea exponendum est.

Plaut. Cas. 2, 1, 16. *non pol per tempus iter mihi incepi.* Bacch. 4, 8, 3. *per tempus hic venit miles mihi.* Men. 1, 2, 30. Terent. And. 4, 4, 44.

III. 1. Localis notio refertur ad caussam, quae cernitur in re ad aliquid adhibita, quasi res efficienda transeat per id, quod sit medium, sive instrumentum, sive adminiculum. Priscian. p. 987. *nec non etiam aliis rebus ad eamdem significationem omnia localia possunt adiungi, ut per virtutem fio laudabilis, in quo quasi locus laudis ostenditur fuisse virtus.* Ablativo casu et praepositione *a* adiecta exprimitur primaria caussa, ex qua aliquid oritur, praepositione *per* autem ea, qua intercedente vel accedente aliquid fit. Germani dicunt et *mittelst* et *durch.* Tamen utraque ratio haud raro com-

mutatur, et *per* pro *ab* dicitur. Illum vero usum non tantum ad verba passiva, sed ad omnes verborum formas attinere, iam Vossius monuit de Constr. c. 41. Cf. Ruddimann. Tom. 2. p. 212. nec solum nomina personarum, sed etiam rerum ita collocantur.

Cic. p. Cluent. 23, 62. *praeter hasce insidias Avito ab Oppianico per Fabricios factas.* in Cat. 3, 1, 3. *quae quoniam in senatu illustrata, patefacta, comperta sunt per me, vobis iam exponam breviter.* Matthiae in Progr. an. 1812. edito: „non *a se* haec comperta esse ait Cicero, sed *per se* i. e. sua opera et industria ab aliis et senatu." ad Att. 4, 16. *nihil videbatur esse, in quo tantulum interesset, utrum per procuratores ageres an per te ipsum.* de Orat. 1, 9, 38. *detrimenta publicis rebus — per homines eloquentissimos importata.* Liv. 21, 10, 5. *per quos priore bello rupta foedera sunt ulti.* Cic. in Verr. 2, 3, 9. Colnmell. 7, 11, 3. *de magistris, per quos quadrupedum greges humana solertia domi forisque curantur, — satis accurate disserui.*

Sueton. Aug. 98. *per illum se vivere.* i. e. eius subsidio. Ovid. Met. 13, 178. *per me iacet inclitus Hector.* De formula *per aliquem stare* vide Drakenb. ad Liv. 8, 2, 2. Quintil. 3, 6, 78. *non per me stetit, sed per illa.*

Ovid. Fast. 3, 123. *digiti, per quos numerare solemus.* 6, 697. *terebrato per rara foramina buxo.* Sallust. Cat. 7, 4. *in castris per laborem usu militiam discebat.* Ovid. Art. am. 1, 585. *tuta frequensque via est, per amici fallere nomen.* Sueton. de Gram. 6. *huius cognomen in plerisque indicibus et titulis per unam litteram scriptum animadverto.* Tacit. Ann. 3, 30. *diversus a veterum instituto per cultum et munditias.*

Ovid. Her. 9, 37. *inter serpentes aprosque — iactor et esurea terna per ora canes.* An haec latine dicantur, dubitari licet: certe exempla a Lennepio allata nihil valent. Dixi de hoc loco in Ephemerid. Ienens. a. 1814. n. 16.

Componuntur nomina, quorum alteri praepositio praefigitur, alterum casu terminatur. Liv. 2, 22, 5. *neque patribus satis decorum per metum potius quam postmodo voluntate.* Tacit. Ann. 1, 2. *quum ferocissimi per acies aut proscriptione cecidissent.* Tacit. Agr. 9. *virtute aut per artem* Multa alia vide apud Wopkens. in Actor. Soc. Traiect. Tom. 2. p. 69. apud Kiessling ium ad Tacit. German. 15. apud Popponem ad Thucyd. P. I. Vol. I. p. 375. apud Obbarium in Iahnii Annal. Vol. XII. p. 66.

Metellus scripserat ad Ciceronem 5, 1, 1. *existimarem — nec absentem ludibrio lacum iri, nec Metellum fratrem ob dictum eo-*

plis ac fortunis per te oppugnatum iri. Cicero autem haec verba repetens 5, 2, 1. *numquam te a me ludibrio ipsorum iri,* 3, 11, 8. *nisi iam aliquid factum est per Flaccum, fiet a me.* ad Att. 3, 9. *id assequitur, si per praetorem consules creantur:* nos autem in libris habemus, *non modo consules a praetore, quod ne praetores quidem creari ius esse.* Quintil. 8, 1, 5. *plerasque non inventa per me, sed ab aliis tradita.*

Quintil. 1, 7, 5. *item cum, si tempus significaret per c, si comitem per c ac duas sequentes scriberetur.*

2. Proprie dicitur *per* de iis, qui in agendis rebus intercedunt, aut vicem alicuius explent, et de rebus, quibus mediis aliquid perficitur.

Cic. p. Rosc. Am. 38, 112. *recede de medio: per alium transigam.* Cic. apud Sallust. Cat. 44, 1. *Allobroges ex praecepto Ciceronis per Gabinium ceteros conveniunt.* Quintil. 9, 3, 41. *ego quum in gratiam redierim cum Appio Claudio et redierim per Cn. Pompeium.* Sueton. Caes. 16. *senatus — gratias ei per primos viros egit.* 39. *edidit — ludos per omnium linguarum histriones.* Caes. B. civ. 3, 1 *constituit, ut arbitri derentur: per eos fierent aestimationes possessionum.* Sueton. Caes. 26. *tirones — in domibus per equites romanos atque etiam per senatores armorum peritos erudiebat.* Plin. Pan. 88, 1. *per hos audiebant, per hos loquebantur, per hos praeturae etiam et sacerdotia et consulatus, immo et ab his petebantur.* Curt. 4, 1, 4. *Alexander Parmenionem, per quem apud Damascum recepta erat praeda — Syriae praefecit.* l. c. nomine Alexandri, sive ab eo iussus.

Cic. in Verr. 5, 47, 125. *nunc per me spoliati, nave a praedonibus abducta, ipsi in hostium numero locoque ducemini.* p. Sulla 22, 63. *in ea re per L. Caecilium Sulla accusatur, in qua re est uterque laudandus.*

Caes. B. gall. 7, 47. *nonnullae* (mulieres) *de muris per manus demissae sese militibus tradebant.* 6, 38. *aegre per manus tractus servatur.* Quintil. 4, 1, 5. *per quae in animum iudicis — admittimur.* 10, 1, 87. *per quae nomen est assecutus.*

Per iudicem iurisconsulti dicunt de iudicis interventu. vd. Brisson. s. h. v.

3. Proprie etiam hoc modo significatur caussa in animo sita, ex qua actio prodit. Francogalli eam appellant *le motif.* Nec recte Weberus in Exercit. lat. stili p. 160. universam particulae naturam ad externam rerum conditionem refert. Recentiores enim scriptores,

praesertim poetae etiam de quacumque causa agendi per dixerunt, ut pro *propter* accipi posset. Vd. n. 10.

Plaut. Poen. 1, 1, 12. *per amorem si quid feci.* Aul. 2, 1, 12. *per metum.* Cic. Tusc. 4, 37, 79. *quemquam poeniteret, quod fecisset per iram.* de Orat. 3, 3, 11. *depulsus per invidiam tribunatu.* Tacit. Ann. 13, 43. Liv. 1, 11, 5. *nihil enim per iram aut cupiditatem actum est.* Iustin. 8, 3, 10. *receperant per misericordiam.* Lactant. de Mort. pers. 42, 2. *aestuante animo per dolorem.*

Liv. 4, 35, 11. *minorem quippe ruborem fore in iuris iniquitate, quam si per indignitatem ipsorum praetereantur.*

Val. Flacc. 8, 7. *crinemque genasque unguc per antiqui carpsit vestigia somni.* Claudian. Epithal. Praef. 1. *carmina per thalamum negare nec volui genero, nec potui socero.* Sunt epithalamia propter thalamum facta.

In scriptis libris *per* et *propter* commutata sunt. vd. Quintil. 3, 8, 34.

4. Transfertur haec ratio ad eos, qui non impediunt, sed concedunt, ut aliquid fiat, atque ad eas res, secundum quas aliquid agi liceat, veluti *per tempus, per leges, per aetatem (dem Alter nach)* et ad eas, quae occasionem agendi praebent, quam Graeci ἀφορμήν, Germani *Veranlassung* appellant.

Plaut. As. Prol. 12. *si per vos licet.* Merc. 5, 4, 29. Cic. Acad. 2, 29, 93. *per me vel stertas licet.* Phil. 2, 4, 9. *quibus petis, ut tibi per me liceat quemdam de exsilio reducere.* de Fin. 2, 28, 92. *consequatur summas voluptates non modo parvo, sed per me nihilo, si potest.* Liv. 22, 21, 1. *quietum inde fore videbatur reliquum aetatis tempus fuissetque per Poenum hostem.* i. e. Poeno non repugnante. Quintil. 6, 2, 3. *ne quid per eos iudici sit ignotum.* i. e. eorum culpa.

Plaut. Epid. 3, 1, 3. *per illam tibi copiam copiam parare aliam licet.* i. e. illa copia nihil impedit, quo minus aliam copiam pares. Caes. B. gall. 3, 9. *quum primum per anni tempus potuit, ad exercitum contendit.* Cic. ad Fam. 7, 1, 2. *quum per valetudinem posses.* Liv. 22, 57, 1. *quantum per commodum reipublicae fieri posset.*

Cic. p. Mil. 16, 43. *quod aut per naturam fas esset aut per leges liceret.* Sueton. Cal. 1.

Terent. Eun. 1, 2, 32. *patriam et signa cetera neque sciebat, neque per aetatem etiam potuerat.* Cic. ad Fam. 13, 29, 3.

intellexi, ut primum per aetatem iudicium facere potueris, quanti quisque tibi faciendus esset, me a te in primis coeptum esse observari, coli, diligi. de Lege Man. 1, 1. *quum antea per aetatem nondum huius auctoritatem loci attingere auderem.* p. Domo 13, 35. *factus es eius filius contra fas, cuius per aetatem pater esse potuisti.*

Sueton. Aug. 9. *partes singillatim, neque per tempora, sed per species exsequar.* Caes. 19. Ovid. Art. am. 8, 87. *ite per exemplum, genus o mortale, dearum.*

Tacit. Ann. 15, 71. *Novio Prisco per amicitiam Senecae et Glitio Gallo — data exsilia.* Hist. 1, 24. *per socordiam praefecti.*

In negativa sententia contrarium apparet. Liv. 33, 18, 22. *aliquanto post per Antiochum non potuit.* i. e. Antiocho obstante. 8, 12, 2. *per valetudinem id bellum exsequi nequierat.* Curt. 7, 8, 7. Cic. de Prov. Cons. 18, 44. in Pis. 8, 18.

5. Vtuntur hac particula ii, qui certo quodam nomine iurant aut obtestantur aliquem aut precantur. Priscian. p. 987. *est etiam iurandi, in quo vim obtinet* πρὸς *graecae, quae apud illos quoque in iureiurando accipitur, ut per Iovem* πρὸς τοῦ Διός. Rationem autem huius dictionis erant, qui ita ad caussam referrent, ut rem intelligerent, propter quam aliquid fieret: at potius intelligenda est concessio et auxilium, vel etiam, ubi rerum nomina ponuntur, conditio praesumpta. Saepissime omittuntur verba obtestandi vel orandi. Vd. criticos ad Curt. 4, 14, 24.

Plaut. Amph. 2, 2, 201. *per supremi regis regnum iuro.* As. 1, 1, 279. *per Iovem iuro.* Cic. p. Rab. 13, 36. *ubi semel quis peieraverit, ei credi postea, etiamsi per plures deos iuret, non oportet.* Quintil. 11, 3, 168. *neque ille per Marathonis et Plataearum et Salaminis propugnatores recto sono iuravit.* 9, 2, 95. *iura per patroni tui cineres.* Sallust. Cat. 35, 6. *per liberos tuos rogatus.* ubi Cort. Plaut. Men. 5, 91. *si voltis per oculos iurare.*

Interponi graeco more solebant pronomina: de qua elegantia, quae ad vim orationis spectat, Turneb. Adv. 20, 17. Broukhus. ad Tibull. 4, 5, 7. Westerhov. et Ruhnken. ad Terent. Andr. 3, 3, 6. et ad Rufin. 17. Drakenb. ad Sil. Ital. 1, 658. 5, 82. ad Liv. 29, 18, 9. Mützel. ad Curt. 4, 55, 24. Oudendorp. ad Lucan. p. 798. ad Apulei. Met. p. 305. 385. Herzog. ad Sallust. Cat. 35, 5. Burmann. ad Anth. Tom. 1. p. 164. Plaut. Bacch. 4, 8, 64. *per te, here, obsecro deos immor-*

tales. Men. 5, 7, 1. *per ego vobis deos atque homines dico, ut* etc. Terent. Andr. 5, 1, 15. *per ego te deos oro.* 3, 3, 6. Virgil. Aen. 4, 314. *per ego has lacrimas dextramque tuam te oro.* Liv. 23, 9, 1. Nomen, ad quod praepositio pertinet, mutatur in relativam formam. Virgil. Aen. 2, 142. *per si qua est, quae restet adhuc mortalibus usquam intemerata fides, oro.* i. e. per intemeratam, si qua est, fidem. Vide Krügeri librum de Attractione p. 211. Et omittitur verbum. Lucan. 10, 370. *per te, quod fecimus una perdidimusque, nefas, — ades.* ubi Oudendorp. Virgil. Aen. 10, 597. *per te, per qui te talem genuere parentem.* Liv. 29, 18, 9. *per, vos, fidem vestram, patres conscripti.* De Graecis Valckenar. ad Eurip. Phoen. 1650. Porsonus ad Med. 325.

Cic. p. Rosc. Am. 50, 146. *per deos immortales, quae ista tanta crudelitas est?*

Plaut. As. 1, 1, 3. *ita te obtestor per senectutem tuam perque eam, quam tu metuis, uxorem tuam.* Liv. 24, 26, 8. *ad ea addidit preces nunc per memoriam Hieronis patris Gelonisque fratris, ne — sinerent.*

Cic. ad Att. 8, 20. *ad quae recuperanda, per fortunas, incumbe.* ad Fam. 10, 3, 8. 10, 5, 9. *magna exspectatio, cuius per deos gratiae gloriaeque cave tempus amittas.*

Peculiariter notanda sunt verba *per te.* Virgil. Aen. 10, 369. *per te et fortia facta.* Tibull. 4, 5, 7.

Per salutem principis, solemnis iuramenti formula. vid. Brisson. de Form. 8, 2. p. 683. Curt. 6, 11, 19. *iurare eos per Alexandri salutem volebat.*

Tacit. de Orat. 35, 4. *suasoriae — quales per fidem et quam incredibiliter compositae.* Petron. 100, 5. *per fidem, inquam, pater, cuius haec navis est?* Omnem dubitationem huius dictionis Orellius expulit. Id vero est animadvertendum, formulam istam esse recentioris aetatis.

6. Cum pronominibus personalibus composita praepositio haec indicat agi rem sine alterius ope aut consilio, vel non aliis rebus additis. Ita fit, ut *per me, per se,* idem exprimant, quod *ipse,* i. e. vel non aliena ope, vel sponte. Saepe accedit nomen *ipse.* *Per se* etiam exprimit rem, quae in se constat, solam, rem in re spectatam, *an sich,* non aliarum rerum ratione habita.

Cic. ad Fam. 13, 16, 1. *per me existimare coepi.* Planc. ad

Cic. 10, 11, 8. Ovid. Fast. 3, 317. *hunc tu non potuis per te deducere coelo.* Cic. ad Fam. 14, 5, 5. *nos quum veneriamus, reliqua per nos agemus.* 1, 9, 24. *quum idem auctoritate et sententia per se, consiliis et studiis tecum me adiuvisset.*

Cic. Top. 1, 2. *ut eos per te ipse legeres.*

Cic. Brut. 25, 96. *summos honores, homo per se cognitus, sine ulla commendatione maiorum est adeptus.* p. Sulla 24, 67. *existimem — Autronium nihil scelerate, nihil audacter ipsos per sese sine P. Sulla facere potuisse.* p. Sext. 28, 60. Caes. B. gall. 7, 59. *qui ante erant per se infideles.* i. e. suo consilio, non aliena ope. Alia vide apud Cort. ad Sallust. Cat. 39, 6. Cf. Venckii Spec. crit. p. 15.

Cic. de Fin. 3, 17, 56. *haec — partim sunt per se ipsa praeposita, partim quod aliquid efficiunt.* Celsus 5, 25, 4. *somnium faciunt vel per se assumpta, vel ex aqua data.* Caes. B. gall. 5, 33. *quumque propter longitudinem agminis minus facile per se omnia obire — possent etc.*

Caes. B. civ. 1, 32. *per se rempublicam administraturum.* Sueton. Caes. 58. *nisi ante per se portus et navigationem — explorasset.* in quo loco nihil est mutandum. Aug. 20. *externa bella duo omnino per se gessit.* 64.

Liv. 39, 12, 8. *non eamdem — si coarguatur ab alio ac per se fatenti veniam aut gratiam fore.* Caes. B. civ. 1, 85. *qui per se de concilianda pace egerint.* i. e. sponte sua. 2, 19. *civitas — per se cohortes eiecit portasque praeclusit.*

Additur *ipse:* Caes. B. civ. 2, 9. *turris tectum per se ipsum prehensionibus — suspendere coeperunt.* Cic. Timae. 6. *ita se ipse consumptione et senio alebat sui, quum ipse per se et a se et pateretur et faceret omnia.* de Fin. 1, 9, 31. *voluptatem ipsam per se esse expetendam* 1, 16, 50. Quintil. 8, 3, 83.

Cic. de Am. 21, 80. *amicitia per se et propter se expetita.* ad Fam. 15, 4, 31. 3, 9, 5. *amplitudo mihi est ipsa cara per se.* Acad. 2, 10, 31. *quam* (cognitionem) *quum ipsam per se amat, — tum etiam propter usum.* ubi Lambinus scripsit *propter se.* Cic. de Fin. 2, 26, 82. *amicum — ipsum amari per se, etiam omissa spe voluptatis.* ubi peiores libri *propter se.* Quid sit *per se laudabile,* vide apud Beierum ad Cic. Off. p. 34 Liv. 45, 43, 3. *apparebat ipsum per se intuentibus nequaquam esse contemnendum.* Sallust. Cat. I, 7. *utrumque per se indigens alterum alterius auxilio eget.*

Quintil. 3, 10, 1. *una controversia est per se furti, per se adulteri.* Formula est iurisconsultorum. Quintil. 4, 4, 9.

habet interim vim propositionis, etiamsi per se non est propositio.

Lactant. 6, 10, 5. *propterea deus praecepit, inimicitias per nos numquam faciendas semper esse tollendas.* Bunemannus reddit *so viel an uns*: non male.

7. Modus rerum agendarum, alias ablativo casu ut per adverbia designandus, praepositione *per* exprimitur ita, ut intelligamus aliquid adhibitum esse ad eam efficiendam, quod Germani etiam *durch* dicunt, idem quod verbis *vermittelst*, *mit*, significantes, aut aliquem modum esse rei agendae, quem in aliis linguis adverbia designant. In multis idem *per* exprimit, quod ablativus, veluti *per vim* idem est quod *vi*, *cum vi*. Vide Wopkens. in Actis soc. Traiect. Vol. 2. p. 68.

Per litteras opponitur verbis *per nuntium*. Plaut. Amph. Prol. 70. Mil. 4, 6, 10. sed dicitur etiam, ut idem sit, quod *litteris*, *brieflich*, *schriftlich*. Cic. ad Att. 6, 1. *velim — quam saepissime mecum per litteras colloquare.* in Verr. 2, 8, 24. *qui de Dionis iniuriis gravissime per litteras cum Verre questus es?* in Pis. 17, 41. Ita *per colloquium est mündlich*. Curt. 5, 6, 16. Liv. 5, 5, 1. *cum his molliter et per dilationes bellum geri oportet.* Adde §. 4.

Liv. 2, 24, 5. *per metum potius quam postmodo voluntate.* Sallust. Iug. 23, 1. *noctes aut per vim aut dolis tentare.* 7, 1. Usum, quo duo substantiva, alterum cum praepositione, alterum casu ablativo exprimuntur, multis exemplis illustrat Wopkensius l. l.

Plaut. Mil. 4, 3, 32. *per gratiam bonam abeat abs te.* i. e. *in Güte*, *mit Güte.* 4, 5, 1. Cist. 4, 2, 94. *aequom est tenere, per fidem quod creditum est.* i. e. fide. Cic. in Verr. 4, 14, 32. *quum iste ab sese hydriam Boëthi manu factam — per potestatem abstulisset* etc. i. e. adhibita potestate sua. Plaut. Asin. 1, 1, 54. *per fallaciam.* Cic. p. Domo 23, 59. *quid fecerat, quod eum toties per insidias interficere voluistis?* Caes. B. civ. 1, 9. *per contumeliam.* B. gall. 4, 13. *per dolum atque insidias.* 2, 31. *per cruciatum interfici.* Liv. 26, 13, 5. Cic. in Verr. 4, 3, 6. *per simulationem aedilitatis — auferebant.* Caes. B. civ. 2, 35. ubi vide Held. Sueton. Claud. 45. *inducti per simulationem comoedi.* Liv. 1, 41, 6. *per speciem alienae fungendae vicis suas opes firmavit.* 1, 3, 11. 39, 35, 4. Tacit. Ann. 4, 8. Curt. 8, 6, 17. *ille per ludum bene deos suadere respondit.* Liv. 24, 6, 4. (legati) *per ludibrium auditi dimissique sunt.* Sil. Ital. 4, 713. *pontum tractare per artem nescius.* i. e. arte. Virgil. Aen. 8, 148. Burmann. ad Propert. 3, 1, 48. ad Gratii

nis. i. e. nemine oppugnante. Cic. in Caecil. 17, 55. *ab*
fectus Antonii quidam symphoniacos servos abducebat
riam. p. Rosc. Am. 2, 6. *quod adeptus est per scel*
luxuriam effundere atque consumere. in Verr. 1, 21,
155. *paucos homines* — Q. *Opimium per ludum et ioc*
nis omnibus evertisse. 5, 70, 181. Alia apud Cort. a
Cat. 12, 5. 20, 9. Ita dicuntur *per occasionem* (Liv
vd. Drakenb. ad 31, 48, 2.), *per vices* (Sueton. (
Quintil. 2, 5, 6.), *per sermonem* (Plaut. Bacch. 4, 7, 6.),
modum. i. e. commode (vd. Gronov. ad Liv. 30, 29, 3
dinem (Pallad. 3, 25. Lactant. de Opif. 4, 23. 5, 3.), *p*
(Quintil. 7, 4, 31.), *per ironiam* (9, 3, 29.), *per nebulam*
scure (Plaut. Pseud. 1, 5, 48.), *per virtutem.* i. e. fo
pugnando. (vd. Oudendorp. ad Caes. B. civ. 2, 30, 2.)
men. i. q. criminose (Ovid. Met. 10, 243.). Vide O
ad Lucan. 2, 58. Alia vide apud Haasium in not. a
Gramm. p. 705.

Per otium est non festinante negotio aut non contin
Liv. 21, 28, 4. *ceteris copiis per otium traiectis.* Curt.
Iustin. in Praef. Alia multa vide apud Drakenb. ad L
12. et ad 30, 29, 3. Curt. 4, 10, 14.

Plaut. Pseud. 4, 5, 7. *verba per deridiculum dare.*
Off. 1, 37, 134. *aut per ridiculum aut severe, maledice c*
seque dicitur. ubi Heusing. Virgil. Aen. 9, 31. *per*
Sil. Ital. 7, 594. *per subitum.* Vid. Drakenb. ad 15, 145
dorp. ad Apulei. Met. p. 164. 353. Tacit. Ann. 1, 75.
dae per honesta pecuniae cupiens. i. e. honesto modo
32, 7. *per aequa, per iniqua.* Virgil. Aen. 7, 66. *pedibus p*

Quod Bremius ad Sueton. Octav. 7. monuit, *per* plurimum addi nominibus vitiorum, non ad proprietatem particulae pertinet.

8. Quae fiunt ita, ut aliquam rem sibi coniunctam habeant, per eam fieri dicuntur. Germani dicunt *mit*.

Liv. 2, 38, 2. *hodiernam hanc contumeliam quo tandem animo fertis, qua per nostram ignominiam ludos commisere?* 3, 42, 2. *vinci se per suum atque illorum dedecus patiebantur.*

9. Fortasse eodem modi nomine comprehendi potest ille usus, quo *per* dicitur, ut, quo quid vergat, indicetur: nisi intelligitur id, quo quid dirigitur (germanice loquimur *in der Richtung von etwas*): veluti *per caput* est, quod alias *capite*.

Plaut. Asin. 2, 2, 85. *nudus vinctus centum pondo es, quando pendes per pedes.* Lambinus recte: in pedes ita ut pedes terrae appropinquent. Catull. 17, 9. *municipem meum de tuo velo ponte ire praecipitem in lutum per caputque pedesque.*

Sallust. Histor. 3. apud Priscian. p. 699. *dedecores multique per terga ab hostibus caedebantur.* Emendarunt critici *inulti* pro *multi* scribentes, sed quod, ut aiunt, auctoritate codicum omittunt *per*, id valde ambiguum videtur. Quae Cortius comparavit alia exempla, nihil ad rem.

10. Hac ratione pro *propter* dici *per*, facile concedi potest: nam res, quae causam agendi praestat, ipsa etiam moderatur actionem.

Plaut. Capt. 3, 5, 32. *qui per virtutem peritat, non interit.* Paullo aliter Caes. B. civ. 2, 30. *per virtutem in pugna belli fortunam experiri.* Vtrumque Germani reddunt *auf dem Wege der Tugend.*

11. Posterioris aetatis scriptores *per hoc, per haec* dixerunt pro *propterea*. Alias *per haec* est *his rebus agendis*, aut *his rebus ita se habentibus*.

Plin. Epist. 8, 10. *tristior audies neptem tuam abortum fecisse, dum se praegnantem esse puellariter nescit et per hoc quaedam custodienda praegnantibus omittit.* Iustin. 41, 2, 5. *per hoc omnibus servis nascentibus.* ubi Beneckius. Sueton. Dom. 14. *per haec terribilis cunctis.* Tiber. 52. *per quae multifariam inscriptum.* ubi Ernestius et Oudendorp. Burmannus ad tempus retulit. Multa alia dat Pricaeus ad Apulei. Met. 3. p. 137. Oudendorp. ad Apolog. p. 471.

Ovid. Fast. 2, 17, 30. *per hoc nitc citc artem, quod fere dicunt praecipitat.*

Suet. Tiber. 7. *adolescentiam omnem — per ludos fere transegit.* Claud. 10. *per haec et talia, minimam aetatis partem transacta — imperium cepit.*

Liv. 8, 6, 16. *per haec ne quo errore milites caperentur, edicit consules, ne quis extra ordinem in hostem pugnaret.* I. e. unter dieser Umständen.

Senec. Epist. 66, 32. *per illud, quod bene stant, patent sunt.*

12. Sed dicitur etiam de rebus singulis, quarum ordinem is qui agit quasi percurrit: simul tamen modus agendi exprimitur.

Seneca de Ira 3, 18, 1. *M. Mario — L. Sulla persuasit cruri, crui oculos, amputari manus iussit et quasi tectum occidebat, partem vulnerabat, paullatim et per singulos artus lacerabit.* Germani dicunt *gliederweis.* Florus 3, 21, 27. de eodem facinore: *ut per singula membra moreretur.* Sed quae apud Ruhnkenium 11. leguntur Sallustii verba: *ut in M. Mario, cui fracta prius crura artus exspiraret.* scripserunt *per artus.* parcasmum video in eo inesse, quod artus et crura exspirasse dicuntur: quare scripserim *cui — crura artusque exspirarent.*

13. Sunt quaedam dictiones, in quibus *per* exprimit conditionem rerum, qua intercedente aliquid agitur: quemadmodum dicitur *per fidem circumveniri, fallere*, quod est *data fide.* Cort. ad Sallust. Fragm. p. 951. Non recte Walchius Emendat. Liv. p. 215. explicuit esse *per speciem fidei.*

Senec. de Provid. 3, 7. *multa millia civium romanorum, uno loco post fidem, immo per ipsam fidem trucidata.* Plaut. Most. 2, 2, 70. *per fidem sum deceptus.* Cic. p. Rosc. Am. 40, 116. *per eius fidem laeditur.* ubi Matthiae. Beier. ad Off. T. 2. p. 311. Caes. B. gall. 1, 46. *eos ab se per fidem in colloquio circumventos.* ubi vide Oudendorp. Liv. 1, 9, 13. *per fas et fidem decepti.* ubi multa alia attulit Graterus. Tamen apud Liv. 40, 25, 7. *per inducias* est tempore inducianum: sed 42, 47, 1. *decepto per inducias et spem pacis rege.* Inducine et spes erant modus deceptionis.

Liv. 6, 29, 2. *adeste, dii testes foederis, et expetite poenas debitas simul vobis violatis nobisque per vestrum numen deceptis.* i. e. iuramento per vestrum numen facto.

14. *Per caussam alicuius rei* dicunt extenuata oratione, ut id indicent, quod aliquem commoveat ad agendum, aut quo nomine aliquid efficiatur. Inter-

dum etiam de praetextu usurpatur. Vide Casaubon. ad Sueton. Caes. 4.

Caes. B. gall. 7, 9. *per caussam supplementi equitatusque cogendi ab exercitu discedit.* B. civ. 3, 24. *per caussam exercendorum remigum ad fauces portus prodire iussit.* 3, 76. Liv. 2, 32, 1. *per caussam renovati ab Aequis belli educi ex urbe legiones iussere.* ubi Drakenb.

Liv. 22, 61, 8. *per caussam recognoscendi nomina captivorum ad Hannibalem ex itinere regressi.* Sueton. Caes. 4. *per caussam exigendae pecuniae.*

15. *Per omnia,* praesertim recentiore aetate, dictum est pro *in omnibus, omnino.*

Liv. 10, 39, 8. *iam per omnia ad dimicandum satis paratus.* Quintil. 10, 1, 28. *non per omnia poetas esse oratori sequendos.* Iustin. 19, 1, 13. *ne per omnia contumaces viderentur.* 42, 5, 9. *ne tamen per omnia nihil a Caesare obtentum videretur, Phrahati filium sine pretio remisit.*

16. *Per nomen aliquod* est nomine aliquo vel sub nomine aliquo.

Tacit. Ann. 1, 17. *si quis tot casus vita superaverit, trahi adhuc diversas in terras, ubi per nomen agrorum uliginea paludum et inculta montium accipiant.* Horatius Sat. 2, 2, 133. *sub nomine* dixit. Ovid. Art. am. 1, 385. *per amici fallere nomen.*

17. *Per publicum,* quod dicitur de publico incessu (Sueton. Ner. 9. *lectica per publicum simul vectus est.* Galb. 19.), recentissimis temporibus pro *publice* usurpatum est.

Cod. Theod. 16, 5, 51. et 56. *per publicum convenire.*

18. Grammaticorum est formula *exire per litteram, per syllabam* de vocabulorum extrema parte.

Quintil. 1, 6. 8. *dummodo per eamdem litteram in infinito exeant.* 1, 6, 25. *positiones in longe diversas figuras per obliquos casus exeunt.*

19. Poetae et scriptores recentiores etiam hac praepositione utuntur in contracta oratione ita, ut ad sententiam explicandam alia verba adhibere necesse sit.

Grat. Cyn. 383. *plurima per catulos rabies invictaque tardis praecipitat letale malum.* i. e. rabies inter catulos grassans. Statii Theb. 1, 105. *per nubila Phoebes atracia rubet arte labor.*

Sueton. Caes. 34. *per tumultum successor ei nominatus.*

20. Priscianus p. 987. *adverbii quoque vim obtinet, quando pro valde accipitur, ut Terentius in Andria* (3, 2, 6.) *per castor scitus puer est natus Pamphilo.* Cf, Donatum ad h. l. Gulielm. Plaut. Quaest. in Plaut. Mil. c. 6. p. 414. Significatur conditio rerum quasi penetrabilis, universa, tota. Germani loquuntur *durchaus, durch und durch.* Particula, quae per se constabat, quando nominibus praefigi coeperit ita, ut uno accentu comprehenderetur, definiri non potest. Ceterum recte monet Wagnerus ad Virgil. Aen. 1, 725. *per* cum adiectivis coniunctum *valde* significans pedestris esse, non poeticae orationis.

Terent. Hec. 1, 1, 1. *per pol quam paucos.* ubi Donatus: *ordo est pol perquam paucos reperias: nam per pol non est latinum, sed κατὰ τμῆσιν, perquam, id est nimio.* Andr. 3, 3, 28. Cic. ad Att. 1, 4. *per mihi gratum est.* de Orat. 2, 67, 271. *per mihi scitum videtur.* Plaut. Cas. 2, 6, 18. *per pol saepe peccas.*

Cic. ad Fam. 3, 5, 8. *per fore accommodatum tibi.* Gellius 3, 6. *per hercle rem mirandam Aristoteles — dicit.* 2, 18. *Phaedon — Platoni per fuit familiaris.* Cornel. Eum. 1, 4. *per — adolescentulus.* ubi Bremi.

Cic. ad Att. 15, 4. *ibi te quam primum per videre velim.*

Plaut. Mil. 1, 1, 33. *auribus per haurienda sunt.*

21. Rara sunt exempla huius praepositionis post nomen suum positae.

Plaut. Poen. Prol. 13. *exerce vocem, quam per vivis et colis.* Virgil. Aen. 6, 692. *quas ego te terras et quanta per aequora vectum accipio.* Lucret. 6, 1263. *prostrata viam per proque voluta corpora.*

22. Quod in inscriptione misenensi apud Orellium n. 3300. *per* legitur cum ablativo coniunctum, id inscitiae scalptoris etiam in aliis vocabulis conspicuae tribuendum est.

*) *Per* in libris commutatum cum *ad* exstat in Liv. 36, 6. cum *inter:* vide Drakenb. ad Liv. 35, 11, 10. cf. 38. 23, 6. cum *praeter* apud Liv. 35, 4. et 28, 42, 8. ubi Drak. cum *prae* et *pro:* vd. Drakenb. ad Liv. 9, 10, 7. 10. 13, 9. Gernhard. ad Cic. Lael. 19, 69. cum *propter:* vd. Drak. ad Epit. libri. Liv. 84. Heusinger. ad Cic. de Off. 2, 12, 6. Goerenz. ad Cic. de Fin. 1, 14, 48. cum *post:* vid. Burmann. ad Lucan. 2, 635. Walther. ad Tacit. Ann. 11, 17.

PERDIV. PERDVDVM.

Ex iis adverbiis, quae cum *per* composita sunt, ob sum admodum rarum notanda videntur *perdiu*, quod st *valde diu*, et *perdudum*, quod est *valde dudum*. *erdiu* non exstat apud comicos.

Cic. ad Att. 8, 22. *perdiu nihil eram auditurus.* de Orat. 1, 2, 8. *quum boni perdiu nulli — invenirentur.* Apulei. Florid. 1, 9. *praeco — perdiu stat aut ambulat.* ubi vd. Oudendorp.

Laevius in VI Erotopaegnion apud Priscian. 10. p. 901. (10, 8, 47.) *te Andromache perdudum manu lascivola ac tenellula, capiti meo trepidans, libens insolito plexi munere.* Plaut. Stich. 4, 1, 69. *vidi edepol hominem haud perdudum.*

PEREGRE.

Omnes grammatici docent *peregre* factum esse ex *er* et *ager:* at quo modo primitiva forma compositionis, quae in *admodum, obviam, propediem* non mutata st, obliterari potuerit, nemo exposuit. Quare alia via rit incedendum. Nam *peregre* originem duxisse videur a verbo antiquo *peragerare*, e quo adiectivum rodiit *peregerus* sive *pereger*, recentissimo usu egeneratum. Antiqua forma erat *peregrei*, quod vel *eregri* vel *peregre* pronuntiabatur. Hinc vero distinctio grammaticis facta. Charisius enim p. 189. *peregri utem, quum in loco est: Plautus in Persa* (1, 1, 30.): *ui erus peregri est. Naevius in Tarentilla: primum d virtutem ut redeatis, abeatis ab ignavia, domos, atres, patriam ut colatis potius quam peregri probro. eregre quum abit dicimus quis in locum, ut Titinius in Tibicina: Vt hic legatus abit peregre publice. lautus quoque in Praedonibus aut in Caeco: peregre st. Idem in Bacchidibus* (3, 6, 7.) *coenam peregre venienti. Peregre pro peregri Naevius in Tarentilla: ubi isti duo adolescentes habent, qui hic ante arta patria peregre prodigunt.* Non multa inveniur exempla apud scriptores veteres, praeter comicos: num in Ciceronis libris.

1. Significatio constat. Sicuti in aliis nominibus, uae locum spectant, etiam in hoc coniunctae sunt ra-

tiones loci, in quo aliquid versatur, et in quem aliq transit et e quo aliquis accedit. Itaque primum *pere* et *peregre* dicitur de eo, qui non in urbe sive non in tria, sed extra versatur. Opponitur *domi*.

Plaut. Amph. Prol. 5. *peregrique et domi*. 1, 1, 196. *quia eramus peregri, tutatust domi*.

Plaut. Pers. 1, 1, 30. *quia herus peregre est*. 44. *Ain peregre est?* Trin. 2, 4, 195. *gestandus peregre clypeus*. Phil. 5, 11, 32. *utpote qui peregre depugnavit*. Prudent. Perist 7, 89. *Vincenti peregre necandus martyr*. Alii *peregri*.

2. Deinde de iis, qui abeunt in exteram region vel locum.

Plaut. Cas. Prol. 62. *hinc adolescentem peregre ablegavit ter*. Cist. 2, 3, 37. *avecta est, inquit, peregre hinc habitat* Most. 1, 1, 24. 4, 2, 41. *postquam hinc peregre pater abiit*. T 1, 2, 112.

Plaut. Pseud. 1, 1, 49. *leno me peregre militi macedo minis viginti vendidit*. i. e. *ins Ausland*. Plin. Hist. nat. 12, 43. *illo abeunte peregre*. Sueton. Caes. 42.

3. Denique de loco externo, e quo aliquid affert aut unde aliquis in urbem vel in patriam redit.

Plaut. Stich. 4, 2, 7. *salvom gaudeo peregre in patriam disse*. Amph. 1, 1, 205. *tun' domo prohibere peregre me ac nientem postulas*. 2, 2, 216. Most. 3, 2, 54. *herus peregre ve* Asin. 4, 1, 16. *quod illa dicat peregre allatam epistol* Terent. Phorm. 2, 1, 13. Liv. 2, 6, 2. *alios peregre in regn Romam adcitos*. 28, 11, 6. *plus omnibus aut peregre nuntiatis visis domi prodigiis terruit* etc.

4. Metaphorica in dictione Horatius Epist. 1, 13. *dum peregre est animus sine corpore velox*. ubi vi Schmidium.

5. Charisius Instit. gramm. p. 86. *peregre ven sine praepositione dicendum: vim enim adverbii h bet, cui praepositio non adiicitur, ut rure venit, n a rure, nec a peregre*. Tamen Vitruvius e vulgari co suetudine 5, 6 (7), 8. *versurae procurrentes, quae ef ciunt una a foro, altera a peregre aditus in scenam*.

PERENDIE.

De origine vocabuli *perendie* variae exstant gram maticorum opiniones. Isidorus 5, 30, 22. *perendie*,

st per ante diem, vel in antecessum, id est, prius. espexisse videtur *in ante diem:* at quomodo *en* ex *nte* factum sit, non intelligitur. Charisius p. 191. *per-ndie quasi perempta die, quod notaverunt gramma-ici: quia quum de futuro dicimus, diem novissimo loco icemus, non ut die quarto.* Hoc comprobavit Gerh. ossius non demonstrans, quid esset illud *perempta die.* ed liber neapolitanus habet *per ea die:* unde Linde-annus coniicit scribendum esse *per eam diem.* Iam erottus legisse videtur in suo libro id, quod in editio-ibus permansit. „Perendie significat diem qui crastino roximus fuit vel erit, quasi peremto uno die." Vetus ocabul. *perendie idem est quod post cras, quasi per-mpta una die.* Martinius fuisse dicit „quasi *perundie*, er unum diem transeundo, praeter hunc, qui currit." enique Hartungus in libro de Casibus p. 207. arbitratur ompositum esse vocabulum ex *per* et ἦνη. Sed omnibus is opinionibus veriorem puto eam, quam Isaac Vossius t Doederlinus tradiderunt, esse *die πέραν.* Nam in cra-ino die terminus statuebatur, quem tertius excedebat.

Significatio una est de tertio die, ut primus sit eius, ui loquitur. Alioquin dicunt *tertio die.* Perrarus est ocabuli usus: nullum exemplum invenitur apud Te-entium. In omnibus autem locis praecedit vocabulum *ras.*

Plaut. Aul. 2, 1, 34. *quae cras veniat, perendie feras feratur.* Merc. 2, 3, 41. *cras agito, perendie agito.* Stich. 4, 1, 12. Cic. ad Att. 12, 44. *scies igitur fortasse cras, summum perendie.* 13, 30. ad Fam. 16, 17, 3. *cras aderit: videbis igitur: nam ego hinc perendie mane cogito.*

PERINDE. PROINDE.

Vt naturam vocabuli *perinde* recte perspiciamus, ıcipiendum est a vocabulo *proinde*, quod grammatici, uum vim eius in concludendis sententiis cognovissent, oniunctionem appellarunt. In multis vero locis dice-atur de aequandis rebus: quare alii multi, ut Manutius d Cic. Epist. fam. 10, 4. 11, 28. Rivius ad Terent. horm. 2, 3, 85. Graevius ad Cic. Epist. fam. 10, 24. cheller. in Observ. p. 50. Passovius ad Tacit. Germ. 6. Valchius ad Tacit. Agr. 10. in eo acquieverunt, ut di-

cerent *proinde* poni pro *perinde*, nullo significationi discrimine: alii, in quibus J. Boherius ad Cic. Tusc. 1, 36 et Heindorf. ad libr. de Nat. d. 2, 38. audacius opinati sunt *proinde* pro *perinde* non poni, nisi errore librariorum: quibus Ruhnkenius in notis ad Rutil. 1, 9. documenta satis firma opposuit, inscriptionem antiquam apud Maffeium Mus. Veron. p. 325. cui addi potest Lex iudiciaria Galliae cisalpinae, in qua legitur PROINDE ATQVE. Donatum in scholiis ad Terentii locum modo dictum, Lucretii versus 3, 1048. 1066. 4, 998 (1001), in quibus *perinde* non admittitur a metro. Lambinus in Ciceronis libris ubique restituendum existimabat *proinde*. Haec ut conciliarent Garatonius ad Cic. p. Mil. 7 Herzogius ad Sallust. Cat. 12, 5. Frid. Iacobus in Iahni Annal. Vol. 7. p. 137. Kiesslingius ad Tacit. Germ. 5 statuerunt, *perinde* simpliciter poni in rerum aequalium et similium comparatione, *proinde* cum quadam consequutionis potestate ita, ut causae vel rationis nexus aliquis appareret. Hessius in Comment. in Tacit. Germ. p. 10. promiscuum horum vocabulorum usum eo determinat, quo *proinde* rarius cum negatione coniungatur, *perinde* numquam in adhortatione ponatur: unde hoc fiat, non exponit. Ex Waltheri sententia (ad Tacit. Ann. 3, 17.) *perinde* nexum temporis et loci indicans significat *eben so*, *proinde* causam, *demgemäfs*. Idem ad Agric. 10. diversum hunc usum refert ad aevum augusteum et *proinde* appellat antiquiorem formam. Zumptius ad Cic. Verr. 1, 38. ita: *perinde* esse *pariter*, *gleich*, *proinde* idem quod *similiter*, *verhältnifsmäfsig*, *demgemäfs*, et ubi de similitudinis abusu in re falsa sermo sit, scribendum esse *proinde quasi*, *proinde ac*. Quae Herzogius ad Caes. B. civ. 3, 1, et ad 3, 60. disserit, quoniam ego ipse non satis percepi (nam quid intersit inter *gerade so als ob* i. e. *proinde ac* et *gerade als ob* i. e. *perquam ac*, si respicio latina verba, non assequor) hic non referam, id tamen monens, cur *proinde ac* reddamus *ganz so geradezu*, *perinde* autem *gerade als*, nullam omnino esse caussam. Denique Ellendtus ad Cic. de Orat. 3, 20, 74. novam explicationem proposuit hanc: *pro* adverbium eam potestatem habere, quam praepositio in formulis *pro portione*, *pro virili parte* habeat, atque significare aliquam rei cum iudicandi modulo convenientiam: unde fiat *proinde*, quod sit inde pro re nata. *Perinde* non explicavit. At ea vis, quam prae-

positio in istis formulis obtinet, non tantum valet, ut adverbium per se significare possit *pro re nata.*

Quae quum ita sint et in iis locis, in quibus libri scripti nobis cogniti unam scripturam exhibent, verendum sit, ne in aliis aliquando diversa appareat, tenendum videtur id, quod ipsis vocabulis innatum est. *Inde*, quod significat *ex illo loco in hunc locum*, *ex illa re in hanc* (*daher*), quomodo fiat ut sit *eo modo*, *ea ratione*, expositum vide Tom. 3. p. 566. Accedit *pro*, quod progressum indicat: unde exsistit plenior notio prorsus *inde*, *geradezu* (*hin*), vel ut quaedam germaniae gentes loquuntur *strack*, et *gerade so*. Eodem modo compositum est vocabulum *prout*. Iam vero ut huic notioni maior vis adiiceretur, idoneum vocabulum erat *er*, quod totam rem complectitur: de quo vide p. 448. Quare dicendum fuisset *perproinde*, quod esset *ganz gerade so*: sed dixerunt *perinde*. Hoc igitur gravius est vocabulum, *proinde* lenius.

Proinde ab origine est antiquior forma, nec mirum videri potest, significationem primariam in exemplis recentioris aetatis apparere: id quod in multis vocabulis factum est. Duplex autem est ratio, qua *inde* vel a loco (*geradehin*) vel a modo (*gerade so*) dicitur. *Perinde* nihil differt nisi aucta notione.

His positis habemus, quo universum horum vocabulorum usum explicemus. Utrumque igitur poni potest in aequalium rerum comparatione, nec multum interest saepe, ubi discrepant libri, utrum eligamus: at non potest *perinde* dici, ubi similitudinis speciem comparamus et, quod saepe fit, cum ironia loquimur, nec ubi ad vocationem vel ad exhortationem adiicienda est particula: consequutionis autem notio, quam grammatici vocabulo *proinde* tribuunt, quasi sit *igitur*, *ideo* (vid. Ramshorn. Gramm. p. 877. Heindorf. ad Cic. de Nat. d. p. 88, 96. Reisigii Gramm. p. 427.) ab antiquo usu prorsus aliena, ne in iis quidem, quibus aliquem adhortatur, explicandis iustum locum obtinet. Glossae graecae comparant παραπλησίως, ὁμοίως: sed latinis vocabulis non tam similitudo, quam modus similitudinis indicatur.

Paulus e Festi libro: *deinde compositum est ex praepositione et loci significatione, ut exinde, perinde, proinde, subinde, quae item tempus significant.*

libri scripti fere ubique variant, neque ubi omnes consentire videntur, fidem habent in notis. In Cic. Verr. 3, 67, 283. omnes libri hucusque collati praebent *proinde quasi*, fidem tamen 3, 19, 48. *perinde — quasi*. Cf. Arntzen. ad Aurel. Vict. p. 513. Drakenb. ad Liv. 3, 44, 2. In Taciti scriptis Bekkerus ubique dedit *perinde*, etiam antiquo Annalium libro non conveniente: quamquam causa, cur Tacitus non utroque vocabulo uti potuerit, nulla apparet.

Quum *perinde* apud Plautum in duobus tantum locis, apud Terentium semel exstet, videndum erit de aetate huius vocabuli et de antiquorum librorum auctoritate. Ex Plauti Sticho Charisius 2. p. 188. affert, ut *perinde* pro *proinde* dictum probet: *Vt proinde homini res parata est, perinde amicis utitur.* Sed in exemplaribus Plauti haec leguntur: *ut cuique homini res parata est, firmi amici sunt.* Etiamsi Charisium putes scripsisse, *ut cuique homini res parata est, perinde amicis utitur*, facile tamen tibi persuadebis grammaticum interpolato libro usum fuisse. *Proinde* iam Ciceronis aetate obsoletum fuisse Reisigius Gramm. p. 468. existimat, sed nullo argumento.

I, 1. *Proinde* translata notione (nam propria obliterata est) dicitur de eo, quod recta quasi via comprehenditur, ut sit *prorsus*, *geradehin*, et aliis rebus remotis, *sine ulla alia ratione*, *ohne weiteres*. Hinc dicitur praesertim in negativa sententia de eo, quod non prorsus enuntiari aut affirmari potest. Ellipsin reconditam grammatici perhibent, cuius caussam vel necessitatem non perspicio.

Quintil. 5, 13, 21. *proinde praecipites, insidiosae, impotentes deprehenduntur.* Perverse iudicio critici scripserunt *perinde.* Opponuntur praecipites et insidiosae accusationes iis, quae ac crudeles, inhumanae, superbae sint, coniectura excutiuntur, atque dicuntur *proinde deprehendi* i. e. sine ulla dubitatione, recta ratione, *geradehin*, *ohne weiteres*. Iustin. 31, 7, 6. *proinde gratum se munus accipere.* i. e. se non cunctari, quin accipiat. Columell. 11, 2, 68. *nonnulli gustu explorare maturitatem tentaverunt, ut sive dulcis esset sapor uvae sive acidus, perinde aestimarent.* Inepte loquutus esset Columella, si dixisset aequo modo dulces et acidas uvas existimari. Dixit: gustu aestimarunt utpote certo indice, nulla alia ratione adhibita, *ohne weiteres*, *geradehin*. Scripsit igitur *proinde.*

Tacit. Agr. 10. *mare pigrum et grave remigantibus ne ventis quidem proinde attolli.* Substituunt interpretes *ut alibi.* At sententia est: mare pigrum ventis quidem commoveri, sed non

prorsus attulli: *es werde nicht einmal von den Winden geradehin erhoben.* Tacit. Germ. 5. *nec tamen affirmaverim nullam Germaniae venam argentum aurumve gignere: quis enim scrutatus est? Possessione et usu haud proinde afficiuntur.* Stürenburgius interpretatur: haud proinde ut ii, qui scrutantur: quod omnino falsum est. Alii accipiunt: haud proinde atque Romanis: quod et obscurum nec satis aptum. Alii melius: non proinde ac debent, ac consentaneum est. Sententia est: Possessio auri apud Germanos non tantum valet, ut dici possit, eos affici. *Der Besitz des Goldes ist nicht geradehin ihre Neigung.*

Sueton. Caes. 22. *proinde ac se insultaturum omnium capitibus.* i. e. *geradehin.*

2. Ab antiquissimo tempore particula usurpabatur n evocatione et in exhortatione: cui addit maiorem vim ta, ut intelligatur, non cessandum, nec quidquam aliud espiciendum, nec aliud quid reliquum esse, aut ut coninuus inter actiones appareat nexus nulla alia re interedente. Cf. Mutzel. ad Curt. p. 69. Praeponitur gitur sententiis, in quibus imperativus aut coniunctivus dhortationem vel iussum designat. Germani dicunt *ohne veiteres, geradezu, immerhin.* Quod vero hae sententiae fere rem in se habent, cuius agendae caussa in anecedentibus est dicta, ipsi particulae non innata est vis uaedam conclusionis, sed mutua sententiarum ratio per e constat. Apud Plautum Rud. 5, 2, 43. *non potest riobolum hinc abesse. Proin tu vel aias vel neges.* ulla est conclusio expressa. Est enim *ne cunctare, ne lias conditiones respice, sed tene rem: ohne weiteres.* Scilicet cogitari potest: *quae quum ita sint.*

Plaut. Mil. 3, 1, 185. *ego ita esse, ut dicis, teneo pulchre. Proin, Palaestrio, quam potes, tam verba confer maxume ad compendium.* Grammatici veteres caussam satis perspectam habuerunt. Nam Donatus ad Terent. Phorm. 2, 3, 85. *ita similitudinis adverbium est modo, non coniunctio: ut, proinde tona eloquio solitum tibi.* Plaut. Stich. 5, 2, 18. *quid id ad te attinet? Proin tu lavare propere.* Capt. 2, 2, 40. *Genio suo ubi quando sacruficat, ad rem divinam quibus est opus samiis vasis utitur, ne ipse Genius surripiat: proinde aliis ut credat vide.* Erunt qui explicent: quare, igitur vide. Sed dicit Hegio: nihil obstat, quo minus videas, hoc satis est argumenti. Amph. 1, 1, 159. *coenavi modo: proin tu istam coenam largire, si sapis, esurientibus.* As. 1, 1, 12. Terent. Andr. 2, 4, 5. Eun. 1, 1, 11. Sisenna apud Charisium p. 175. *proin dato aliquid, quod*

domi habebis. Cic. ad Fam. 12, 6, 5. *proinde fac tantum animum habeas.* Caes. B. gall. 7, 50. Virgil. Aen. 11, 383.

Quo minus emendationem in Cic. Acad. 2, 19, 62. a Gorenzio factam comprobemus, obstat, quod adest, vocabulum *etiam.*

Plaut. Capt. 4, 2, 74. *nec nihil hodie, nec multo plus tu hic edes, nc frustra sis. Proin tu tui quotidiani victi ventrem ad me offeras.* As. 3, 3, 54. *proinde istuc facias ipse, quod faciamus, nobis suades.* i. e. *mache du's immerhin so, wie du von uns verlangst.* Men. 5, 2, 31. *verum vivere hic non possum, neque durare ullo modo. Proin tu me hinc abducas.* Capt. Prol. 62. *proin, si quis pugnam exspectat, lites contrahat.* Cas. 1, 25. *mea praeda est illa: proin tu te in laqueum induas.* Terent. Heaut. 1, 2, 3. Cic. in Verr. 5, 71, 183. Caes. B. gall. 7, 66. *proinde in agmine impeditos adoriantur.* ubi Herzogius non recte comparat πρὸς ταῦτα. 7, 38. Videtur restituendum in Senecae Hippol. 261. *proin castitatis vindicem armemus manum.* Vulgo *pro.* Lepid. ad Cic. 10, 34, 11. *et proinde tua auctoritate me tuendum existimes, quo tibi plura tuo merito debeo.* Haec interpunctione ita sunt constituenda, ut *et* novam sententiam incipiat, quae est: iam ne dubita existimare etc.

Plaut. Men. 2, 2, 51. *iam ergo haec madebunt, faxo: nil morabitur. Proin tu ne quo abeas longius ab aedibus.* de quo loco non ante licebit iudicare, quam metrum vitio laborans emendatum erit. Si recte dicitur *proin tu ne*, sententia est: mitte alia et mane.

In obliqua oratione Plaut. Amph. 1, 1, 59. (64.) *respondent, bello se et suos tutari posse: proinde uti propere de finibus suis exercitum deducerent.* i. e. *ohne weiteres sollten sie schnell abziehen.* Cic. in Verr. 2, 29, 70. *ait, accusatores eius multo maiorem pecuniam praetori polliceri quam quantam hic dedisset: proinde, si saperet, videret, quid sibi esset faciendum.* Liv. 21, 30, 11. *proinde aut cederent animo atque virtute genti — victae, aut itineris finem sperent campum* etc. Caes. B. gall. 5, 34. Tacit. Ann. 3, 17. 16, 26. Iustin. 1, 6, 11. 11, 12, 15. Sueton. Caes. 66.

3. Quum *proinde* rectam viam et rationem significet, in comparatione rerum aequalium vel similium indicat nihil intercedere, quo minus res componantur, sed eas prorsus convenire. Germani dicunt *gerade so, geradezu.* Adiunguntur vel sequuntur in altera parte sententiae *ut, ac, ac si, quasi, tamquam, quam, quam si.* Illud *proinde ut* etiam pro *proinde ac si* di-

ebatur: *proinde ac*, ubi intelligas *proinde ac si*. *Proinde quasi* saepius de simili specie et cum ea ironia dicitur, qua res non vera confertur. Sed scriptores uidam, praesertim recentiores, *proinde* in omnibus aequationis generibus usurpabant. Ceterum Gaeatonius ne caussa negavit *proinde* cum negatione umquam sse coniunctum. Exempla verborum *non proinde, aud proinde* sat multa exstant.

Plaut. Amph. 1, 3, 18. *numquam edepol quemquam mortalem credo ego uxorem suam sic effictim amare, proinde ut hic te effictim deperit.* 2, 1, 8. *proinde ut commodum est et habet, quidque facias.* 2, 2, 126. Prol. 63. Cas. 1, 8. Most. 1, 2, 14.

Plaut. Amph. 3, 3, 27. *haec curata sint, fac, sis, proinde adeo, ut velle me intelligis.* Terent. Hec. 2, 1, 21. *ut vos domi mihi eritis, proinde ego ero fama foris.* Plaut. Capt. 2, 2, 64. *is, uti me hic habueris, proinde illum illic curaverit.* Planc. ad Cic. 10, 4, 12. *quod si proinde, ut ipse mereor, mihi successerit* etc. Lucret. 4, 657.

Varro de Re r. 3, 17, 4. *proinde ut sacrificat ac sanctiores quam illi in Lydia — sic hos pisces nemo cocus in ius educere audet.*

Plaut. Amph. 2, 1, 85. *at te ego faciam hodie, proinde ac meritus es, ut minus valeas.* Trin. 3, 2, 83. Varro de Re r. 3, 8, 1. Lucret. 3, 1066. Plancus ad Cic. 10, 11, 7. *ut proinde ad omnia paratus essem ac res me moneret.* Rutil. Lup. 1, 8. *calamitati nostrae proinde atque culpae succensuit idem Philippus.*

Matius ad Cic. 11, 28, 4. *proinde ac si iam vicerint.* Cic. ad Att. 3, 13. *proinde habebo ac si scripsisset nihil esse.* Tusc. 5, 2, 6. ubi alii libri *perinde*, sicuti apod Caes. B. civ. 3, 72. Cornel. Alc. 6, 1. *proinde ac si solus advenisset.* Lys. 2, 2. Alc. 6, 4. Columell. 2, 7, 2. *nunc autem proinde ac si temperatae regioni praecepta dabuntur.* Ondendorp. ad Caes. B. civ. 3, 1. ubi tamen scribendum est *perinde.*

Plaut. Amph. 2, 2, 53. *atque me nunc proinde appellas, quasi multo post videris.* Poen. 4, 2, 23. *proinde habet hic orationem quasi ipse sit frugi bonae.* Terent. Phorm. 2, 3, 35. *proinde expiscare quasi non nosses.* Heaut. 1, 1, 13. Cic. Tusc. 1, 36, 86. *Metelli sperat sibi quisque fortunam: proinde quasi aut plures fortunati sint, quam infelices, aut* etc. Haec Ellendtus ita accepit: quasi ex ea, qua utuntur, ratione illud consequens sit. Quod nimium est. Redde *gerade als wenn.* Cic. Acad. 2, 24, 109. *proinde quasi sapiens nullum aliud decretum habeat.*

[illegible] Cluent. 39, 109. *proinde quasi non satis signi esse deberet.* [illegible] Verr. 1, 38, 98. *imputrat ut senatu, ut dies sibi prorogentur* [illegible] *proinde quasi constituendi potestatem non haberet.* 2, 30, 101. [illegible] Quint. 14, 45. de Leg. 2, 19, 49. Sallust. Iug. 4, 8. Cat. 12, 5.

Plaut. Trac. 2, 3, 3. *si proinde amantur mulieres, diu quem lavant.* Gellius 9, 3. *quod equidem dis habeo gratiam, non proinde quia natus est (filius), quam pro eo, quod cum nasci contigit temporibus vitae tuae.*

Gellius 15, 20. *proinde est, tamquam si ego dicam, etc.* 2, 7. *proinde ut a nobis aguntur, ita ipsis antiquitus aut probanda fiunt aut reprehendenda.*

Varro de Re r. 1, 2, 19. *sic factum, ut Libero patri repertori vitis hirci immolarentur, proinde ut capite darent poenam.* 2, 1, 27. *proinde ut non aliquoties dicatur Romae paperisse mulam.* de Ling. lat. 5, 7. *quem profanum dicitur, id est proinde ut sit fani factum.* 8, 36.

Caes. B. civ. 3, 60. *pecuniae mutuati, proinde ac suis satisfacere — vellent.*

4. *Perinde habere* et *perinde esse* frequenter dicebatur, et exempla posthac afferenda monstrabunt: sed etiam *proinde* cum iisdem verbis coniungi et de aequalitate dici, antiquorum librorum auctoritate demonstratum iverunt Victorius et Graevius. Tamen consideranda est vis orationis, quam maiorem praebet *perinde*, minorem *proinde*.

Planc. ad Cic. 10, 24, 10. *quod ex tam insigni amicitia mea atque Caesaris hunc filii loco et illius et vestro iudicio substitutum non proinde habere mihi turpe videtur.* Ita antiqui libri, et recte: nam exactam aequalitatem non requirimus reddentes *nicht gerade so wie.* Sallust. Iug. 4, 7. *etiam homines novi — furtim et per latrocinia potius quam bonis artibus ad imperia et honores nituntur, proinde quasi praetura et consulatus atque alia omnia huiusce modi per se ipsa clara, magnifica sint, ac non perinde habeantur, ut eorum, qui sustinent, virtus est.* Qua ex caussa Reisigius *proinde habeantur* falsum esse dicat, non assequor: id tamen sentio per *perinde* alterum sententiae partem apte efferri. Est enim: *und nicht ganz gerade so wie das Verdienst in Betracht kommen.* Mirum in modum Ellendtus interpretatur illud *proinde quasi* verbis: „in iudicando et concludendo eam rationem sequentes: *nach dem Princip.*“

5. Nauckius in Promptuar. philol. a Jahnio et Klotzio editi vol. 8. p. 290. novam vocabuli *deinde* originationem proponens, quasi ad nomen *dein* accesserit *de* (qua quidem nihil efficitur; quum maneant eadem elementa *dein-de*) contendit *proinde* semper fuisse tribus syllabis pronuntiatum, neque in explicando loco Prisciani Tom. 2. p. 268. errasse. At vera est res, quam exposui. Vocabulum *deinde* ab origine constabat tribus syllabis et in antepenultima ponebatur accentus tam gravis, ut proxima vocalis in unum sonum coiret productum. Sic etiam *proinde* semper pronuntiabatur, ut quae tres erant syllabae pro duabus acciperentur. Cf. Reisigii Gramm. p. 272. Quod idem vir doctus de significatione profert, non intelligo. Dicit enim *perinde* esse *ofort da von* i. e. *aeque*.

De forma *proin* dictum est Tom. 2. p. 239. *Perin* non in usum venit: quod sententiam de origine vocabuli a me expositam comprobat.

II. 1. *Perinde*, quod maiorem vim habet et aequalitatem exacte definitam significat, quam Germani dicunt *ganz gerade so*, cum iisdem particulis, quae in usu verbi *proinde* comparationem constituunt, *ut*, *ac*, *ac si*, *tamquam*, *quasi*, componitur. Recentiores scriptores etiam *prout*, *quum*, *quam si*, posuerunt. Vocabulum *quasi* nunc rationem tum admittit, quum maxima sententiae vis in *perinde* sita est: veluti apud Tacitum Ann. 4, 22. *quod perinde creditum quasi principis monitu*: quod est: *es wurde ganz so geglaubt, als wäre es auf des Fürsten Antrieb geschehen*. Vbi vero *quasi* speciem tantum similitudinis indicat cum ironia, semper dicitur *proinde quasi*, non *perinde*: veluti Cic. p. Mil. 7, 17. *hoc enim saepe ab istis dicitur, proinde quasi Appius Ille Caecus viam munierit*. ubi editiones quaedam *perinde* habent.

Plaut. Pseud. 2, 1, 3. *nam omnes res perinde sunt, ut agas, ut magnifacias*. Terent. 1, 2, 21. *atque haec perinde sunt, ut illius animus, qui ea possidet*. Cic. de Orat. 3, 56, 213. *sed haec ipsa omnia perinde sunt, ut aguntur*. Brut. 50, 188. *haec perinde accidunt, ut eorum, qui adsunt, mentes verbis et sententiis et actione tractantur*. de Off. 3, 33, 121. *habes a patre munus, Marce fili, mea quidem sententia magnum, sed perinde est, ut acceperis*. i. e. vel magnum vel non magnum erit munus, prout acceperis. Tusc. 1, 39, 94. de Inv. 2, 58, 175.

Cic. ad Att. 16, 5. *non perinde atque ego putarem.* p. Marc. 4, 12. *vereor, ut hoc, quod dicam, perinde intelligi auditu possit, atque ego ipse cogitans sentio.* Liv. 28, 38, 10. *Africam ei, perinde ac debellatum in Italia foret, provinciam destinabant.* 2, 58, 1. *tributis comitiis creati tribuni sunt, numero etiam additis tres, perinde ac duo antea fuerint, Piso auctor est.* 32, 21, 2, ubi Drakenb. Plin. Ep. 6, 1, 1. *desiderium absentium nihil perinde ac vicinitas acuit.* Sueton. Ner. 15. *sententias tacitus ex secreto legens, quod ipsi libuisset, perinde atque pluribus idem videretur, pronuntiabat.*

Cic. ad Att. 13, 49. *quod ego perinde fuebar, ac si usus esem.* Partit. orat. 24, 84. p. Q. Rosc. 5, 15. Columell. 2, 8, 4. *quod sicco solo ingestum et inoccatum est perinde ac si repositum in horreo non corrumpitur.* Quintil. 5, 10, 112. Pompon. in Dig. 26, 7, 61. *perindeque haberi debet, ac si res fortuito casu interiisset.* Lex regia de Vespasiani imperio (Orelli Inscr. Collect. T. 1. p. 567): *omnium rerum ius perinde habeatur, servetur, ac si e lege senatus edictus esset habereturque.*

Liv. 4, 8, 7. *perinde hoc valet, plebeius ne consul fiat, tamquam servum aut libertinum aliquis consulem futurum dicat?* Gellius 15, 29.

Plaut. Stich. 1, 2, 42. *bonos ut aequum est facere, facitis: quum tamen absentes perinde habetis, quasi praesentes sint.* Cic. p. Caec. 21, 61. *perinde valebit quasi armatissimi fuerint.* in Verr. 3, 19, 48. *perinde loquor, quasi in eo sit iniquitas eius reprehendenda.* p. Quint. 26, 83. Tusc. 3, 26, 62. Tacit. Ann. 13, 47.

Cic. p. Mil. 7, 19. *nisi vero quia perfecta res non est, non fuit punienda, perinde quasi exitus rerum, non hominum consilia, legibus vindicentur.* Scribendum est *proinde.* Item Tusc. 1, 36, 86. in Verr. 1, 39, 99. 1, 38, 98.

Plin. Pan. 20, 6. *meminerint, perinde coniecturam de moribus suis homines esse facturos, prout hoc vel illud elegerint.* Senec. Epist. 89, 14. In Quintil. 9, 4, 34. antiqui libri variant. Sed iis, qui Spaldingium reprehenderunt, quod *perinde* receperat, exemplis demonstrandum erit *proinde* cum *prout* componi.

Tacit. Ann. 6, 30. *perinde se quam Tiberium falli potuisse.* 11, 10. — *si perinde amorem inter populares quam metum apud hostes quaesivissent.* 4, 20. Hist. 4, 72. *nec perinde periculum aut metus quam pudor ac dedecus obstupefecerat.* Ann. 2, 1. *haud perinde nostri metu quam fidei popularium diffisus.* 2, 5. 3, 31. 13, 21. Sueton. Dom. 15. *nulla tamen re perinde commotus est,*

quam responsa oraculaque deorum. Plin. 2, 3, 3. *pervicax ejus-ciosa mors eorum fuit quam pugna.*

Tacit. Ann. 1, 73. *iusiurandum perinde aestimandum quam si Iovem fefellisset.* 13, 49.

2. Alia forma haec est, qua *perinde* apponitur rei comparandae, ut dicatur *perinde ut — ita, perinde quasi — ita*, et similiter alia. Vid. Drakenb. ad Liv. 7, 6, 8.

Cic. p. Cluent. 25, 69. *nam perinde ut opinio est de cuiusque moribus, ita quid ab eo factum aut non factum sit, existimari potest.* Liv. 7, 6, 8. *perinde ut evenisset res, ita communicatos honores pro bene aut secus consulto habitura.* 7, 5, 7.

Terent. Heaut. 1, 1, 13. *proinde quasi nemo siet, ita tute attente illorum officia fungere.*

Cic. de Div. 2, 42, 89. *verum esse censent perinde, utcumque temperatus sit aër, ita pueros orientes animari atque formari.*

Oratoriae eloquutioni tribuendum est quod legitur apud Cic. p. Rosc. Com. 5, 15. *perinde ac si in hanc formulam omnia iudicia legitima, omnia arbitria honoraria, omnia officia domestica conclusa et comprehensa sint, perinde dicemus.*

3. Recentiori aetate *perinde*, quod esset *prorsus eo modo* sive *eodem modo*, cum nominibus per *et* vel *que* coniunctis solebat componi aut ad duas res aequandas referri. Stürenburgius in edit. Cic. Offic. p. 154. negavit *perinde* umquam significare *eodem modo*. Tamen exempla huius usus exstant, quae nemo adhibebit, ut nostrorum hominum loquutionem *perinde est utrum — an* defendat.

Tacit. Ann. 2, 2. *perinde odium pravis et honestis.* Hist. 4, 42. *qui perinde dives et eloquentia clarus.*

Tacit. Hist. 5, 6. *periti imperitique nandi perinde attolluntur.*

Tacit. Ann. 12, 41. *spectaret populus hunc decore imperatorio, illum puerili habitu, ac perinde fortunam utriusque praesumeret.*

Quae e Livii libris 4, 37. 8, 44. afferuntur, aliter esse explicanda posthac dicemus.

Apud Iustinum legitur *proinde* 41, 3, 8. *proinde secunda adversaque silentio tegunt.* Videndum, an in omnibus libris scriptura constet.

4. Suppressa altera parte comparationis exsistit elliptica illa forma, qua *perinde* ad aliquid refertur, quod antecedentibus verbis expressum est. Vid. Duker. ad Liv.

[redacted] *prorsus eo modo*, sed nec [redacted] verborum *haud perinde, non perinde*.

[redacted] *Quintil.* 8, 3, 69. *Mithridates corpore ingens, perinde armatus.* Flor. 1, 13, 4.

[redacted] *Virginius* [redacted] *Perinde ac* [redacted] *exempli recti domi utilitatem.* [redacted] *perinde ac fuerat, liberique instituantur*, i. e. non [redacted] *prorsus eo modo, ac Virginius vir erat exempli recti.* 4, 57, 6. *haud vana attulere: sed nec perinde Patres moti sunt, et Scipiones — omnia temere ac negligenter egit*, i. e. non eo modo, ut haud vana attulerunt: i. e. nec in quidem modum. 3, 17, 10. Tacit. Ann. 4, 61. Q. *Materia — eloquentiae, quoad vixit, [redacted] haud perinde retinentur.* i. e. non [redacted] celebritate. 2, 82, 12. 21, 14, 69. *Plautio parum [redacted] perinde ocultum fuit.* i. e. ut Sallusti exodus. 18, 36. *Scipionibus non longum est absentibus ut immotus ita respublica perinde immota ac propria fuit.* i. e. ut si adesset. Hist. 1, 89. 4, 58. Germ. 34. Flor. 3, 2, 2. *eque eodem, perinde ingenio.* Plin. Epist. 2, 1, 3. *Annia Virginii Rufi, maximi et clarissimi [redacted] perinde felicis.* 1, 8, 12.

Sueton. Caes. 56. *quartam elementorum litterarum, id est, d pro a, et perinde reliquas commutat.*

5. Id, quod in hanc comparationem venit, interdum ex iis petendum est, quae sequuntur.

Tacit. Ann. 15, 37. *ipse quo fidem acquireret nihil usquam perinde laetum sibi, publicis locis struere convivia totaque urbe quasi domo uti.* Errat Stürenburgius quum sententiam explet verbis *perinde ut Romam.* Intellige publicas res. Nam *nihil usquam* idem est quod *nihil unquam*.

6. Sed rediit hic usus ad primitivam, quam supra exposui, notionem, quae erat *prorsus, geradehin*, ut ne opus quidem nunc sit de explenda sententia elliptica cogitare. Dicitur enim de rebus exacte definiendis, sicuti Germani loquuntur *nicht ganz gerade so*. Id grammatici quidam ita acceperunt, ut docerent, *perinde* significare *valde, haud perinde* esse *haud magnopere, nicht sonderlich*. Vide Böttcheri Lex. Tacit. p. 353. Negavit hoc [redacted] Ruhnkenio (Praef. ad Schelleri Lex.

. 517. edit. Friedem.) Stürenburgius. Atque etiam in is alteram partem comparationis esse mente percipien- am, iam Schwarzius in Tursellino monuit. Cf. Duke- us ad Liv. 23, 21. Rothius ad Tacit. Agr. Neque in niversum negari potest, ex eius generis formis ellipticis rodire novas particularum significationes. Ita factum st, ut etiam *non perinde* per se staret significans *nicht eradehin*. Recentiores scriptores hoc cum significatu tiam *non proinde* dixerunt.

Sueton. Galba 13. *quare adventus eius non perinde gratus fuit.* Tiber. 52. *Drusus animi fluxioris — erat. Itaque ne mortuo quidem perinde affectus est, sed tantum non statim a funere ad negotiorum consuetudinem rediit.*

Petron. 83. *intravit senex — cultu non proinde speciosus, ut facile appareret, cum ex hac nota literatorum esse, quos odisse divites solent.* Si quis illud *non proinde speciosus* referret ad antecedentia, quasi esset *ut magnum promittebat*, totam orationem turbaret. Gellius 19, 14. *Nigidianae autem commentationes non proinde in vulgus exeunt.*

Vita Terentii: *percipiendi Graecorum instituta moresque, quos perinde exprimeret in scriptis, egressus urbem est.* i. e. perinde uti exstant in Graecorum vita, quod est, exacte.

PERPERAM.

Adiectivum *perperus*, e quo *perperam* descendit, Nonius 2, 626. exemplis Accii monstravit antiquo in usu uisse: quem obsoletum recentissimi scriptores, ut sole- ant, revocarunt. De origine vocabuli semper erit in- erta coniectura. *Per* enim ad alia vocabula accedens aepe indicat perversam actionem et interitum, sicuti ermanicum *ver:* atque dicitur *periurus*, *perfidus*, *per- re* aliaque: quo autem modo ex hac praepositione or- um sit nomen, non tam facile intelligitur. Si vero *pe- um* significavit *perversum*, *perperum* erat *prorsus per- ersum*. Ex hoc latino vocabula graeca πέρπερος et περ- περεύεσθαι facta esse, argumentis satis idoneis comproba- it Doederlinus in Etymol. Tom. I. p. 64. Graeca iam Reinesius comparavit in Epistol. ad Daumium p. 4. ubi Casp. Barthii ineptam opinionem, *perperam* corrupta pronuntiatione e *querquera* factum esse, reiicit.

Perperam significat perverse (*verkehrt*), et opponitur vocabulo *recte*. Quod Weberus indicari dicit perversam actionem, quae non e consilio neque ex voluntate proficiscatur, et quod Doederlinus *perperam* refert ad rem non verum (*unrichtig*), *falso* ad hominem errantem (*aus Irrthum*), haec omnia neque vocabulo insita nec usu comprobata sunt. *Perperam* enim et rem non recte actam et iudicium perversum significat, nec attinet, utrum qui perperam agit, invitus in errorem inciderit, an cum consilio fefellerit alios re perverse acta. De vocabulo *falso* dixi Tom. 2. p. 687. Nec mirum videbitur *perperam* cum nomine *falso* commutari. Plautus Mil. 2, 4, 89. composuit utrumque: *ita me insimulatum perperam falsum esse somniavi.*

Plaut. Cas. 2, 6, 15. *atque adeo dum mihi cupio, perperam iamdudum hercle fabulor.* Recte Lambinus: iamdudum animo erro et lingua pecco, et aliud pro alio loquor. Men. 5, 8, 59. *an qui perperam insanire me aiunt, ipsi insaniunt?* i. e. perverso animo.

Plaut. Capt. 2, 2, 78. *odi aurum: multa multis saepe sunt perperam.*

De consilio ac voluntate Plaut. Amph. 1, 1, 92. *numquam etiam quidquam adhuc verborum est proloquutus perperam.* Mil. 2, 5, 25. *qui me perperam perplexo nomine appelles?* Terent. Phorm. 5, 1, 17. *istoc de nomine eo perperam olim dixi, ne vos forte imprudentes foris effutiretis.* In quibus Doederlinus euphemismum frustra quaerit.

Petron. 4. *quod quisque perperam discit, in senectute confiteri non vult.* ubi quod cod. trag. habet *didicit*, sententiam non mutat. Plin. Epist. 3, 5, 12. *quum lector quaedam perperam pronuntiasset* etc.

Senec. Epist. 9, 11. *hoc, mi Lucili, perperam plerique interpretantur.* i. e. male, non recte. Alfenus Varus in Dig. 42, 1, 82. *quaerebatur, iudex si perperam iudicasset, an posset eodem die iterum iudicare.* i. e. per iniuriam. Paulus 34, 5, 25. *quum in testamento ambigue aut etiam perperam scriptum est, benigne interpretari.*

Opponitur *recte*. Varro de Ling. lat. 8 (9), 11. *meliora verba perperam dicta apud antiquos, aliquos propter poetas non modo nunc dicuntur recte, sed etiam quae ratione dicta sunt tum, nunc perperam dicuntur.* Cic. p. Quint. 8, 31. *seu recte, seu perperam fecere coeperunt.* p. Caec. 24, 69. *at est aliquando con-*

tra iudicatum. Primum utrum recte, an perperam? Sallust. Iug. 31, 27. Liv. 40, 14, 9. 1, 28, 8. Iulian. in Dig. 46, 8, 22, 4. Componitur cum *prave*. Gellius 4, 9.

Cod. Iust. 8, 38, 14. *mulieres, quas naturalis pudor non omnibus perperam sese manifestare concedit.* i. e. ut non decet.

2. Praesertim dicitur de iis, qui aliquam rem vel ıscitia vel errore animi cum alia falsa commutant, aut er imprudentiam agunt. Est igitur *irrthümlich.*

Plaut. Most. 4, 2, 52. *ita dico, ne ad alias aedes perperam deveneris.* Bell. Hispan. 12. *qui a Corduba ad Pompeium missi erant, perperamque ad castra nostra pervenerant.* Sueton. Dom. 10. Papinian. in Dig. 47, 2, 82, 5. *si Titius, cuius nomine pecuniam perperam falsus procurator accepit, ratum habeat* etc.

Cod. Iust. 3, 28, 3. *per fraudem vel dolum vel perperam sine iudicio factis divisionibus.*

3. Adiicitur alterum adverbium *tam* in Rhet. ad Herenn. 2, 3, 5. *qui illud fecerit tam nequiter, eumdem hoc tam perperam fecisse non mirandum est.*

4. Adverbium *perpere* ex antiquo adiectivo factum pud scriptores saeculi quinti p. Ch. invenitur.

Claud. Eccdic. Mamert. de statu animae 1, 1. *pervicax in perpere praesumtis opinionibus pertinacia.*

PERPETIM.

Recentioris latinitatis vocabulum *perpetim*, ex *perpetuo* factum, Glossae reddunt per *ἐσαεί*. Apud unum Apuleium exstant exempla.

Apulei. Apol. p. 321, 5. *non quin ego Pudentillam iam anno perpetim assiduo convictu probe spectassem* etc. Met. 2. p. 117, 4. *nam et illa perpetim et tu per aetatem et puloritudinem capax eius es.* ubi Oudend. p. 99. Ibi enim alii libri habent *perpetuum*. Quod olim apud Plinium Hist. n. 20, 6, 21. legebatur *perpetim humore manans*: nunc emendatum est *perpetuo humore manans.*

PERQVAM.

Vt admirabilem rerum magnitudinem significent, pleraeque linguae comparativa vocabula adhibent, graeca

ὡς, germanice *wie*, latina *quam*, ut fiat ὡς ἀληθῶς, *quam magnum*. Adiecta vocula augmenti factum est *perquam*, exclamationis instar. Dicimus *wie sehr*. Nam non ipsum *quam* est, quod augeat antecedens *per*, ut ait Mützell. ad Curt. 4, 25. 2. sed vice versa. Nec recte Ramshornius Synon. 2. p. 663. *per* ad nomen, quod sequitur, ita refert, ut *quam* interiectum maiorem vim addat. *Perquam* enim formatur ut *perinde*, et elliptica dictio ab affectu animi regitur, quod Mützellius bene exposuit. Graeci in eumdem modum ὡς, ὡς σφόδρα dixerunt: de quo vide Klotzium in ann. ad Devarii librum p. 788. In scriptura antiqui seiunxerunt vocabula: quare alia etiam interiecta intercedere poterat.

1. Id vocabulum praemittitur adiectivis et adverbiis, ut maiorem vim addat quam simplex *per*, aut ad ea sola dicta refertur. Charisius p. 188. vocabula *per* et *perquam* aequat.

Plaut. Rud. 3, 3, 9. *reppulit, propulit perquam indigne atrox.* Lucret. 5, 590. *scire licet, perquam pausillo posse minui esse.* Cic. p. Planc. 6, 16. *perquam grave est dictu.* de Orat. 2, 25, 106. *quod mihi quidem perquam puerile videri solet.* Quintil. 9, 1, 8. *ita quaedam perquam tenui limite dividuntur.* 3, 3, 34. Plin. Epist. 2, 11, 18. 3, 4, 3.

Plaut. Bacch. 3, 6, 16. *edepol ne tu illorum mores perquam meditate tenes.* Cic. Tusc. 2, 21, 49. *apud illum enim perquam flebiliter Vlixes lamentatur in vulnere.* de Orat. 2, 49, 199. *perquam breviter peristrinxi atque attigi.* Quintil. 4, 1, 11. *sed his perquam raro.*

Terent. Ad. 4, 2, 26. SY. *Ille continebit posthac, si sapiet, manus.* DE. *Fortiter.* SY. *Perquam!* Paullo post repetit *perfortiter.*

Terent. Hec. 1, 1, 1. *per pol quam pauca reperias meretricibus fideles evenire amatores.*

2. Cum superlativo composuit ex more sui temporis Apuleius.

Apul. Met. 2. p. 117, 32. *quod naribus tuis inde maxime taetrum perquam sapidissimum.*

3. Etiam cum verbo *velle* componitur, uti simplex *per*.

Plin. Epist. 7, 22. *perquam velim scire esse aliquid praeterquam.*

PERVIAM.

Quod de vocabulo *obviam* diximus, etiam ad *per-iam* referendum est. *Pervius* adiectivum communi su cognitum progenuit illud adverbium, cuius unum xemplum apud Plautum exstare videtur. Aul. 3, 2, 24. *ngulos omnis meatum uedium et conclavium mihi erviam facitis.* Sed alii codices habent *pervium*. Chasius p. 187. *Divus Augustus reprehendens T. Clau-ium ita loquitur: scribis enim perviam ἀντὶ ῦ obiter.* Claudius videtur *pervium* dixisse de di-ectione alicuius rei.

PLANE.

Ex iis adverbiis, quae ex adiectivis formantur, no-ndum nobis est *plane* ob varium usum. Significatio item prima, qua planum opponitur proclivi aut iniquo, xstat in uno illo lusu Plauti Asin. 3, 3, 67. ubi quum rgyrippus dixisset: *hic pone, hic istam colloca cru-inam in collo plane.* Leonida ob ambiguum sensum ostea dicit: *istuc proclive est, quod iubes me plane ollocare.* Communis enim adverbii usus significationem anstulit ad claram et veram rerum cognitionem et ad rationis expositionem perspicuam et ad rerum condi-onem distincte significandam.

Cornel. Eum. 5, 5. *substringebat caput* (equi) *loro altius, quam ut prioribus pedibus plane terram posset attingere.* Non intelligitur plana terra, sed equum non toto pede terram attigisse. Dixi de hoc loco Tom. 2. p. 242.

1. Opponitur igitur *obscurum* et id, quod non fa-ile intelligitur. Similia vocabula, quae cum *plane* con-unguntur, pene idem significant, *aperte*, *perspicue*.

Cic. de Fin. 2, 3, 10. *tu istuc dixti bene latine, parum plane.* Quod postea dicitur *non satis perspicio.* de Orat. 2, 80, 329. *quod alia possis, semel si obscurius dixeris, dicere alio loco planius.* 1, 32, 144. *plane et dilucide* (loqui). Phil. 7, 6, 17. *qui plane et latine loquuntur.*

Cic. de Fin. 2, 5, 15. *Epicurus autem — nec non vult, si possit, plane et aperte loqui, nec etc.* in Verr. 2, 64, 156. de Fin. 3, 5, 19. *plane et perspicue expedire posse docti et intelligentis viri* (est).

Varro de Ling. lat. 7, 22. *haec apertius dixissem, nisi brevius eo nunc mallem, quod infra sunt planius usurpanda.* Cic. p. Rosc. Com. 14, 43.

Cic. Top. 5, 14. *quo planius accipiatur.* i. e. quo facilius ab intellectus.

Plaut. Amph. 2, 1, 30. *satin hoc plane, satin diserte, hanc nunc videor tibi loquutus esse?* Pers. 1, 2, 12.

Plaut. Cist. 1, 3, 7. *ut ego argumentum hoc vobis plane perputem.*

2. Cum verbis videndi, adspiciendi compositum significat certum nec dubium conspectum: quod Germani dicunt *recht*.

Plaut. Rud. 4, 4, 87. *priusquam plane adspexit, illico eum esse dixit.* i. e. *ehe er ihn noch recht gesehen.* Trin. 4, 3, 61. *satin ego oculis plane video?* i. e. *sehe ich denn recht?*

3. Interdum ab eo dicitur, qui aliquid probe et certe scit, et de eo, quod accurate agitur. An de exacto numero, non dubium videtur. Dicitur enim de re distincta et clara.

Plaut. Truc. 2, 6, 9. *qui vident, plane sciunt.* Terent. 5, 1, 24. *miror, qui alia tam plane scias.*

Plaut. Bacch. 4, 4, 89. *plane adscribito.* i. e. scribe haec accurate. Asin. 4, 1, 10. *scribas vide plane et probe.* Tacit. Ann. 13, 50. *temperandas plane publicanorum cupidines.* Edit. opit. *sane*, quod ad sententiam Neronis referendum esset. *Plane* spectat rem sine cunctatione et diligenter peragendam. Quintil. 1, 6, 3. *utendum plane sermone ut nummo.*

Apud Ciceronem Brut. 15, 60. legitur: *quaestor his consulibus M. Cato modo plane annis CXL ante me consulem:* quod de exacto numero accipiunt. Dixi de his Tom. III. p. 630. Ea, quae Peter affert ad defendendum illud *modo*, non expediunt difficultatem, quae in collocatione verborum *modo plane* inest.

Quintil. 1, 4, 9. *in here neque E plane neque I auditur.*

4. In asserendis rebus duplex est ratio. Aut enim *plane* significat nullam esse dubitationem de re statuenda, aut veram et rectam esse rem, quae per se constet, ubi Germani dicunt *wirklich*. Ita saepe dicitur *plane esse*, etiam adiectis vocabulis obtestandi.

Quintil. 4, 5, 2. *quod quidem nemini accidet, nisi qui plane vel nullo fuerit ingenio, vel ad agendum nihil cogitati — detulerit.*

Non enim coniungenda sunt verba *plane nullo*, sed *plane* reddendum *geradehin*. 12, 9, 11. *quia plane adversarii fiunt*. De loco Cic. in Verr. 3, 27. vide Tom. 3. p. 242. Cic. de Rep. 1, 10. *sic affirmat, ut oculis ea cernere videatur aut tractare plane manu*. Steinackerus *plane* dicit esse *gar*: quod alienum ab hac voce. Opponitur dubia coniectura certae tractationi.

Plaut. Epid. 1, 1, 86. *plane hoc corruptumst caput*. 4, 1, 14. *plane hic ille est, qui mihi in Epidauro primus pudicitiam pepulit*. Men. 1, 3, 23. *quatuor minae periere plane, ut ratio redditur*. Most. 3, 1, 5. Poen. 5, 3, 39. *nunc es plane meus*. Truc. 2, 7, 57. *plane istuc est*.

Plaut. Epid. 3, 2, 8. *plane hercle hoc quidem est*. Mil. 2, 5, 52. *immo edepol plane ea est*. Most. 1, 3, 37. et 79.

5. Ita affirmatio additur qualicumque sententiae, raesertim in responsione.

Plaut. Men. 2, 1, 27. *non potuit paucis plura plane proloqui*. i. e. *er konnte mit wenigen Worten wirklich nicht mehr sagen*.

Cic. Tusc. 1, 7, 14. *ita plane*. in responsione. Terent. Phorm. 5, 2, 4. *etiam argentumst ultro obiectum: ut sit, qui vivat, dum aliud aliquid flagiti conficiat*. ex. *Planissume*.

6. Ex hac ratione fit, ut *plane* ad rerum conditioem et ad agendi modum relatum idem fere exprimat, uod *omnino*: nam de quo certum constat iudicium et uod ab hominibus agnoscitur, id mediocre aut manum esse non potest. Opponitur *propemodum*. Saepe espondet germanico *entschieden*: interdum reddi debet er *ganz*.

Cic. Brut. 59, 215. *rem — plane atque omnino defuisse*. de Orat. 1, 35, 161. *ita neque hoc possum dicere, me omnino ignorare, quid possideat, neque plane nosse*.

Plaut. Bacch. 3, 4, 6. *illam exemplis plurimis planeque amo*. Men. 4, 2, 104. *ex hac familia me plane excidisse intelligo*. Mil. 3, 3, 62. *egone hoc si efficiam plane*. Pseud. 4, 7, 115. *plane perdidisti mulierem*. Epid. 3, 4, 55. *senex, tibi os est sublitum plane et probe*. Cic. Brut. 81, 282. *erat enim tum institutus optime, tum etiam perfecte planeque eruditus*. 59, 214. *in quacumque enim una* [parte] *plane claudicaret, orator esse non posset*. de Orat. 1, 23, 108. *ex rebus penitus perspectis planeque cognitis*. Rhet. ad Her. 4, 20, 28. de Leg. 1, 21, 55. *ceteras res omnes plane pares*. Quintil. 6, 3, 10. ad Fam. 14, 4, 5. *si te habebo, non mihi videbor plane periisse*. 16, 5, 1. ad Att. 13, 6. *quod reliquos cohere-*

-bendas cognovisti, plane hanc fecisti. In Caec. Div. 12, 38. plane nihil est cognitum. Quintil. 11, 1, 77. *si nihil aliud plane fecerit.*

Cic. Brut. 97, 332. *quod tum propinquum vel plane proximum.*

Plin. Epist. 1, 5, 8. *rogo mane obliqua Plinium domi, si plane mane.* i. e. bene mane. Cic. Brut. 71, 250. *vidi enim Ligurinum super virum atque, ut dixi, vidi plane virum.* i. e. vere virum. ad Att. 12, 37. *accepi — Plinium et Attiosum plane bis in Anbora.*

De hoc Cic. Tusc. 2, 19, 44. *hoc plane magnum mihi quidem videtur* (dolor), dixi Tom. 2. p. 4. Orellius ibidem recitandum putat de Nat. d. 2, 24, 63. *idque oculus quum hoc plane perspicat*, ubi legitur *bene planeque*. Diversa haec sunt, nec mutanda: illa autem, nisi per asyndeton dicta videntur, vix sani [illegible]. Sueton. Claud. 21. *illud quoque plane quantumvis salubriter et in tempore.* Wolfius durum hoc esse dixit, eiusque accessitum suppleas. At *plane* referendum est ad ea, quae enuntiantur, uti vidit Cruius.

7. *Plane velle* significat firmum et certum constituere.

Cic. de Leg. 1, 20, 53. *ego plane eollem me subiungam isti antiquae academiae et Zenoni datum.* ad Att. 8, 12. *explicari mihi tuum consilium plane velo, ut penitus intelligam.* Ne confunguas verbi *plane explicare.* Quintil. 2, 7, 2. 8, 3, 39.

8. Vti Germani dicunt *ohne weiteres*, Latini, ut videtur, in familiari oratione *plane* dixerunt. Est enim, sine alia conditione. Neque aliter praemittitur particula sententiis, quas certas esse monstret.

Cic. ad Att. 2, 24. *te rogo, ut plane ad nos adpulso.*

Cic. ad Att. 8, 16. *sed plane, quidquid mali hic Pisistratus non fecerit, tam gratum est quam si alium facere prohibuerit.* 8, 12. *et plane, quid rectum et quid faciendum mihi esset, diutius cogitare malui.*

9. *Plane si* Vlpianus eo modo dixit, ut interpretes pro *sed si* acciperent. Sed intelligenda videtur conditio, quam certam esse iis, quae antecedunt, planum est.

Vlpian. in Digest. 9, 2, 7, 4. *plane si undetum vulneraverit, erit Aquilae locus.* i. e. ut Aquilia cesset, si quis alium in collinatione occiderit. 32, 1, 52, 1. *plane si mihi praecem, adhaerentia esse membra domus censeris vel affixa, cum dubia non debeantur.*

10. Ponitur *plane* in prima parte sententiae, cui opponitur altera per *sed*, ut fere significet *quidem*.

Tacit. Ann. 3, 34. *bella plane accinctis obeunda: sed revertentibus post laborem quod honestius quam uxorium levamentum?*

11. Cum particulis, quae res comparant, *tamquam, quasi*, coniunctum exprimit rem aliquam exacte respondere alteri.

Cic. de lege agr. 2, 18, 47. *sed plane quasi ea res vobis saluti futura sit, ita cogit atque imperat, ut* etc. ubi editores commate male interposito coniunxerunt verba *plane ita cogit.* Plinius Epist. 4, 11, 9. *contagium, quasi plane a casto puroque corpore.* ubi non necesse videtur cum Schaefero vocabula transponamus. Florus 1, 10, 8. *plane quasi adulterum ad inferos usque sequeretur.* 1, 11, 4.

Plin. Pan. 20, 1. *iter tam placidum ac modestum, ut plane a pace redeuntis.* ubi Schwarzius recte *ut* restituit pro *et*, quod Gierigius frustra defendit.

PLERVMQVE.

Syllaba *que* nomini *plerum* et pronominibus indefinitis adhaerens non alia est quam quae in coniungendis verbis usurpatur et cum graeco τέ comparari potest, aequationem leviore modo exprimens. Significandum nim erat non unam aliquam rem, sed quamcumque ius generis intelligi. Id Latini ita breviter significabant, ut *uterque* pro *uter uterque* dicerent, *ubique* pro *ubi bique*, *plerum* pro *plerum plerumque*.

Plerum, quod antiquissimo tempore *ploerum* sonabat, Doederlinus Etymol. T. 6. p. 274. recte refert ad graecum πολύς, reiiciens sententiam Vossii, qui e πλέος vel πλήρης derivavit. Significat *multum, magna ex parte:* inde *plerumque* idem quod *multum et multum*, h. e. admodum multum: superlativi forma est *plurimum*. Ii igitur, qui existimarunt intelligi *multum* (Heindorf. ad Horat. Sat. 1, 10, 15.), animadvertere debebant numerum illum plura complecti, etiamsi in vulgari sermone parum interest.

1. Vbi multitudo rerum describitur, ex altera parte duci possunt *multae*, *nonnullae*. Cic. de Inv. 1, 36, 65. de Orat. 2, 8, 32. Adverbium significans *persaepe*, *sae-*

oft, ex adverso posita habet vocabula *saepe*, *interdum*, *nonnumquam*, etiam *semper*, *raro*, *numquam*. Quod Tom. 2. p. 693. dixi de differentia inter *plerumque* et *fere* intercedente, verum est, etiamsi id negat Bakius ad Cic. de Leg. 1, 6, 19. nec umquam *plerumque* significat *universe*.

Plaut. Rud. 4, 7, 10. *in aetate hominum plurimae fiunt transennae, ubi decipiuntur dolis, atque edepol in eas plerumque eas imponitur, quam etc.* Nusquam alibi apud Plautum hoc vocabulum legitur. Terent. Andr. 1, 2, 22. *animum aegrotum ad deteriorem partem plerumque applicat.* Cic. de Off. 1, 15, 46. *fortis animus et magnus in homine non perfecto nec sapiente ferventior plerumque est.* i. e. *mehrentheils, in sehr vielen Fällen.* Omnino numerat particula: Bakius male interpretatur *universe*. Liv. 22, 22, 6. *qualia plerumque sunt barbarorum ingenia.* Horat. Sat. 1, 10, 14. *ridiculum acri fortius et melius magnas plerumque secat res.* Tacit. Ann. 4, 57. Dial. de Orat. 15. Horat. Art. p. 14.

Cic. Orat. 51, 170. *quod fit etiam ab antiquis, sed plerumque casu, saepe natura.* Sueton. Tib. 29. *dixi — principem senatui servire debere et universis civibus saepe et plerumque etiam singulis.* Liv. 40, 46, 11. *ex infestis hostibus plerumque soli fideles, interdum etiam cives fiunt.* Quintil. Decl. 15, 11. Cic. de Nat. d. 2, 27, 69. *ii* (partus) *maturescunt aut septem nonnumquam aut ut plerumque novem lunae cursibus.* Quintil. 8, 3, 3. Columell. 4, 4, 2.

Cic. de Divin. 2, 5, 14. *plerumque enim, non semper eveniunt.* Liv. 7, 21, 7. *rem — plerumque parti utrique, semper certe alteri gravem — sustinuerunt.* Quintil. 6, 3, 6.

Columell. 7, 4, 2. *raro foris, plerumque domi alitur.*

Cic. de Inv. 1, 1, 1. *eloquentiam sine sapientia nimium obesse plerumque, prodesse numquam.*

2. Interdum non cogitatur, quam saepe quid accidat, sed rem permagna ex parte valere, ubi Germani dicunt *groſsentheils, in sehr vieler Hinsicht.*

Cic. de Leg. 1, 6, 19. *ut mihi quidem plerumque videtur.* Wyttenbachius explicat *non semper*, quasi modo stoicos modo academiam sibi probari significaret Cicero. Bakius cum Turnebo ad modestiam academici iudicii respicit. Sed Cicero in animo tenet universam legis definitionem, quam plurima ex parte sibi probabilem videri dicit.

3. Linguae vulgari proprium videtur *plerumque* cum *fere* coniunctum. Ei etiam tribuendum est, quod apud Lucretium legitur *plerumque omnes*, apud comicos *plerique omnes*. Scaliger de Re poet. 7. cap. ult. explicat hanc dictionem ita, ut omissum putet *vel*. Eum sequitur Reisigius Gramm. p. 800. Sed Donatus ad Terent. Andr. 1, 1, 28. *ex abundantia positum* putat, et Priscianus 18. p. 1201. *Atticos ad eum modum dicere*. Nec aliter Germani *meist alle*, Belgae *meest alle*. Westerhov. ad Terent. l. l. et Ruhnken. et Oudendorp. ad Caes. B. gall. 2, 30.

Terent. Phorm. 1, 2, 40. *hic solebamus fere plerumque eam opperiri.*

Lucret. 4, 1045. *namque omnes plerumque cadunt in volnus*: de quo loco dixi Tom. 2. p. 95.

PLVRIES.

Gellius 5, 21. *compluries quum dicimus, non comparative dicimus. Ab eo autem, quod est compluria, adverbium est factum compluries. Id quoque quoniam minus usitatum est, versum Plauti subscripsi ex comoedia, quae Persa inscribitur: quid metuis? Metuo hercle vero. Sensi ego compluries: item M. Cato in quarto Originum eodem in loco ter hoc verbum posuit.* Ex his recentiores grammatici collegerunt, etiam *pluries* dictum esse. Vide Cellarii Curas poster. p. 63. (57.) Borrichii Cogitata p. 194. Vorstium de Latinit. merito susp. p. 23. Sed iam antea Gerh. Vossius de Vitiis serm. 1, 25. monuit unum extare locum Trebellii Pollionis in Gallien. 1. in quo legeretur: *quum pluries eius caussa convenissent.* At ne ibi quidem certa est scriptura. Legitur enim *plureis — convenissent.* Nec quisquam hodie hoc vocabulum, ut olim factum est, Caesari erit assignaturus. De Bell. civ. 1, 79. *expeditae cohortes novissimum agmen claudebant, pluresque in locis campestribus subsistebant.* Non uno modo haec critici conati sunt emendare. Equidem scribendum puto: *expeditae cohortes novissimum agmen claudebant plures, quae in locis campestribus subsistebant. Plures* i. e. non una, sed plures coniunctae, ut de B. gall. 7, 73. *eruptionem ex oppido pluribus portis — facere conabantur.*

PLVRIMVM.

PLVRIMVM, pro adverbio positum, vel maximum indicat in re agenda, vel maximam temporis partem, quod dicitur *meistens*. Sed pauca sunt verba, veluti diligendi, credendi, nocendi, quae cum hoc adverbio componi solent.

Plaut. Amph. 1, 3, 27. *nisi te amarem plurimum, non facerem.* Cic. ad Fam. 1, 7, 1. *quorum alterum mihi, ut te plurimum diligam, facere necesse est.* 5, 27, 78. Plaut. Amph. 2, 2, 124. *mihi plurimum credo.* Mil. 2, 3, 60. Capt. 2, 3, 11. *tute tibi a tuopte ingenio prodes plurimum.* Columell. 5, 6, 33. *plurimum matri nocent.*

Terent. Phorm. 1, 4, 17. *domum ire pergam: ibi plurimum'st.* Cornel. Chabr. 3, 4. *Chabrias, quoad id licebat, plurimum aberat.* 4. *Conon plurimum Cypri visit.*

2. Recentiori tempore scriptores hoc adverbium addiderunt numerorum nominibus, ut indicarent extremum numerum, quod est *höchstens*.

Plin. Hist. n. 9, 36, 60. *purpurae vivunt annis plurimum septenis.* 25, 5, 22. *ex aqua datur ad leniter molliendam alvum, plurimum drachmae.* 30, 6, 16. *cochleae — in potu datae diebus plurimum novem.*

3. *Vt plurimum* pro *quam plurimum* dici praeter alios etiam Moserus ad Cic. de Leg. 2, 14, 34. et Stürenburgius ad orat. p. Arch. 1. p. 26. existimarunt. At numquam *ut* pro *quam* ponitur, nec coniungitur cum superlativo. Cicero scripsit, ut iam Madvigius vidit *ius ut plurimum valeret et fides.* In Orat. p. Cluent. 26, 72. *ut* pertinet ad verbum *potest*, sicuti in omnibus iis locis, quos Stürenburgius attulit. In Cic. de Fin. 2, 30, 97. nemo v. *plerumque* commutabit cum verbis *ut plurimum*, quae in duobus codicibus leguntur. Miror etiam, Stürenburgium verba Cic. Acad. 2, 25, 81. *quam ut maxime invenaris* etc. comparasse.

Alia est ratio, qua *ut* a recentioribus scriptoribus vocabulo *plurimum* praefigitur, ut numerum definiant. Tum elliptica est forma pro *ut plurimum ponamus.*

Plin. Hist. n. 15, 3, 4. *nec tam numerosa differentia: tribus ut plurimum bonitatibus distat.* Pallad. 3, 26, 5. *mihi cum ut-*

lius probatur experta porcam, cui pabula suppetunt, ut plurimum sex nutrire debere.

De *quum plurimum* vide in QVVM.

P L V S.

1. Ex iis, quae adverbio *plus* propria sunt, primum onsideranda est differentia, qua *magis* distinguitur.)ixi de hac re iam Tom. 3. p. 554. Etiamsi enim *plus* uantitatem vel numeri vel copiae significat, sunt tamen quaedam verba qualitatem vel modum agendae rei ignificantia, quae quum *multum* admittant, etiam cum *lus* coniungi possunt, veluti *diligere*, *amare*, *favere*, *tudere*, et alia, quae ad animum spectant. Intelligitur nim multitudo vel copia rerum, in quibus actio veretur, aut amplitudo ipsius actionis. Recentiores tamen criptores adeo cum adiectivis et adverbiis *plus* comosuerunt: quod negarunt Reisigius Gramm. p. 807. t Schmidius ad Horat. Epist. 1, 10, 15.

Cic. de Leg. 2, 2, 4. *istum, ubi tu es natus, plus amabo posthac locum.* ad Att. 2, 1. med. ad Fam. 10, 19, 4. *non multo plus patriae faveo quam tuae gloriae.* de Nat. d. 1, 26, 72. *credo plus nemini.* quod non dicitur pro *plura.* ad Att. 2, 1. *si paullo plus furor Pulchelli progredi posset.*

Horat. Epist. 1, 10, 15. *est ubi plus tepeant hiemes?*

Quintil. 5, 11, 30. *esse aliquid minus simile — aliquid plus.* 9, 3, 67. *cum verbo idem verbum plus significanter subiungitur.* Nemes. Ecl. 4, 72. *plus tamen meus est, plus est formosus Iolas.*

Plus plusque. Plaut. Aul. 3, 6, 9. *di — plus plusque istuc suspitent, quod nunc habes.* Cic. ad Att. 6, 2. *quem mehercule plus plusque in dies diligo.*

2. Weiskius in explicando loco Cic. p. Planc. 5, 3. quaesivit, num *plus* pro *saepius* accipi posset. Verba sunt haec: *quo plus intererat, eo plus aberas a me.* Hoc recte negans propterea, quod Cicero de una Laterensis absentia loquitur, Wunderus monuit in verbo *abesse* intelligi notionem non adiuvandi, et quum liceretur *multum aliquem adiuvare*, etiam dictum esse *plus abesse.* Atque *abesse* etiam in aliis dictionibus cum vocabulo *multum* componi constat. Sed quoniam id, quod *saepe* fit, etiam dici potest *multum* fieri, esse

possunt sententiae, in quibus *plus* indicet id, quod saepius fiat. Intelligi etiam potest *plus semel*.

3. *Non plus-quam* interdum pro *non magis* ponitur et ita quidem, ut id exprimatur, quod barbari *aeque minus* dicunt. Nolim tamen hunc usum referri ad vocabula *plus quam* sine negatione posita: quod fecit Zumptius. Conf. eius not. ad Cic. Verr. p. 255. et Heusing. ad Cic. Off. 3, 23, 4.

Cic. Tusc. 1, 8, 15. *scis enim me graece loqui in latino sermone non plus solere quam in graeco latine.* de Off. 3, 23, 89. *quid dominus navis; eripietne suum? Minime: non plus, quam navigantem in alto eiicere de navi velit, quia sua sit.* ad Fam. 15, 21, 6. *ego illas Calvo litteras misi non plus, quam has, quas nunc legis, existimans exituras.* de Amic. 13, 48. *quamobrem anger iste, qui pro amico saepe capiundus est, non tantum valet, ut tollat e vita amicitiam: non plus quam ut virtutes, quia nonnullas curas et molestias afferunt, repudientur.* i. e. non magis quam molestiae, quas virtutes afferunt, valent, ut virtutes repudientur. Haec moneo propter ea, quae Gernhardus scripsit. Verr. 2, 7, 21. *quid? tum nemo molestus Dioni fuerat? Non plus quam Liguri Sacerdote praetore.* de Off. 3, 33, 118. Tusc. 2, 16, 37. Philipp. 11, 7, 17. *nec plus extraordinarium imperium ad id bellum quaesitum est, quam duobus antea maximis punicis bellis.* Haasius in Reisigii Gramm. p. 398. reddit *es wurde nicht öfter, nicht von einer gröſsern Anzahl begehrt.* Ego vero reddo *eben so wenig — als.*

Quae afferuntur sine negatione Cic. Phil. 13, 4, 8. *tum me eius beneficio plus quam pro virili parte obligatum puto.* de Prov. Cons. 10, 24. ad Fam. 6, 1, 20. de Orat. 1, 24, 110. omnia ita sunt comparata, ut in verborum structura etiam admitti possit *multum*.

4. Ad adverbialem modum referri potest etiam ea forma, qua *plus quam* adiectivis praemittitur, ut significetur, rem, de qua sermo est, non satis definiri dicto nomine, sed plus valere. Bene hoc exposuit Haasius l. l. Fabri ad Liv. 21, 2, 4. comparat πλέον ἤ, sed non apte contulit eos locos, in quibus numerus designatur. Cicero videtur tum tantum hoc modo loquutus esse, quum verbum *esse* substantivum *plus* assumeret.

Liv. 21, 4, 9. *perfidia plus quam punica.* 21, 2, 4. *quae (opes) apud milites plebemque plus quam modicae erant.* 2, 58, 5. Lucan. 1, 1. *bella — plus quam civilia canimus.*

Cic. Phil. 2, 13, 31. *confiteor eos,* — *plus quam homicidas esse.* Liv. 10, 28, 4. *prima eorum proelia plus quam virorum — esse.*

5. Praeter eum usum, quo verba *plus minusve, plus minus* substantivorum rationem obtinent, sunt locutiones, in quibus adverbialis structura constat. Indicant numerum vel modum circiter definiendum.

Martial. 8, 71, 3. *speranti plures — venerunt plusve minusve duae.*

Hirt. B. gall. 8, 20. *quae non longius ab ea caede abesse plus minus octo milibus dicebantur.* ubi Oudendorp. Plin. Hist. n. 16, 6, 8. *continetur hispido calyce, per genera plus minus octem complectente.*

6. Nec aliter, quando omissa particula *quam* adverbia collocantur *plus satis, plus millies, plus semel.*

Terent. Heaut. 1, 2, 24. *nihil magis vereor, quam ne quid in illum iratus plus satis fecit.* Cic. ad Att. 12, 23. *ad hanc rem tamen plus etiam satis.*

Terent. Eun. 3, 1, 32. *plus millies iam audivi.*

P O L.

Pollux etiam Pol vocabatur, quod nomen in iureiurando et ad affirmandam sententiam viri et mulieres usurpabant ita, ut pro adverbio accipi posset. Nec tam magna erat ei vis quam maiorum deorum nominibus. Apud comicos fere in quacumque pagina legitur vel ab initio orationis vel, quod saepius fit, post primum vocabulum. Saepe praecedit *ego,* vel sequitur. Oratores numquam hac locutione usi sunt.

Plaut. As. 5, 1, 9. *pol ego utrumque facio.* 5, 2, 10. *pol si vera ista essent, numquam faceret ea, quae nunc facit.* Aul. 3, 6, 24. *pol vel legioni sat est.* Horat. Epist. 1, 7, 92. *pol me miserum, patrone, vocares* etc.

Plaut. Aul. 2, 6, 9. *sunt pol.* Terent. Andr. 4, 4, 31. *dis pol habeo gratias.* Ennius apud Macrob. Sat. 6, 1. *non pol homo quisquam faciet animatus hoc nisi tu.*

Plaut. As. 1, 2, 13. *ego pol te redigam* etc. 2, 2, 86. *ego pol Saurcam non novi.* Terent. Andr. 5, 2, 25.

Accedunt ad vim augendam alia affirmationis vocabula: *vero, profecto, certe, sane.*

Terent. Phorm. 5, 9 (8), 66. *pol vero voco.* Eun. 4, 4, 8. *istuc pol vero bene.* Plaut. Amph. 1, 1, 215. *at pol profecto ingratiis.* Terent. Eun. 4, 5, 5. *certe tu quidem pol multo hilarior.* Andr. 1, 4, 2. *nunc pol illa temulentast mulier.*

De vocabulis *per pol — quam, per pol — saepe* vide p. 448.

PONE.

Grammatici quum vidissent *pone* etiam in iis sententiis locum habere, in quibus *post* dici posset, utrumque vocabulum unius esse originis et significatus docuerunt. Sed Vossius *post* ex ὀψέ vel ex ὕστος ortum esse existimabat: Scaliger de Caus. l. l. c. 155. *pone* e verbo *pono* factum esse. Doederlinus autem *pone* a ποτί, *post* ab ὄπισθε derivat: quo quid demonstretur, non assequor, nisi quis dicat, in ὀπ et *po* eadem elementa inesse transposita.

Pone a *post* et origine et significatione differt, quamquam posteriori tempore pene obsoletum in vocabulo *post* invenit vicarium. *Post* enim factum est ex participio *positus* verbi *posino*, quod dicebatur *pono:* at *pone* ex *po* et *ne*, ut *si – ne*, compositum est, eique contrarium est *ante*, quod *quum* significet a fronte, *vorn*, *pone* notat rem, quae a tergo est, *hinten*. Atque ab illo *po* etiam *podicem* (sicuti ex germanico *aftar* nomen prodit substantivum) dictum puto, non, ut vulgo traditur, a *pedo:* nam *d* litteram interpositam videmus in *gaudeo*, *indigeo* aliisque multis.

Veteres grammatici, huius originationis ignari, ut *pone* ab imperativo verbi distinguerent, ad illud commentum aberrarunt, quo praecipiebant, adverbium notari accentu acuto in ultima syllaba. Diomedes p. 428. *in latinis numquam acutus accentus in ultima syllaba potest poni, nisi discretionis caussa, ut in adverbio pone ideo, ne verbum putetur.* Priscian. p. 1288. Donatus p. 1741. qui p. 1760. *pone* refert ad dubias dictiones, Servius ad Virg. Aen. 3, 3. Sed Festus antiquum usum animadvertit, isti grammaticorum praecepto contrarium: *pone gravi sono antiqui utebantur pro loci significatione.*

Quod iidem grammatici *pone* a *post* differre dicebant eo, quod *pone* tantum de loco, non de tempore usurparetur (Servius ad Virgil. Aen. 2, 208. et 725. Caper de Orthographia p. 2243.), id ex ea opinione proiectum est, qua existimabant *post* recentiore tempore in vicem alterius particulae successisse. Quintilianus enim 8, 3, 25. *pone* inter ea esse dicit *quae pellucent et adspergunt illam, quae etiam in picturis est gravissima, vetustatis inimitabilem arti auctoritatem.* Nimirum antiqui usus testimonia exhibent comici et reliqui poetae, quorum imitatione delectabantur scriptores recentissimi aevi. Sed hoc tantum de iis intelligi potest, in quibus *post* substitui licuit: alia significatio, quae nullum vicarium habebat, obsolescere numquam potuit.

1. *Pone* igitur significat, quod a tergo vel retro est. Hoc est vel post aliam rem, *hinter*, vel in posteriore regione, *hinten*. Cum nominum accusativo componitur, et adverbii officio fungitur. Apud Plautum adverbium non legitur: quare Gruterus debebat ambiguitatem, quae inest in Aul. 4, 4, 10. non in particula *pone* quaerere.

Plaut. Curc. 4, 2, 1. *i tu prae, virgo: non quco, quod pone me est, servare.* Poen. 3, 2, 34. *pone nos recede.* Cas. 5, 1, 15. Curc. 4, 1, 20. *pone eadem Castoris.* Trin. 3, 2, 36. *nisi — hoc ut dico facis, tute pone te latebis facile, ne inveniat te honor.* Liv. 40, 30, 9. *pone castra utrique pabulatum — ibant.* 44, 16, 10. Tacit. Ann. 2, 16. *pone tergum.* Hist. 3, 60. Ann. 4, 69. *si pone fores adsisterent.* Iustin. 7, 2, 8. *rege — pone aciem posito.*

Pone cervicem. I. e. *hinten am Nacken.* Sueton. Dem. 23. Tib. 68. *capillo pone occipitium submissiore.* Silius 8, 559. *facilesque comae, nec pone retroque caesaries brevior.*

2. Verba, quae cum *pone* collocantur, saepe motum vel a tergo vel retro factum indicant, ut illud sit vel *von hinten*, vel *nach hinten*.

Terent. Phorm. 5, 6, 28. *pone apprehendit pallio.* Virgil. Aen. 10, 226. *pone sequens dextra puppim tenet.* Sueton. Caes. 20. Propert. 3, 15, 20. *credebat dominae pone venire pedes.*

Cic. de Univ. 13. *et ante et pone, sed laevum et ad dextram* (movebatur). c. 10. *pone quae aut ante labantur — explicare.*

Valer. Max. 1, 7. ext. 1. *humani ingenii prona volantate vetita scrutandi pone respiciens.*

8. Charisius p. 191. *pone versus: M. Cato dierum dictorum de Consulatu suo: Nostros pone versus hosteis esse ab dextera parte. Item idem: postquam auspicavi atque exercitum adduxi pone castra hostium,* (Pone versum).... *villa est patrui, hic ager est ubi stas: pone versum illac mare est.* Germani dicunt *hinterwärts.*

*) Verba *pone* et *penes* commutata videmus in libris Cic. de Vniv. 10. Sueton. Tib. 68. ubi Oudendorp.

PORRO.

PORRO, ut graecum πόῤῥω, transpositione litterarum ex *pro* factum esse nunc inter omnes grammaticos constat. Comparant vocabulum *mixtus*, quod ex *misctus* factum sit, neque alia ratione dici *porrigere* pro *prorigere* existimant. Hoc tamen verbum potius e *porro* factum, atque graecum πρόσω in πόρσω, hoc in πόῤῥω transmutatum esse videtur. Sed quod Graecorum usu πρόσω ita distinguitur a πόῤῥω, ut hoc non modo rem promotam, sed etiam rem significet ab aliquo loco longe remotam, id etiam in latino vocabulo competit. Cf. Servium ad Virg. Aen. 6, 711.

1. Prima igitur significatione *porro* monstrat rem in loco, qui ante oculos est, remotiore sitam.

Plaut. Rud. 4, 3, 95. *ubi tu hic habitas?* GR. *Porro illic longe usque in campis ultimis.* Convertit Gripus se ad regionem illam, quam monstrat. Virgil. Aen. 6, 711. *inscius Aeneas, quae sint ea flumina porro.* ubi Heynius. Valer. Flacc. 7, 167. *respice porro.*

2. Sed non semper intelligitur regio vel locus ante oculos situs, sed quicumque longe remotus. Est igitur *porro* id quod longinquum in locum et longinquo in loco: *fern.*

Terent. Hec. 3, 1, 18. *nova res ortast, porro ab hac, quae me abstrahat.* Plaut. Rud. 1, 3, 17. *quaere vir porro patrem.* i. e. *suche dir den Vater in der Ferne wo anders.*

3. Hinc cum verbis componitur, ut significetur progressio: *porro agere*, *ire porro*. Comici dicunt *inde orro*, quod est *von da weiter*.

Liv. 1, 7, 6. *ex loco infesto agere porro armentum coepit.* Plaut. Capt. 3, 5, 65. *inde ibis porro in latomias lapidarias.* Trin. 4, 2, 97. Liv. 9, 2, 8. *si ire porro pergas.* Plaut. Merc. 5, 2, 98. *porro proficiscor quaesitum.* Cato apud Charisium p. 190. *itaque porro in Turtam proficiscor servatum illos.*

Plaut. Merc. 3, 4, 66. *iam inde porro aufugies.* Poen. 5, 3, 33. *quos ego detrudam ad molas, inde porro ad pluteum.* Translate apud Liv. 1, 40. 2. *si regnum — praeceps inde porro ad servitia caderet.*

4. Refertur remotae rei notio ad tempus, ut aut ea res dicatur, quae in posterum fiat, aut ea, quae instet futura. Hoc est *ferner*.

Plaut. Bacch. 4, 4, 93. *loquere porro.* Amph. 5, 1, 65. Curc. 3, 83. *immo etiam porro, si vis, dicam.* Cist. 4, 2, 88. *perge porro dicere.* Mil. 4, 4, 8. *hoc modo porro, ut coepisti, date operam adiutabilem.* Afranius apud Charisium p. 190. *sinunt di, et porro passuros scio.*

Plaut. Most. 5, 1, 51. *quid tu porro ais serere negotium?* Mil. 4, 2, 99. *iam ex sermone hoc gubernabunt doctius porro rem.* Terent. Andr. 4, 3, 16.

Plaut. Trin. 3, 2, 56. *me, qui abusus sum tantam rem patriam, porro in divitiis esse.* Asin. 5, 2, 25. *is etiam corruptus porro suum corrumpit filium.* Liv. 40, 36, 1. *neque se — divinare posse, quid in animo Celtiberi haberent, aut porro habituri essent.* Plaut. Most. 3, 1, 84. *ne inconciliare quid nos porro postules.* Terent. Heaut. 3, 3, 30.

Terent. Heaut. 1, 1, 107. *at porro recte spero.* i. e. de futuro.

Hinc *porro esse*, *porro fieri* de eo, quod futurum aut reliquum est. Plaut. Bacch. 2, 3, 40. *etiamne est quid porro?* Terent. Hec. 5, 1, 37. *fac eadem ut sis porro.* Phorm. 5, 8, 36. *quamobrem — sperem porro non fore?* Cato apud Charisium p. 190. *me sollicitum atque exercitum habitum esse atque porro fore.* Terent. Ph. 3, 1, 10. *ecquid spei porrost?* Hec. 3, 1, 20. *quid restat, nisi porro ut fiam miser?* Liv. 10, 8, 10. *aeque adhuc prosperum plebeium ac patricium fuit porroque erit.*

5. Nec desunt sententiae, in quibus pro *postea*, *postac* accipi potest.

Adelphos apud Charisium p. 199. *tunc est dicendus meus et ingratus: porro autem propero.* Plaut. As. 5, 2, 54. *iam, pater, tolas, ut porro nos iocemur.* Rud. 5, 2, 49. *ego illi iam porro servavi.* Terent. Pherm. 5, 7, 39. *quoniam ego porrigi porro illis, quibus debui.* Andr. Prol. 22. *dehinc ut quiverunt porro, monco.* Cic. p. Quint. 8, 31. *clamabat porro ipse Quinctius* etc.

6. Comici aliique dicebant *deinde porro, hinc porro.*

Plaut. Epid. 5, 2, 61. *quod deinde porro.* Trin. 4, 2, 133. Pön. Epist. 5, 6, 18. *compi deinde porro* etc.

Plaut. Pseud. 1, 2, 145. *haec mea est sententia, ut tu hinc porro quid agas consulas.* Virgil. Aen. 5, 600. *Albani dederunt antea, hinc maxima porro accepit Roma.*

7. Itaque in enumerandis et ordine disponendis vel iungendis rebus vel argumentis oratio procedit posito hoc vocabulo, ut sit id quod *deinde*, *porro*. Quo differat ab *autem*, dixi Tom. 1. p. 554. Apud Plautum huius usus exempla frustra quaesivi. Sed etiam in narratione haec particula perducit ad ea, quae post alia sequuntur: quo in usu scriptores particulam secundo loco ponere solent. Cf. quae de Cic. de Div. 2, 2, 6. dicta Tom. 3. p. 498.

Terent. Eun. 1, 2, 62. *genus communem dixti esse in te.* 3, 5, 22. Heaut. 2, 1, 34. *porro te oro idem ut facias.* Haec. 5, 2, 7. Rhet. ad Heren. 2, 16, 28. *quia in ceteris rebus ingenii bonitas imitatur saepe doctrinam, ars porro naturae commoda confirmat et auget, ita fit in hac re* etc. Quintil. 12, 1, 33. 5, 10, 24. 6, 1, 28. *praeter hoc — porro.* Columell. 8, 5, 4.

Cic. p. Rosc. Am. 40, 116. *videte iam porro cetera.* de Div. 2, 51, 105, *sequitur porro* etc. 2, 2, 6. Quintil. 7, 5, 5. Virgil. Aen. 9, 190.

Quintil. 9, 4, 5. *quae porro ars statim fuit?* Ad aliud procedit argumentum. 2, 1, 7. *nec porro quaerimus* etc. Procedit ad alium quaestionem. 2, 17, 7. ubi certe nulla est oppositio, quam statuunt Spaldingius et Madvigius. 4, 1, 40. *genera porro causarum* etc. Progreditur in expositione.

In interrogatione multiplici nectuntur partes hac particula. Cic. de Orat. 1, 8, 32. Orat. 9, 31. Cic. p. Mil. 9, 25. *cum porro summo consensu populi romani consulem fieri videbat.* ad Att. 7, 1. *ei porro assensus est — Favonius.* vid. n. 9.

8. Non mutatur vocabuli ratio in Cic. de Sen. 13, 43. *saepe audivi a maioribus natu, qui se porro pueros*

a senibus audisse dicebant, mirari solitum C. Fabricium etc. Schützius esse dicit *vicissim, hinwiederum:* alii *iam ante.* Sed Cicero in nominandis testibus prosedit, etiamsi, ut in re antiqua, regrediendum est ad superiora tempora. Redde per *ferner* vel *weiter.*

9. Accedit particula ad verba, ut significetur rem agendam procedere longius vel continuari. Cf. n. 4.

Plaut. Most. 1, 1, 60. *agite porro, pergite, quomodo coepistis.* Terent. Andr. 4, 3, 16. *move ocius te, ut quid agam porro, intelligas.* Ita recte interpunctionem Bentleius fecit. Nec aliter est instituenda oratio in Eun. 5, 4, 35.

Plaut. Most. 3, 1, 15. *pergam turbare porro.* 4, 2, 47. Terent. Heaut. 2, 3, 105. *perge porro.* Plaut. Stich. 4, 1, 28. Cic. de Fin. 4, 27, 75. Cato apud Charisium p. 190.

Liv. 27, 51, 4. *ut quisque audierat exercitum hostium imperatoremque occisum — salvos consules esse, exemplo aliis porro impertiebant gaudium suum.* i. e. *sie theilten ihre Freude Andern weiter mit.* Plaut. Mil. 4, 1, 14. *eius nunc mihi anulum ad te anuilla porro ut deferrem dedit.* i. e. *weiter geben.* 4, 2, 56. Terent. Ad. 5, 4, 22. *experiamur porro contra.*

Plaut. Poen. 4, 1, 3. *is me autem porro verberat.* i. e. non cessat me verberare. Tragicus apud Quintil. 9, 3, 57. *qui nostrum porro propagat genus.* Plaut. Rud. 3, 2, 39. *quid illum porro praedicem?*

10. Grammatici docent, *porro* cum imperativo et coniunctivo verborum coniungi, ut evocatio gravior fiat: at quae afferunt testimonia, id non satis probant. Tamen non modo accedere potest hac oratione id, quod gravius sit, sed etiam is, qui agat, fortius impelli. Formula erat antiqua *porro Quirites,* qua ad auxilium ferendum excitari solebant Romani: quam Germani reddunt *vorwärts.*

De verbis *age porro* vide Tom. I. p. 211.

In Plaut. Most. 1, 1, 60. *agite porro:* idem est quod additum *pergite.* Rud. Prol. 30. *retinete porro.* i. e. in posterum. Sed Cic. in Verr. 5, 22, 56. *age porro te, qui* etc. transit ad aliud argumentum quaestionis.

Formula est *ausculta porro.* i. e. *höre ferner.* Plaut. Bacch. 2, 3, 39. 4, 9, 81. Terent. Heaut. 4, 5, 23.

Laberius apud Macrob. Sat. 2, 7. *porro Quirites! libertatem perdimus.* Priapei. 26, 1. *porro (nam quis erit modus?) Quiri-*

tus; ubi vide Burmann. Restituerunt critici *luctu* vulg. in Apulei Met. 8. p. 215, 19. *porro Quirites proclamare* gutt. Tertullian. adv. Valent. 14. Schol. ad Iuvenal. 8, 69. Cf. Santori Var. Lect. 1, 8. Turneb. Advers. 1, 28. Cohet Progr. 13. Sciopp. ad Priap. inc.

11. Sunt etiam, qui praecipiant in conclusione *porro* poni. Vid. Kölerus in Wolfii Analect. p. 337. At non conclusio est, cui haec particula inservit, sed argumentorum expositio, et quidem ea, in qua ad aliquod argumentum aliud accedere dicitur, quod momentum rei faciat. In eo apparet progressus atque adnexum. Conf. Madvig. ad Cic. de Fin. 2, 8, 25. Cuius sententia ita, ut ego feci, est terminanda.

Sallust. Iug. 24, 6. *metu atque libidine ferocium agitabatur. Timebat iram senati, si paruisset legatis: porro invidiae cupidus exercitum ad inceptum scelus rapiebat. Vicit tamen in subdolo ingenio pravum consilium.* Müllerus et Madvigius dixerunt *porro* esse *ex altera parte*, quod Kritzius recte negat, continuatam narrationem statuens. Sed praevaluit alterum genus. Tacit. Hist. 44. *arma — clipeus sub custode et quidem cura, quis subitos hostium incursus prohibet cessans, oblectat porro armatorum manus facilis lasciviunt.*

Cic. p. Mil. 9, 25. *occurrebat ei quotidie ad dubium praetorium suum futurum, consule Milone: ante porro quemque consulem populi romani consulem fieri videbat. Contulit se ad eius competitores.* ad Fam. 4, 9, 3. *multa videbis fortasse, quae nolis: non plura autem, quam audis quotidie. Non est porro tuum uno sensu solum oculorum moveri: quum illud idem auribus percipias, — minus laborare.* i. e. accedit, quod malus est, non decere te uno sensu etc. Quintil. 1, 5, 46. *ego dubito, an id improprium potius appellem: significatione enim decerrat. Soloecismi porro vitium non est in sensu, sed in complexu.* Non introducit particula argumentum, ut ait Spaldingius, sed profert gravius. Tacit. Dialog. 5. *quis enim nescit neminem mihi coniunctiorem esse — quam Saleium Bassum, quum optimum virum tum absolutissimum poetam? Porro si poetica accusatur, non alium vidi rem locupletiorem.*

12. Spaldingius quum ad Quintilian. 2, 3, 5., fortasse Freinshemium sequutus, dixisset *porro* in recta ac simplici oppositione usurpari, assensi ei sunt Buttmannus ad 12, 3, 8. Bonnellus, Kritzius, Madvigius: sed unde venerit haec vis particulae, nemo explicuit. Nec afferri poterant ea, quae n. 13. exponam, quasi in aliis

›missum esset *autem*. At nulla est vis opponendi, nec ›sse potest: procedit autem oratio ad id, quod aut ante licta elevat, aut ex ante gestis consequitur, quod est *so-lann*. Sensisse id videtur Laur. Valla, quum dicit Ele-gant. 2, 24. „*porro* licet eiusdem significationis sit, cuius ›ero et *autem*, tamen, ut puto, pro illis ponere non ›ossis.“ Plurima exempla sunt formulae *ego porro*, *tos porro*, quae contraria videri potest verbis *ego qui-dem*, propius autem accedens ad *ego adeo*. Ex omni-›us vero scriptoribus unus Quintilianus ita est loquutus: ›am exemplum, quod e Ciceronis oratione pro Scauro ›roferunt, etiam a Quintiliano est pronuntiatum 5, 13, 60. Vtitur autem hac formula tum, quum suam sen-entiam cum quadam confidentia et gravitate effert.

Cic. p. Planc. 33, 79. *equidem nil tam proprium hominis ex-istimo, quam non modo beneficio, sed etiam benivolentiae significa-tione alligari: nihil porro tam inhumanum, tam immane — quam committere, ut beneficio non dicam indignus, sed victus esse videare.* Non opponuntur contraria, sed procedit oratio ad id, quod sequitur, beneficio accepto. Iustin. 2, 10, 2. *ex his* (filiis) *Artamenes maximus natu — regnum sibi vindicabat. — Porro Xerxes controversiam non de ordine — referebat.* Beneckius errat, quum dicit esse *autem*, *at*. Verum vidit Herzogius ad Sallust. Cat. 46, 2. Iustinus enim hac particula saepe utitur ad promovendam narrationem. Fallitur etiam Lippertus in append. ad Caes. B. gall. addito p. 574. Quintil. 2, 3, 5. *ego porro eum, qui nolit in numero praecipientium, non habeo.* Non est simpliciter *ego autem*, sed sententia haec: non vereor di-cere, ego adeo. 3, 3, 5. *ego porro ne invenisse quidem credo eum, qui non iudicavit.* 8, 8, 59. 2, 17, 8. *nos porro, quando coeperit huius rei doctrina, non laboramus.* 12, 3, 8.

Declam. 254. *negant rogationem esse recipiendam, quae ad singulos homines pertineat. Ego porro hoc in eo iure, quod perpetuum et in omnia tempora scribitur, existimo esse ser-vandum.*

13. Singulari modo coniunguntur verba *porro au-em*, sed non mutata significatione particulae: ea nim perducit ad aliam rem.

Terent. Eun. 3, 5, 61. *metuo fratrem, ne intus sit: porro autem patrem, ne rure redierit iam.* Heaut. 3, 1, 78. *tibi autem porro ut non sit suave vivere.* Phorm. 1, 1, 12 et 14. Ad. 3, 3, 65. *porro autem*: abrupta oratione. Sallust. Cat. 46, 2. *at illum ingens cura atque laetitia simul occupavere: nam lae-*

dubitatur intelligens consolationem quidquam abditum proinde eruptum esse: porrò autem multos erat dubitare etc. Cic. Ven. 3, 83, 81. ad Att. 1, 5.

14. *Nunc porro* significat a praesenti tempore in futurum tempus: ubi Germani dicunt *nun weiter*, aut *nun an ferner*.

Terent. Phorm. 5, 2, 14. *quid nunc porro?* 4, 4, 11. *ubi nunc porro — quid fiet.* Ad. 4, 4, 22. *consuetum usque adhuc est: nunc porro, Aeschine, expergiscere.* Hec. 5, 2, 12.

15. Sunt quidam scriptorum loci, e quibus colligi potest *porro* etiam poni ad rem, quae maior sit, dictioni deinsiendam: ubi Germani dicunt *geradehin*. Donatus ad Terent. Andr. 1, 5, 43. aliter non potuit rem expedire, quam ut appellaret *coniunctionem explativam*.

Terent. Andr. 1, 5, 42. *adeon me ignavum putas? adeon porro ingratum aut inhumanum aut ferum?* i. e. *geradehin unedelhin*. Nam si existimas continuari orationem, uti diximus n. 7. vereor ne languerem non sentias. Cic. in Verr. 1, 46, 122. *neque enim perfecte dicta, neque porro hac severitate digna mea.* i. e. *geradehin unwürdig*. de Fin. 5, 26, 78. *quae enim illi non audent appellare, aspera autem — esse concedunt, ea nos mala dicimus, sed exigua et porro minima.* Alii libri habent *pro*, quod ipsum non malum, sed ab interprete profectum videtur: tamen *porro* etiam stare potest. Nisolius explicuit *per ana*. Ernestius accepit pro *atque adeo*. Madvigius dubitationem removet scribendo *plane*. At redde: *aber geringe und geradehin die kleinsten*. Gesnerus haec: „*porro* ita intelligo: si porro progrediare, et illis etiam, quae exigua diximus, minora incommoda fingas, ea nos dicemus minima.“ Caecina ad Cic. 6, 7, 10. *num offendo? Quum porro offendam?* Recte perspexit Orellius sententiam: quid inde sequetur, si re vera eum offendam? Est enim: *wenn ich geradehin beleidige*. de Fin. 2, 8, 25. *quia, quod bene, id recte, frugaliter, honeste: ille porro male, prave, nequiter, turpiter coenabat.* Madvigius si vim particulae cognitam habuisset, non dixisset clamare sententiam, ut eliceretur vocabulum *male*: quo electo *porro* non habebit, quo spectet. Redde *jener hat geradehin auf schlechte Weise gespeist*. Addantur reliqua verba cum conclusione explicandi causa.

auf Deutsch

POST. POSTQVAM.

Post natum est e verbo *posino*, quod contractum dicebatur *pono*. Nam ex *posite* prodiit *poste*, *posti*, (ut *ante*, *anti*) *post*. Atque ut in loco vel in tempore aliquid *post* esse dicatur, necesse est aliud quid iam positum sit, cui succedat et apponatur. Simili ratione germanicum *nach*, quod est *nah*, id significat, quod appositum est. Nec repugnaverim, si quis cognationem aliquam verbi *pono* et illius *po*, quod in *pone* apparet, statuere velit. Scaliger de Caussis ling. lat. p. 598. in *post* existimabat inesse contracta verba *pone est*.

Priscianus p. 987. *post et componitur et separatur, et significat μετά graecam praepositionem, sed non quando loco σύν accipitur, sed quando ordinem magis significat sive loci, sive temporis, sive cuiusque alius rei, ut Virgilius in III Georg. Post montem oppositum. Similiter dicimus, post multum tempus, et post pietatem utilitas ponenda est. Loco etiam adverbii ponitur, ut Terentius in Adelph. post faciet tamen, pro postea. Virgilius in sexto: ille admirans venerabile donum fatalis virga longo post tempore visum. Nam quando praepositio est, ablativo iungi non potest.* Charisius p. 209. *item ante illum, post illum, inter illum, penes illum: hae praepositiones nonnumquam promiscue accipiuntur et postponi solent: accentum utique mutant aliquando et casum, quale est paucis ante diebus, item paucos post annos.* Ita in editione prima et in codice neapol. legi Lindemannus nunc refert. Sed critici scripserunt *paucis post annis:* quasi etiam Charisius existimasset *post* praepositionem cum ablativo iungi. Haec enim erat sententia Servii, qui ad Virgil. Ecl. 1, 30. scripsit: *antiqui enim post, ante, circum etiam ablativo iungebant: quod hodie facere minime possumus.* Spaldingius ad Quintil. 2, 17, 25. idem sensisse videtur. Charisius autem cum reliquis id tantum docuit *post* etiam adverbii loco poni. Tum nomen per se stat, nec sine aliqua significationis proprietate. Conf. Tom. 1. p. 361. et Donat. ad Terent. Hec. 3, 3, 33. Et Pacuvius in Teucro apud Non. 4, 498. *quam te post multis tueor tempestatibus.* Sed grammatici veteres etiam accentu haec distinguere solebant. Max. Victor. p. 1953.

harum (praepositionum) *quaedam mutato accentu fiunt adverbia. Nam a n t e quum gravi accentu pronuntiatur, praepositio est: — si autem acuto, fiet adverbium temporis. — Item p o s t praepositio quum dicimus p o s t t e r g u m: quum vero significat postea, fit adverbium temporis, ut p o s t h a b u i t a m e n i l l o r u m* etc. Ne quis tamen miretur, Victorinum comprobandae suae sententiae adhibuisse verbum *posthabui*, versus ille Virgilii Eclog. 7, 17. fortasse in margine libri scriptus, spectat ad ea, quae postea de praepositionibus verbis adiungendis dicuntur.

I. 1. De loco *post* usurpatur primum, ut indicet id, cui aliquid est antepositum. Quare idem exprimit, quod pone, id est a tergo, *hinter*. Contraria sunt *ante* et *pro*. Cum nomine coniunctum adverbium fit praepositio: ipsum fere adiicitur verbo *esse*.

Plaut. Epid. 2, 2, 52. *occepere aliae mulieres dunc post me ita fabulari inter esse*. Cic. in Verr. 5, 66, 169. *quum Mamertini — crucem fixissent post urbem in via pompeia*. Caes. B. gall. 2, 9. *quod (flumen) esse post nostra castra demonstratum est*. 2, 19. *post eas (legiones) totius exercitus impedimenta collocarat*. 7, 88. *post montem se occultavit*. 7, 88. *repente post tergum equitatus cernitur*. Liv. 4, 18, 4. *Veiens — post montes circumvisit*. Plin. Hist. nat. 36, 5, 4, 10. *in templo Dianae post aedem*. 18, 33, 76. *circumagi deinde melius est, ut umbram suam quisque cernat: alioqui post hominem erit*. Ovid. Am. 3, 2, 23. *qui spectas post nos*. Virgil. Ecl. 8, 20. *tu post carecta latebas*. Lucan. 3, 233. *hic ubi pellaeus post Tethyos aequora ductor constitit*. Curt. 4, 12, 9. *post quas quinquaginta quadrigas Pharadates magno Caspiorum agmine antecedebat*. Quintil. 11, 3, 21. *fluvius* (aquarum) *etiamsi ultra paullum coit, aliquid tamen cavi relinquit post id ipsum, quod offenderat*.

Cic. p. Mil. 10, 49, *caedere incipiunt eius servos, qui post erant*. Curt. 4, 11, 19. *quae post Euphraten sunt, liberaliter donat*.

2. Etiam iis verbis additur, quae motum significant, sicuti *pone*. Vnde *post* pro *retrorsum*. Conf. Madvig. ad Cic. de Fin. p. 677.

Hirt. B. afr. 18. *hostibus — post collem deiectis*. Ovid. Am. 1, 2, 31. *manibus post terga retortis*. Stat. Theb. 12, 677. *post terga revinctus*. Alia vide apud Cort. ad Lucan. 6, 665. Plin. Hist. n. 28, 4, 11, *reiectis post terga manibus*. 35, 10, 36, 3.

ambire enim debet se extremitas ipsa et sic desinere, ut promittat alia post se. 22, 24, 72.

Liv. 22, 4, 3. *baliares ceteramque levem armaturam post montes circumducit.*

Plin. Hist. n. 11, 45, 102. *priora genua post curvantur, posteriora in priorem partem.*

3. Tum in ordine rerum significat id, quod alteri ei succedit. Ergo dicitur pro *secundum*. Hoc autem ransfertur ad dignitatem ita, ut rem alteram maiorem, lteram minorem intelligamus. Sed antiquiores scripto- es non videntur ita loquuti esse: nam quod Cicero cad. 2, 1, 3. de Mithridate dixit, *rex post Alexandrum naximus*, magis ad tempus spectat, nec reges inter se omparantur. In enarrando rerum ordine collocantur omina *tum*, *deinde*, *post*. Atque hic quoque usus re- entiore tempore videtur restitutus.

Plin. Hist. n. 33, 2, 8. *qua de causa et nunc post populum scribitur* (ordo equestris), *quia nevissime coeptus est adiici.* Vellei. 2, 99, 1. *civium post unum.* Iustin. 42, 2, 8. *quum fines eius* (regni) *post Parthiam omnium regnorum magnitudinem superent.*

Claudian. B. getic. 4. *solus post numina Tiphys incolumem tenui damno servasse carinam fertur.* Germani dicunt nach Gott.

Senec. Epist. 104, 9. *tantus erit ambitionis furor, ut nemo tibi post te videatur, si aliquis ante te fuerit.* Conf. Cort. ad Sallust. Cat. 53, 3. Horat. Carm. 3, 9, 6. *neque erat Lydia post Chloen.*

Celsus 2, 18. p. 98. *pisciumque eorum, qui ex media materia sunt, quamvis maxime utimur, tamen gravissimi sunt: tum ex quibus salsamenta quoque fieri possunt —: deinde hi, qui quamvis tenuiores, tamen duri sunt —: tum plani: post quos etiam leviores sunt —: et post hos omnes saxatiles.*

Sallust. Iug. 73, 6. *ut sua necessaria post illius honorem haberent.*

4. Nam antiquissima aetate *post* in enarrandis rebus vel argumentis pro *deinde* ponebatur.

Plaut. Rud. 4, 4, 112. *ensiculust aureolus primum litteratus. — Post altrinsecus est securicula anaipes, item aurea litterata.*

Plaut. Merc. 2, 3, 114. *post autem communis est illa mihi cum alio.* i. e. deinde, praeterea.

II. 1. De tempore dictum *post* un
cationem rei succedentis, sed in oratione
rem. Ex iis vero, quae de partieul
p. 870. exposita sunt, plurima etiam
pertinent, atque tempus posterius
pus refertur, in quo versatur is, qui loq
dicitur is, de quo est sermo: vel
Tage, nach wenigen Tagen: aut duo
verbium inter se comparantur, quorum
mittur ablativo nominis, *paucis diebu*
Tage nachher. Hanc vero distinctione
tione factam usus linguae vulgaris mu
quam in *ante* elevavit, et iam antiquior
bus dicebant *post duos annos* pro *du*
Praepositionem inter nomen et adiect
nemo in dubitationem vocabit, tamen
quibus tempus accusativo designatum cu
cum praepositione componi videatur.
p. 871. qua in re mecum consentit W
Lgr. p. 427. Quamquam vero adverbiu
distinguebatur a praepositione, quae gr
nuntiari solebat, probabilius videtur
fluxas ita, ut adverbium, ubi interpo
dina, in praepositionem transiret. Liv.
vius aedem Fortunae Equestris, qua
Hispania — voverat, annos sex post
dedicavit. Non recte Schwarzius dicit
esse postpositam: est enim *anno sexto*
modum dicimus *abhinc sex annos.* T
quae adeo sine cura deum eveniebant,
annos Nero imperium et scelera contin
quoniam praepositio adverbii vicem
(viele Jahre nachher), nihil impedit,
Cic. p. Rosc. Am. 44, 128. *aliquot post*
mus *einige Monate nachher.* Adverb
praepositio.

Cic. ad Att. 7, 11. *at idem Pericles non post quinquagesimum.* i. e. quinquagiuta *fünfzig Jahre später.* Sed Virgil. Ecl. 1, *tries longo post tempore finis — videns mira* gum tempus.

Liv. 7, 18, 1. *ablato post undecimum anno latu.* Phaedr. 1, 17, 7. *post paucos dies.*

Liv. 41, 25, 6. *paucos post dies.* vide Drakenb. ad 37, 45, 20. 31, 24, 7. *paucas post horas.* Sueton. Tib. 39.

Terent. Hec. 3, 3, 33. *nam aiunt tecum post duobus cinubuisse eam mensibus: tum, postquam ad te venit, mensis agitur hic iam septimus.* Donatus: *post duobus simpliciter accipiendum, non post duos: est enim ἀναστροφὴ pro duobus post, id est non statim ut nupta est.* Haec non tam perspicua esse, quam Bentleius opinabatur, interpretatio ab ipso proposita monstrat. Nam *post duobus mensibus* non est post vitium oblatum: quod nemo poterat scire. Redde illa verba: *zwei Monate später* et intellige *post nuptias*, collatis verbis 1, 2, 61. Myrrhina enim, aiunt homines, inquit, eam duobus mensibus post nuptias tecum concubuisse: *tum* (i. e. alterum argumentum certum non opinione constat) agitur iam septimus mensis, ex quo ad te venit: desunt igitur duo menses.

Adverbii ante accusativum nominis alieni exemplum praebet Tacitus Ann. 1, 10. *post Antonium Terentino Brundisinoque foedere — illectum subdolae affinitatis poenas morte exsolvisse.* Et postea. Virgil. Aen. 2, 216. *post ipsum — corripiunt.* Ecl. 1, 70. *post aliquot mea regna videns mirabor aristas.* Pro eo, quod dicendum erat, *quae olim mea regna erant*, dixit *post aliquot aristas factas.*

De discrimine, quod intercedit inter ablativum simplicem et structuram praepositione auctam, vide Kritzium ad Sallust. Iug. 11, 1.

2. In definiendo certo tempore accedit alia ambiguitas. Etiamsi enim *post tres dies* nemo intellexerit *per tres dies post aliquam rem factam*, tamen quaeritur, utrum tertius an quartus dies significetur in his Cic. ad Att. 3, 7. *alii pueri post diem tertium eius diei alias litteras reddiderunt.* Atque Latini, praesertim recentioris aevi, in nominandis annis et diebus utroque modo loquuti sunt, ut *post tertium diem* et *tertium post diem* idem esset quod *tertio die post.*

Liv. 6, 1, 12. *post diem tertium.* ubi Drakenb. Curt. 3, 6, 3. Caes. B. gall. 6, 33. *discedens post diem septimum esse reversurum confirmat.* ubi Vossius: post diem septimum inchoatum. Est potius die septimo post. Varro de L. Lat. 5, 3. *Saturnalia dicta ab Saturno, quod eo die feriae eius, ut post diem tertium Opalia Opis.* Lipsius scribendum censuit *post die tertio:* quod non aliud significat. Salmasius Epist. p. 278. monet unum diem interfuisse.

Vellei. Pat. 2, 33, 2. *post ventum et novem annos — erute Carthagine.* hoc est, centesimo decimo anno: nec probari potest numerationis ratio, quam Kritzius supposuit.

3. Adverbium additur nominis ablativo cum adiectivo coniuncto vel interpositum vel postpositum: recentiores scriptores cum antiquissimis etiam ante nomen collocarunt particulam. Interdum absolutum occupat suum locum. Tum saepe reddi potest per *später*.

Dixit Varro de Re r. 2, 9, 6. *diebus paucis postea.* quod ad vindicandum adverbii usum recte adhibetur.

Plaut. Men. Prol. 36. *paucis diebus post Tarenti enertant.*

Cic. Brut. 91, 316. *ita recepi me biennio post non modo exercitatior, sed prope mutatus.* de Div. 2, 32, 71. *anno post Paulus paruit.* Brut. 60, 218. Liv. 2, 16, 7.

Liv. 37, 38, 5. *tertio post die.*

Cic. p. Flacco 23, 56. *recuperata est multis post annis.* ad Fam. 1, 9, 17. *paucis post diebus.* de Orat. 2, 68, 276. Liv. 42, 37, 1. 37, 12, 9. *diebus post paucis.*

Pacuvius apud Non. 4, 498. *quam te post multis tuser tempestatibus.* Liv. 40, 47, 4. *post paucis diebus alios decem legatos secum adduxerunt.* 40, 57, 2. Sed 32, 5, 10. *ipse post paucis diebus graviore sequutus agmine* etc. Vide Drakenb. ad 2. 31, 4 et ad 37, 38, 5.

Cic. de Fin. 3, 6, 22. *consequens enim est et post oritur.* ad Fam. 7, 5, 7. *ita mitto, ut initio mea sponte, post autem invitatu tuo mittendum duxerim.*

4. Praepositio autem non modo cum nominibus temporis componitur, sed etiam cum nominibus rerum tempore quodam actarum, aut hominum aliquando viventium, et cum nomine actae rei sequitur nomen temporis. Saepe uno nomine ita breviter exprimitur vis integrae enuntiationis. Vide Kritz. ad Sallust. Iug. 5, 4. Poetae recentioris aetatis interdum verba durius composuerunt. Claudian. in Eutrop. 2, 11. *veteri post obruta morbo corpora* i. e. postquam corpora morbo obruta sunt. Per ellipsin dicitur *post paullum:* in quo *paullum* non pro adverbio accipi potest.

Cic. in Verr. 1. Act. 16, 46. *post legem tribuniciam.* Plin. Hist. n. 22, 22, 43. *post cibum.* Senec. de Vita b. 7. *post pri-*

mum impetum. Alia apud Cort. ad Lucan. 5, 474. 6, 145. et apud Bentleium ad Horat. Art. 140. *captae post moenia Troiae.* apud Beneckium ad Iustin. 1, 6, 12. In his vero distinguenda sunt ea, quibus dicitur aliquid factum esse transacta alia re, ab iis, quibus narratur aliquid incidisse in id tempus, quod aliud quid antea occupaverat. Nam Tacit. Ann. 1, 68. *Inguiomerus post grave vulnus pugnam deseruere.* intellige, postquam vulnere ictus erat. Iustin. 8, 1, 6. *post arma et bellum.* i. e. confecto bello. Sed Sallust. Cat. 5, 6. *hunc post dominationem L. Sullae lubido maxima invaserat rei publicae capiundae.* i. e. quum Sulla dominari coepisset. Iug. 5, 3. *Hannibal post magnitudinem nominis romani Italiae opes maxume attriverat.* In quibus defendendis interpretes aliena afferunt exempla. Optimus interpres Cic. ad Fam. 4, 4, 3. *sic fac existimes post has miserias, id est, postquam armis disceptari coeptum est de iure publico, nihil esse actum aliud cum dignitate.* in Verr. 1, 7, 18. *post hunc statum rei publicae, quo nunc utimur.* i. e. *seit der ietzigen Verfassung.* Cornel. Att. 9, 3. *post calamitatem.*

Cic. Tusc. 4, 3, 7. *post Amafinium autem multi eiusdem acmuli rationis multa quum scripsissent* etc. ad Fam. 9, 14, 7. *quem quidem post te consulem solum possumus vere consulem dicere.* Phil. 2, 38, 97. Senec. Epist. 119, 3. *post Darium et Indos pauper est Alexander.* i. e. victo Dario. Lucan. 5, 473. *post pignora tanta.* i. e. post mortem eorum. vd. Burmann. et Cortium 2, 634. *quas est vulgata per urbes post me Roma ducem.* i. e. postquam ego dux eram factus. Plin. Pan. 9, 3. *post tanta nomina — privatus.*

Cic. de Div. 1, 44, 100. *sexennio post Veios captos.* Cic. p. Balbo 21, 48. *quum paucis annis post hanc civitatis donationem acerrima de civitate quaestio licinia et mucia lege venisset.* ad Att. 6, 1. *qui magistratus multis annis post decemviros institutus est.* Liv. 27, 34, 5. 31, 5, 1. *paucis mensibus post pacem Karthaginiensibus datam.* 27, 20, 3. *paucis post proelium factum ad Baeculam diebus.*

Ob speciem germanismi notandum est, latine dici *alius post alium:* vide Sallust. Iug. 63, 5.

Quintil. 2, 17, 25. *post paullum clarius ostendemus.* 9, 4, 19. 9, 2. Plin. Hist. n. 32, 8, 24. Caesar B. gall. 7, 50. *ita pugnans post paullulum concidit.* Cur Spaldingius ad Quintil. 2, 5, 1. hanc dictionem tamquam minus bonam reiecerit, non perspicio. Conf. Priscian. p. 1191.

Post tempus est *nach der Zeit.* Phaedr. 4, 18, 1. *qui fert malis auxilium, post tempus dolet.*

5. Scrioris aetatis scriptores cum annorum nomine composuerunt nomen rei actae.

Vellej. Pat. 1, 10, 5. *alterum ex eis — liberis ejus paucis triumphi, alterum post pauciores amisit dies.* Justin. 38, 8, 1. *ac excitatis militibus post annos tres et viginti sumpti regni in romana bella descendit.* 14, 3, 8. *post tot annos praeteriorum stipendiorum.*

6. Cum participio praeteriti temporis collocatur *post*, ut omne id tempus designetur, quod inde ab aliqua re facta sequutum est: ubi Germani dicunt *seit.*

Cic. in Cat. 4, 7, 14. *causa est post urbem conditam hoc inventa sola.* de Har. resp. 7, 13. *nego unquam post aram constitutam — ulla de re — tam frequens collegium judicasse.* Brut. 62, 224. *longe post homines natos improbissimus C. Servilius Glaucia.* Ita edidit Lambinus: etiam in ceteris locis ita dicitur, non *post natos homines.* p. Mil. 28, 69. Lucilius apud Cic. de Opt. gen. orat. 6, 17. Cic. p. Balbo 19, 26. *quam pauci post genus hominum natum reperti sint, qui etc.* De verbis *post homines natos* vide Victor. Var. Lect. 17, 12. Similiter Cic. Verr. 3, 17, 44. *quod nemo unquam post hominum memoriam fecit.* in Catil. 2, 12, 28. in Pis. 27, 65.

7. *Post* adverbium de tempore, quod praesenti oppositum aliquando veniet et nunc futurum est, usurpatur, ut sit idem quod *posthac, postea.* Germani *später.* Cf. Huschkium ad Tibull. 1, 1, 19.

Plaut. Men. 3, 2, 8. *hominem post adibo.* Cas. 3, 2, 15. *post convenero.* Men. 3, 2, 8. Rud. 4, 2, 27. As. 5, 2, 65. *post eam demum huc cras adducam ad lenam.* Terent. Hec. 4, 3, 2. *istuc est sapere, qui ubicumque opus sit, animum possis flectere: quod sit faciendum post, idem hoc nunc si feceris.* Cic. p. Rosc. Am. 30, 84. *de Capitone post viderimus, si, quemadmodum peratum audio, testis prodierit.* de Fin. 3, 6, 22. *consequens est enim et post oritur.* Poeta apud Plin. Hist. n. 35, 10, 27. *quem nunc et post semper ob artem hanc Ardea laudat.*

Sallust. Iug. 55, 8. *rursus aliis, post aliis minitari.* Cic. p. Domo 55. 140. *delatum tum est ad vos, pontifices, et post omnium sermone celebratum* etc.

8. Poetae et scriptores recentioris aevi *post* cum pronominibus *id, hoc, haec* collocarunt: reliqui adverbiales formas *postea, posthac, postilla*, quibus alia est

ratio, usurpabant. *Post quae* saepe dixit Celsus, non item alii. Antiqui etiam dixerunt *post id locorum*.

Plaut. Cas. 1, 42. *post id, quom lassus fueris et fumelicus, noctu ut condigne te cubes, curabitur.*

Horat. Epist. 2, 1, 175. *gestit enim nummum in loculos demittere, post hoc securus, cadat an recto stet fabula talo.* Plin. Epist. 5, 1, 6. *post hoc ille cum ceteris subscripsit.* Martial. 4, 78, 8. Sueton. de Gramm. 8. Calpurn. 3, 59. *post hoc placuit tibi torrida Mopsi vox.* Columell. 12, 38. *post hoc complures ex ea massulae fiunt.* In Lege Papiria apud Festum p. 347. Müller. *quicumque praetor post hoc factus erit:* sine caussa conjecisse videntur *posthac.* Quintil. 6. pr. 9. *una post haec Quintiliani mei spe ac voluptate nitebar.* Propert. 1, 4, 19. *nec tibi me post haec committet Cynthia.* Lachmannus restituit 1, 15, 13. *quamvis numquam post haec visura dolebat.* Alii *posthac.* Nemes. 2, 69. *post haec, Donace, nostros contemnis amores?* ubi Burmann. Celsus 1, 2. *post haec paullum conquiescere opus est.* 1, 3. p. 26. Columell. 12, 2, 1. 3, 4, 3. Tacit. Ann. 3, 16. *nec quidquam post haec rogaturus salutem infelicis filii rogo.* Sueton. Ner. 25. Vitell. 5. vide Oudendorp. ad Ner. 9. ad Oth. 11. Saepe de ordine rerum *post haec* dicitur. Quintil. 3, 6, 24. 7, 2, 42.

Celsus 4, 2, 4. *post quae ad balneum — revertendum est.* Paullo post: *post quae vix fieri potest* etc. 5, 27, 13.

Plaut. Cas. 1, 32. *post id locorum — dabitur tibi amphora una.* Sallust. Iug. 72, 2. ubi Kritzius.

Cic. de Fin. 5, 29, 88. *post enim haec in hac urbe primum a Socrate quaeri coepta. Post* est *postea:* ne cum *haec* coniungas. Ernestius saepe in Ciceronis libris scripsit *post ea*, veluti p. Arch. p. 10, 25. Cf. Goerenz. ad libr. de Fin. 1, 11, 38.

9. Dictionis ellipticae ratio in verbis *multo post, paullo post, post paullo* aliisque satis est aperta, non item caussa collocationis verborum. Bremi ad Cornel. Paus. 3, 1, quem sequitur Herzogius ad Caes. B. civ. 1, 20., haud male tradit, ubi ablativus secundum locum obtineat, accedere ad temporis definitionem id, quod eam moderetur, quasi dicatur *post et quidem paullo.* Sed res est non alia quam in reliquis nominibus componendis. Verba *paullo post* enim una notione continentur, nominibus quasi per hyphen iunctis: ubi vero nomen postponitur, accedit sua notione definiens temporis spatium: sicuti dicimus *praestanti virtute virum*

et *hominem summa prudentia*. Exempla ablativi postpositi rariora sunt, sed a nullo scriptore prorsus aliena. Cf. Iac. Gronov. ad Liv. 28, 24, 18. Burmann. ad Quintil. 2, 5. Cort. ad Sallust. Iug. 56. et 106. Drakenb. ad Liv. 22, 60, 16.

Liv. 40, 58, 1. *haud multo post famam mortis Philippi.* Caes. B. gall. 4, 36. *paullo post mediam noctem.* Haec non novit Waltherus, quum negaret Tacitum Ann. 5, 3. scribere potuisse *haud enim multo post mortem eius.* Scripsit autem Tacitus *haud enim multum post*, eodem sensu.

Cic. ad Fam. 15, 5, 3. *male te paullo post valentem quam statim imbecillum videre.* ad Att. 12, 49. *non multo post, quam tu a me discessisti.* p. Caec. 4, 11. *aliquanto post.*

Plaut. Merc. 2, 1, 10. *ea Simia adeo post haud multo ad me venit.*

Cornel. Cim. 3, 4. *post, neque ita multo, Cyprum — imperator missus.*

Caes. B. civ. 1, 20. *post paullo tamen* etc. B. gall. 7, 60. Liv. 32, 25, 8. Quintil. 9, 2, 43. Cic. de Rep. 2, 34. *post aliquanto.* in Cat. 3, 5, 11. Orat. 30, 107. Liv. 5, 55, 1. 2, 31, 4. Drakenb. ad 22. 60, 16. et ad 2, 31, 4. Cornel. Paus. 3, 1. *post non multo.* Alia vide apud Kritzium ad Sallust. Cat. 32, 5. Iug. 56, 3.

Virgil. Ge. 3, 476. *nunc quoque post tanto videat.* quae Hermannus comparat cum Hom. hym. in Merc. 126. δηρὸν δὴ μετὰ ταῦτα.

10. Grammatici tradunt, quando res posteriori tempore acta declaranda sit, praepositionem vel adverbium *post* eo modo *quum, ut, ubi* sequi in altera sententiae parte, quo dicitur *post quam.* At quae haec vocabula coniungit ratio non ad illa attinet: nam sententiae, quae adduntur, explicationis caussa accedunt et per se constant.

Cic. ad Att. 7, 11. *idem Pericles non fecit annum fere post quinquagesimum, quum praeter moenia nihil teneret. Post* refertur ad Themistoclis tempus antea nominati.

Cic. p. Cluent. 24, 67. *post autem quum esset Scamander unius Staleni sententia absolutus — acrioribus saluti suae remediis subveniendum putavit.* p. Mur. 13, 29.

Sallust. Cat. 24, 3. *primo ingentis sumptus stupro corporis toleraverant: post, ubi aetas tantummodo quaestui, neque luxuriae modum fecerat, aes alienum grande conflaverant.* 10, 6.

Cic. Orat. 8. *post sensim incedens, iudices ut vidit ardentes, in reliquis exsultavit audacius.* Columell. 2, 10, 28. (11, 5.) *paucos deinde post dies, ut coeperit frutieare, omnes alterius generis herbas eruncato.* Alii libri *ubi.*

11. Sed comparatio duorum temporum fit collocatis vocabulis *post — quam*, sive aliis nominibus interiectis, sive ipsis accentu disiunctis, qui unus est in composito vocabulo *postquam.*

Cic. ad Fam. 16, 21, 1. *aliquando venerunt post diem XL et VI, quam a vobis discesserant.* p. Mil. 16, 44. *post diem tertium gesta res est, quam dixerat.* Corn. Arist. 3, 3. Vide Duker. ad Liv. 30, 19, 7. Cic. ad Att. 12, 1. *undecimo die post, quam a te discesseram, hoc litterularum exaravi.* 13, 4. *filius anno post quaestor fuit, quam consul Mummius.* Liv. 42, 2, 4. *profectus decimo post die, quam exercitum acceperat.*

Cic. ad Att. 12, 49. *heri non multo post quam tu discessisti* etc. Plaut. Truc. 3, 1, 3. *post illuc veni quam advenit.* vide Acidalium Div. in Truc. c. 5.

III. 1. *Postquam*, unum verbum unoque accentu pronuntiandum, eo differt, quod non tam spatium temporis praeteriti distincte definitur, quam simpliciter significatur rerum ordo. Dicitur enim, quum aliqua res facta esset, aliam esse sequutam, vel ex quo aliquid actum sit, fieri aliud. Quare adduntur in altera parte sententiae *tum, tunc, inde, ibi*, et de proximis rebus *tico, extemplo, continuo, repente.* In his *postquam* item significat quod *ut.*

Plaut. Merc. Prol. 12. *biennium iam factum est, postquam abii domo.* Perspicuum est, quid differant verba *biennio post, quam abii.*

Plaut. Capt. 3, 1, 27. *abeo ab illis, postquam video me sic ludificarier.* Bacch. 3, 6, 1.

Plaut. Most. 3, 3, 22. *quia tibi umquam quidquam, postquam tuus sum, verborum dedi.* i. e. ex quo.

Cic. de Inv. 1, 2, 3. *postquam vero commoditas quaedam — dicendi copiam consequuta est, tum ingenio freta malitia pervertere urbes — adsuevit.* Liv. 22, 48, 4. *postquam omnium animos oculosque occupaverat certamen, tum adreptis scutis — aversam adoriuntur romanam aciem.* 27, 27, 7. 38, 48, 12. *postquam — tum demum.*

Liv. 45, 3, 8. *postquam superatos saltus transgressosque in*

Macedoniam Romanos audirent — tunc Rhodios legationem misisse.

Liv. 23, 17, 4. *Poenus — postquam obstinatos vidit, obsidere inde atque oppugnare parat.* 32, 23, 5. De *ibi* vide Tom. 1 p. 166.

Plaut. Cist. 1, 3, 28. *postquam ille uxori iusta fecit, illic huc commigravit.* Terent. Andr. 3, 2, 32. Heaut. 4, 1, 42.

Terent. Hec. 3, 3, 13. *postquam introii, extemplo eius mortem cognovi miser.* Liv. 29, 22, 7. 1, 6, 1. 31, 42, 6. *postquam mea signa Macedonum sunt — omnes repente — ad castra Athamanum perfugiunt.* 23, 20, 7.

Cic. p. Cluent. 63, 178. *Larinum postquam venit, instructam ei continuo et ornatam — tabernam dedit.* Hirt. B. afr. 84. *qui postquam animadverterunt neminem esse ibi praesidio, protinus — in regia castra fugere contendunt.*

Novum vocabulum *postquamde*, quod Bothius in Plauti Pseud. 1, 3, 62. fecit, nullam habet auctoritatem.

2. Hinc vero fit, ut *postquam* usurpetur, ubi id indicandum est, quod ex aliqua re consequutum sit. Tum idem fere significat quod *quum*. Donatus ad Terent. Ad. Prol. 1. *postquam pro quoniam: cuius reciprocum quoniam pro postquam.*

Plaut. Curc. 5, 3, 5. *postquam nihil fit, clamore hominem posco.* Truc. 2, 3, 24. *nunc postquam scio dulce atque amarum quid sit ex pecunia, ita ego illam edepol servem.* Caes. B. gall. 1, 27. *eo postquam Caesar pervenit, obsides arma servos — poposcit.* Liv. 21, 7, 6. *postquam ad effectum operis ventum est, coeptis succedebat.*

Tacit. Ann. 1, 38. *intumescente motu profugus repertusque, postquam intutae latebrae, praesidium ab audacia mutuatur.* 1, 68. *postquam haesere munimentis, datur cohortibus signum.*

3. Rationem, qua haec coniunctio cum verbis componitur, ad vocabulum *quam* attinere, quippe quo res diversi temporis comparentur, addito nomine *post*, Krügerus in Grammat. p. 792. exposuit. Tamen etiam *post* in se habet, quo tempus verbi constituatur. Nam non aliud tempus in huius generis sententiis locum obtinere potest, nisi praeteritum. Atque perfectum, quod pro aoristo ponitur, est usitatissimum, idque tum quidem ponitur, quum caussae nexus simul intelligitur. Praesens vel pro praeterito dicitur maiori cum vigore orationis, vel de rei conditione, quae eadem praesentiam continua

attingit, sed maxime, ubi illa, quam modo exposui, causae ratione duae res coniunguntur. Plusquamperfectum convenit cum ratione rei ante actae: tamen eius exempla non tam multa reperiuntur quam perfecti, quoniam tempus intelligitur longius recedens, etiam interiecto quod nominatur intervallo. Comparatur enim acta res cum re priori. Imperfectum ponitur, ubi res significanda est, quae dum continua erat aut fieri solebat, alia incidit. Cf. Herzog. ad Caes. B. civ. 3, 58. et ad Sallust. Cat. 55, 1, 56, 4. Kritz. ad Sallust. Iug. 11, 2. 13, 5. Mutzel. ad Curt. p. 12. qui omnes subtilitate abundant. Livius alteram sententiam adeo per *tum, tum demum* coniungit: Plautus *continuo* addidit.

Weissenbornius in Syntaxi p. 340. causam, quapropter perfectum fere ponatur, in eo agnoscit, quod res in secundaria parte sententiae nominata referatur ad tempus eius, qui loquitur. Quod aut obscure aut non recte dictum est. Scilicet componuntur duae res ita, ut non tam temporis distantia conspiciatur, quam ut narretur, utramque rem suo tempore esse actam, alteram post alteram, vel alteram ex altera profectam.

Caes. B. gall. 1, 27. *eo postquam Caesar pervenit, obsides, arma, servos, qui ad eos perfugissent, poposcit.* Sallust. Cat. 11, 4. *postquam L. Sulla — bonis initiis malos eventus habuit, rapere omnes* etc. Liv. 6, 33, 2. *finis certaminis fuit, postquam utrisque apparuit nihil per alteros stare, quo minus incepta persequerentur.* Vide Kritz. ad Sallust. Iug. 29, 3.

Plaut. Capt. 3, 1, 27. *abeo ab illis, postquam video me sic ludificarier.* i. e. vidi et video. Terent. Hec. 5, 3, 28. Sallust. Iug. 76, 6. Cat. 60, 6. Wopkens. in Observ. Misc. Tom. 7. p. 235.

Plaut. Bacch. 3, 6, 1. *nunc ego illam me velim convenire, postquam inanis sum.* i. e. factus sum. Most. 3, 3, 22. *quia tibi umquam quidquam, postquam tuus sum, verborum dedi.*

Liv. 21, 13, 4. *postquam nec ab Romanis vobis ulla spes est, nec vestra iam aut arma vos aut moenia satis defendunt, pacem affero ad vos magis necessariam quam aequam. Nullam spem esse* dicitur pro *omnem spem concidisse.* Tacit. Ann. 14, 44. *postquam vero nationes in familiis habemus, quibus diversi ritus — sunt, colluviem istam non nisi metu coercueris.*

Proprie dicitur *postquam video, videt, vident, cernit, cernunt.* Terent. Hec. 5, 3, 28. Phorm. 4, 1, 3. Liv. 6, 9, 10. 4, 10, 1.

Sallust. Cat. 40, 3. Iug. 15, 5. Tacit. Ann. 14, 60. Ovid. Met. 15, 628. Val. Flacc. 4, 143.

Tibull. 2, 5, 19. *haec dedit Aeneae sortes, postquam ille parentem dicitur et raptos sustinuisse Lares.* Recte reddidit Vossius: *nachdem er den Vater, wie man erzählt, — entrug.*

Coel. ad Cic. Epist. 8, 8, 5. *at Servilius postquam, ut coeperat, omnibus in rebus turbarat.* Sallust. Iug. 11, 2. *postquam illi — iusta magnifice fecerant, reguli in unum convenere.* Liv. 33, 3, 1. *Philippus quoque primo vere, postquam legati ab Roma nihil pacati retulerant, delectum per omnia oppida regni habere instituit.* Tacit. Ann. 2, 65. Hist. 2, 68.

Caes. B. civ. 3, 58. *postquam non modo hordeum pabulumque omnibus locis herbaeque desectae, sed etiam frondes ex arboribus deficiebant, corruptis equis macie, conandum sibi aliquid Pompeius de eruptione existimavit.* ubi Herzog.

De nomine temporis interposito vide n. 11.

Liv. 25, 36, 4. *postquam toto agmine tres imperatores cum tribus iustis exercitibus aderant apparebatque parum armis — valituros esse, circumspectare atque agitare dux coepit* etc. 5, 39, 2. *postquam nihil usquam hostile cernebatur, — haud multo ante solis occasum ad urbem Romam perveniunt.* Multa alia Fabri ad 21, 13, 4. et Kritzius ad Sallust. Iug. 13, 5.

Liv. 30, 18, 3. *postquam nihil commovebant, tum Cornelio Quintilius* etc. 38, 48, 12. *postquam indomitos atque implacabiles cernebam, tum demum vi atque armis coercendos ratus sum.*

Plaut. Most. 3, 1, 117. *nam postquam haecce aedes ita erant, ut dixi tibi, continuo est alias aedes mercatus sibi.*

Caes. B. civ. 3, 60. *postquam id difficilius visum est, neque facultas perficiendi dabatur, — ad Pompeium transierunt.*

Cum infinitivo historico Tacit. Ann. 3, 26. *ut postquam exui aequalitas, et pro modestia ac pudore ambitio et vis incedebat.*

4. *Postquam* quum semper in iis sententiis locum obtineat, quibus res vere factae narrantur, fieri non potest, ut modum coniunctivum post se habeat, nisi aliena caussa accedat. Quae vero afferuntur exempla, omnia sunt a librariis corrupta, nec ea valent, in quibus *posteaquam* pro *postea quum* legitur.

Reisigius Gramm. p. 535. docet *posteaquam* cum coniunctivo ideo componi, quod caussa intelligatur, etiamsi res acta narretur. Hoc quomodo fiat, verborum significatione non perversa, demonstrandum erit.

Liv. 4, 13, 10. *quae postquam sunt audita et undique primores patrum et prioris anni consules increparent, quod eas largitiones coetusque plebis in privata domo passi essent fieri — tum T. Quinctius — ait* etc. Haec verba T. 2. p. 486. attuli, ut monstrarem diversos modos per *et* componi. Sed Madvigius ad Cic. de Fin. p. 249. monuit, negligentia quadem ita scriptum esse, mutato etiam verbi tempore, ut ad alterum verbum non *postquam* pertineret, sed *quom*, idque e *postquam* intelligendo erueretur. At quanta haec esset negligentia? Fortasse ea, qua ex *quum* alibi *postquam* intelligendo eruatur. Weissenbornius in Iahnii Nov. Annal. T. 35. p. 388. me sequitur existimans alteram partem sententiae interno et necessario nexu cohaerere cum iis, quae Quinctius loquutus sit. At negandus erat omnino usus, qui negligentiae nomine non poterat stabiliri. Verum perspexit Alschefski emendans *quae postquam sunt audita, quum undique primores patrum — increparent* etc. i. e. quibus auditis quum etc. 22, 1, 2. *Galli — postquam — suas terras sedem belli esse — viderent, verterunt retro ad Hannibalem ab Romanis odia.* Alschefski recte edidit *videre.*

In Taciti Ann. 12, 54. omnibus cognitum est multa verba excidisse, nec demonstrari posse, quo spectet verbum *postquam.*

Cic. p. Cluent. 64, 181. *posteaquam illa abducturam se filiam — minaretur, mulieri crudelissimae servum fidelissimum — ad supplicium dedit.* Scribendum est, uti ipsa sententia iubet, *postea, quom.* Item in Epist. ad Fam. 2, 19, 2. *postea quum mihi nihil neque a te ipso neque ab ullo alio de adventu tuo scriberetur* etc. ubi vide Manutium. ad Att. 11, 12. *postea quum litterae a Balbo — missae essent* etc. ubi oxonienses codices habent *posteaque quam.* Item de Leg. 2, 25, 64. p. Lege Man. 4, 9. ubi Beneckius non dubitare debebat, nec comparare locum orationis p. Deiot. 13, 36. ubi Cicero de consilio non scripsit *devictus erat.*

Vix operae pretium est monere locos eos, in quibus coniunctivus ex obliquae orationis ratione pendet, veluti Cic. ad Att. 1, 13. ad Fam. 7, 8, 17. alieni esse generis, sicuti eos, in quibus coniunctivus alter alteri assimiletur. Cic. ad Att. 6, 3. *etsi nil sane habebam novi, quod post accidisset, quam dedissem ad te Philogeni, liberto tuo, litteras, tamen* etc.

IV. 1. De congerie verborum *post deinde, postea deinde* dictum est Tom. 2. p. 242. Addi possunt haec

exempla. Liv. 5, 41, 10. 1, 19, 3. Columell. 3, 4, 3. 5, 6, 12. Virgil. Aen. 5, 321. Cf. Broukhus. ad Propert. 2, 2, 14. Eodem modo dictum est *post tum*. Plautus collocavit verba *postquam — post*.

Seneca de Benef. 2, 34, 1. *primum, fecit: bono animo bonum obtulit —. post deinde aliter beneficium, aliter creditum solvitur.* Hoc Ruhkopfio sensu carere videbatur: quare scripsit *post divide*: quo modo nemo umquam loquutus est. Lipsius, ad Terent. Andr. 3, 2, 3. respiciens, recte defendit illud. Multae antiquae dictiones seriore tempore revixerunt.

Lucret. 3, 528. (539.) *inde pedes et crura mori: post inde per artus ire alios tractim gelidi vestigia leti.*

Varro de L. L. 5, 9. *post tum conventionem habet, qui lustrum conditurus est.* Ita nunc e libris antiquis restituerunt, Scaliger scripturam *postante* servandam esse censuit, tamen non exposuit, quid ea significaret.

Plaut. Trin. 4, 2, 133. *postquam ego me aurum ferre dixi, post tu factus Charmides.* v. 156.

2. Virgilius composuit vocabula *post hinc* Aen. 8, 546. *post hinc ad navis graditur.* Georg. 3, 30. *post hinc digressus.* Servius: *unum vacat.* Sed grammatici vocabulum fecerunt *posthinc:* quod absurdum.

3. Verbis et nominibus particula in eam forman praefigitur, quam hyphen grammatici appellant. Cort. ad Sallust. Fragm. p. 938. Dividenda esse vocabula monet Kritzius ad Sallust. Cat. 23, 6: attamen uno accentu ea continentur.

Sallust. Orat. Lep. 6. *supplicia in post futuros composuit.* Catil. 23, 6. *invidia atque superbia post fuere.* Horat. Carm. 3, 24, 30. *clarus post genitis.*

4. Praepositionem *post* interdum ante se habere suum nomen grammatici monstrant uno loco Cic. Tusc. 2, 6, 15. *hunc post Rhodius Hieronymus — dixit*, et comparato aliarum praepositionum usu. Cf. Wopkens. Tull. Lect. p. 178. (128.) Beierus ad Cic. p. Tull. p. 57. Wolfius dubitabat. Sed in pronomine maiorem vim positam esse mutato ordine, quae est Klotzii sententia, nullo pacto potest comprobari. Nec aliae praepositiones argumentum praebent, quod modo in usu cernitur. Quare nisi alia exempla inveniuntur, illud

unc, fortasse a librario quodam appictum, videtur tenere acceptum esse.

*) *Post* et *per* in libris commutatas voces notaverunt Burmann. ad Lucan. 2, 685. Kritz. ad Sallust. Cat. 58, 2. Walther. ad Tac. Ann. 2, 19. 15, 40. *postquam* et *quamquam* Schwarz. ad Plin. Pan. p. 585.

POSTEA. POSTEAQVAM.

Postea eo modo est factum, quo *posthac* et *antea*. Est enim *ea post*, i. e. eo tempore post, *da nach*, *darnach*. Cf. Tom. I. p. 890. Poetis rarius licuit hoc vocabulo uti, quippe quod non dactylicis numeris posset aptari. Ovidius enim quum Fast. 1, 165. scripsit *postea mirabar, cur non sine litibus esset prima dies*, disyllabum esse voluit, sicuti Statius *antea ferrato lutrantem moenia curru*, nam quod in plurimis editionibus exstat *post ea* magis alienum videtur a poetico usu. Lamshornium in Grammat. p. 1044. caussam longae syllabae in accentu quaesivisse, vix operae pretium est notare.

Plaut. Poen. 1, 1, 19. *si auctoritatem postea defugeris.* Quod auctor argumenti libri 6. Thebaid. Statii 7. scripsit *decipitur cursu puer Arcas: postea victor.* sui temporis indicium fecit. Neque aliter Epigr. in Anthol. 5, 192.

Particulae *que*, *ve* compositum vocabulum poterant distrahere: id certe in legum formulis factum esse, monstrant haec exempla. Liv. 41, 9, 9. *qui socii — M. Claudio, T. Quinctio censoribus postque ea — censi essent* etc. ubi nihil mutandum. Cic. Verr. 1, 41, 106. *qui ab A. Postumio Q. Fulvio censoribus postve ea fecit, fecerit.* ubi *ab* non est pro *post* accipiendum, sed in iis, quae omissa desiderantur, inesse debet censi sunt.

1. *Postea* in plurimis convenit cum adverbio *post:* nec tamen dicitur de loco, nisi ubi de ordine rerum et de ea collocatione sermo est, quam perlustrando comprehendimus. Notio igitur temporalis ad locum translata videtur, quod in *post* vice versa factum est. Nec antiqui scriptores *postea* usurpabant de situ rerum, nec de dignitatis ordine, sed recentiores.

Plin. Hist. n. 6, 30, 35. *Auruspi oppido longe a Nilo ito. Postea Achisarmi.*

Plin. Hist. n. 17, 16, 26. *capacissima insitorum omnium dicitur platanus, postea robur. — Fertilissima omnium inoculatio, postea emplastratio.* 17, 21, 35, 11. *optimum autem, matrum esse firmam, postea audacem.* 13, 1, 2.

2. De tempore dictum sibi oppositum habet *nunc*, *ante* sive *antea*, et in praeteritis rebus *tum*.

Liv. 5, 4, 1. *quam hoc consilium collegarum meorum — necessarium fuerit, postea disseram: nunc de ipsa conditione dicere mihi tantum libet.*

Celsus 7, 7, 8. *si superior palpebra est; ante: si inferior, postea propius ipsis pilis incidendum.* Plin. Hist. n. 28, 12, 50. *foveri et ante et postea iubent.* 22, 22, 46.

Liv. 2, 9, 8. *nec quisquam unus malis artibus postea tam popularis esset, quam tum bene imperando universus senatus fuit.*

3. Saepissime particula haec absolute ponitur de tempore insequente, ut sit germanicum *später, in der Folge.* Quare additur futuro verborum et idem fere est, quod *deinde, tum*, etiam in narrandis rebus praeteritis.

Plaut. As. 2, 2, 90. *inde huc veniet postea.* 3, 3, 119. *postea ad pistorem dabo, ut ibi cruciere currens.* Cist. 2, 1, 48. *hodie — postea cras.* Stich. 4, 2, 43. *deos salutabo modo, postea ad te continuo transeo.*

Caes. B. civ. 1, 77. *quos ille postea magno in honore habuit.* B. gall. 5, 27. (naves) *prioris commeatus et quas postea Labienus faciendas curaverat.*

Cic. de Fin. 3, 18, 61. *nam bonum illud et malum, quod saepe iam dictum est, postea consequitur* ubi vide Goerenz.

Formula est frequentata *quid postea? quid tum postea?* Plaut. Cist. 2, 3, 6. As. 2, 2, 29. Terent. Eun. 2, 3, 79. Ad. 4, 1, 13. Cic. p. Mur. 12, 26. p. Rosc. Am. 29, 80.

Plaut. Epid. 3, 3, 5. *ubi id inspexissent, cogitarent postea, vitam ut vixissent olim in adolescentia.* i. e. tum. 4, 2, 30.

Plaut. Mil. 3, 2, 35. *mihi imperabat, ego promebam postea.*

4. Cum ablativis *aliquanto, multo, brevi* rarius collocatur quam *post:* de quo Zumptius ad Cic. Verr. p. 958. dubitabat.

Cic. de Inv. 1, 51, 154. *postea aliquanto ipsos quoque tempestas vehementius iactare coepit.* Plin. Hist. n. 13, 1, 2. *postea*

multo successit propter gloriam appellatam megalium. Apud Cic. in Cat. 1, 6, 15. variat scriptura. Cic. in Verr. 5, 54, 142. *brevi postea est mortuus.*

5. In interrogatione positum vocabulum grammaici non uno modo explicuerunt. Donatus ad Terent. Ad. 4, 5, 26. ubi legitur *nonne haec iusta tibi videntur postea?* haec scripsit: *quae postea audisti, quam illa quae pro Lemnio dicebat prius. Aut si hoc non est, quaere quid sit postea. Videtur enim postea hic abundare, quomodo interdum hodie de stomacho additicitur loquentis.* Westerhovius hanc sententiam alteram comprobari dicit Plauti Men. 3, 2, 31. *an tibi malam rem vis pro maledictis dari postea?* Palmerius Exercitat. p. 836. Thes. crit. T. 4. ex abundantia addi particulam opinatur. Stallbaumius cum Schulzio comparat germanicum *am Ende:* quod non ineptum videtur. Iam Dacierus reddidit per *enfin.* Inest vero aliqua consequutionis ratio: *quum hoc esset: in Folge dessen.* Sed propria videtur sedes particulae ita dictae in extrema sententia.

6. Ab initio sententiarum eo modo ponitur, quem in *post* p. 489. notavimus, ut sit *deinde, praeterea.*

Plaut. Merc. 2, 3, 35. *nescio quid meo animo est aegre, pater. Postea hac nocte non quievi satis mea ex sententia.* Schulting. ad Quintil. Declam. I. p. 15. existimabat conclusioni inservire particulam. Recte vero Dousa. Most. 1, 3, 131. *pulcra mulier nuda erit, quam purpurata pulcrior. Postea nequidquam exornata est bene, si morata est male.*

7. Vt tempus designetur, adiunguntur sententiae per vocabula *quum, ubi. Postea* redde per *später.*

Caes. B. civ. 2, 17. *postea vero, quum Caesarem ad Massiliam detineri cognovit, — se quoque ad motum fortunae movere coepit.* p. Cluent. 67, 192. Liv. 5, 54, 3. 29, 22, 8. Cic. de Nat. d. 2, 35, 90. *philosophi debuerunt postea, quum vidissent motus eius finitos — intelligere* etc. Quintil. 4, 2, 26. *pro Vareno quoque postea narravit, quum obiecta diluit.* Haec quo referantur, non patet. Quare bene vidit Capperonnerius scribendum esse *postea — quam:* idque repertum est in codice ambrosiano.

Cato de Re r. 156, 4. *postea ubi deorsum versus ibit, heminam — bibat.*

8. Temporis ratione duae res componuntur etiam per verba *postea — quam*, de quibus eadem dicenda sunt, quae p. 497. de vocabulis *post — quam* expositа sunt. Quare satis erit aliqua exempla addere, quibus ille usus demonstretur. De coniunctivo in hac verborum constructione nullum locum habente dixi p. 501. Sed in libris tam saepe *postquam* et *posteaquam* commutantur, ut de usu scriptorum certum facere iudicium non possis, immo de integritate scripturae dubitare debeas. Nec semper distrahi possunt vocabula *postea quam*. Mutzellius in Curtii libris ubique reposuit *postquam*. Vide eum p. 98. et nos Tom. I. p. 402. Lippertus ad Caes. B. gall. p. 664. monstrat maiorem vim inesse in *posteaquam:* quae scilicet pleniori vocabulo conveniat.

Cic. ad Fam. 5, 2, 11. *postea vero quam profectus es, velim recordere, quae* etc. 8, 7, 14. Caes. B. gall. 4, 37. *postea vero quam equitatus noster in conspectum venit.* Sallust. Cat. 2, 2. ubi alii libri *posteaquam vero.* Vide Cortium ad l. l.

Cic. ad Fam. 10, 1, 1. *posteaquam de medio cursu rei publicae sum voce revocatus.* 4, 3, 13. Caes. B. gall. 7, 88. Cic. in Verr. 1, 26, 66.

Cic. de Fin. 5, 1, 2. *Hostiliam dico, non hanc novam, quae minor mihi esse videtur, posteaquam est maior.* Iustin. 2, 14, 3. *posteaquam nullo pretio libertatem videt his venalem*, etc.

Cic. p. Rosc. Com. 11, 30. *qui posteaquam e scena non modo sibilis, sed etiam convicio explodebatur, — confugit in huius domum.* ad Fam. 7, 5, 3.

Cic. in Caec. 21, 69. *posteaquam bis consul et censor fuerat.* Additur *tum.* Cic. in Verr. 2, 29, 70. *posteaquam ad causam dicendam ventum est, tum vero sine metu, sine cura omnes erant.* Tusc. 3, 27, 66.

Sequitur *repente* Cic. in Verr. 5, 41, 106. *statim* 5, 37, 96. 69, 178.

Cic. de Div. 1, 15, 27. *posteaquam a Caesare — multatus est, negat se tamen eorum auspiciorum — poenitere.*

9. Etiam vocabulo *postea* adiicitur praeter necessitatem *deinde*. Cf. p. 501. Mencken. Observat. p. 234. Reisig. Gramm. p. 804.

Cic. p. Mil. 24, 65. *deinde postea se gladio percussum esse.* p. Cluent. 26, 71. Tusc. 4, 1, 2. Celsus 7, 8. *postea deinde imponere id quod purget.* Lactant. 2, 13, 11. ubi Bünemann.

10. *Postea loci* dicitur eodem modo, quo *post id corum*, ut punctum temporis significetur. Kritzius um Fabri divisim putat scribendum esse ob analogiam. ttamen etiam *adhuc locorum* dicitur.

Sallust. Iug. 102, 1. ***postea loci consul haud dubie iam victor pervenit.***

POSTHAC.

1. Lexicorum auctores omnes *posthac* esse dicunt ro *posthaec:* quamquam eodem modo est compositum uo *postea*. Neque alia formatione dicitur *antehac*.)uae Giesius ad Cic. de Div. 1, 20. scripsit, antiquam uisse accusativi formam *hac*, aut melioris soni caussa ronuntiatum esse *hac* pro *haec*, omnino falsa esse puto. *Post haec* tantum poetae et scriptores recentioris aetais usurpabant. Vide p. 494.

In Ciceronis libris unus tantum locus reperitur, in quo codices non variant. Epist. ad Fam. 9, 8, 6. ***posthaec autem, mi Varro, quam plurima, si videtur.*** **Nam de Inv. 1, 23, 33. codices praebent** ***deinde,*** **in reliquis locis** ***posthac.*** **Quare videant critici, an in illo uno loco ferendum sit. In Phil. 2, 31, 77. omnes libri consentiunt in** ***posthac.***

2. Vna est huius vocabuli significatio, quae a praesenti tempore ad posterius vocat. Atque aut posterius empus per se spectatur, quod est *später*, aut contiuum tempus inde a praesenti, quod est *hinführo, von un an*. Nec tamen ratio ulla obstat, quominus etiam s ita loquatur, qui de rebus praeteritis narrat.

Terent. Andr. 3, 5, 5. ***posthac incolumem sat scio fore me, nunc si hoc devito malum.*** **Plaut. Asin. 1, 2, 11.** ***at posthac tibi, male quod potero facere, faciam.*** **Capt. 4, 4, 2. Bacch. 4, 1, 1.** ***qui fuere quique futuri sunt posthac.*** **Mil. 2, 2, 1.** ***nisi hercle defregeritis talos, posthac quemque in tegulis videritis alienum.*** **Terent. Eun. 5, 2, 50. Cic. ad Att. 2, 19. extr.** ***posthac ad te — scribam plane omnia.***

Cic. ad Fam. 7, 26, 7. ***posthac igitur erimus cautiores.*** **Phil. 2, 31, 77.** ***caput autem litterarum, sibi eum illa mima posthac nihil futurum.***

Plaut. Asin. 5, 2, 4. ***neque divini, neque mi humani posthac***

quidquam accredvas, Artemona, si huius rei me esse mendacem inveneris. Cic. in Cat. 4, 9, 19. *id ne umquam posthac non modo confici, sed ne cogitari quidem possit a civibus, hodierno die providendum est.*

Horat. Sat. 2, 3, 296. *haec mihi Stertinius — amico erma dedit, posthac ne compellarer inultus.*

Plaut. Amph. 2, 2, 164. *atque hinc pateram tute exemisti atque eam huic dedisti, posthac rursus obsignasti clanculum.*

Sueton. Tit. 9. *nec auctor posthac cuiusquam necis, nec conscius.*

POSTIBI.

Quae Tom. 3. p. 418. de *interibi* dixi, etiam ad *postibi* attinent. Antiquum est vocabulum apud comicos obvium, significans *postea*. Vide Sciopp. Susp. Lect. 1, 15. p. 45.

Plaut. Rud. 3, 1, 8. *postibi videbatur ad me simia aggredirier.* 4, 7, 37. *nunc hinc introibo et sacrificabo: postibi iubebo nobis coenam continuo coqui.* Poen. Prol. 108. Bene restituerunt in Mil. 5, 25. Bosscha restituendum censuit in Apulei. Florid. p. 102. ubi vulgo legitur *post ubi intellexit.*

POSTIDEA.

In quatuor locis Plauti legitur *postidea*, quod pro *postea* dictum esse grammatici tradunt. In *antidea* quomodo *anti* pro *ante*, interposita littera paragogica *d*, dicatur, expositum est Tom. 1. p. 402. sed *interidea* nulla auctoritate firmari, Tom. 3. p. 418. Vnde vero syllaba *id* in *postidea* venerit, grammatici non explicuerunt, nisi quod existimabant factum esse ex analogia vocabuli *antidea*. Equidem vero opinor antiquas fuisse formas *anti* et *posti*, quibus adiiceretur *d* littera paragogica: nec potest haec opinio eo refelli, quod etiam *post id* dictum esset. Est igitur *postidea* idem quod *postea*.

Plaut. Cist. Grex 3. *postidea loci, qui deliquit, vapulabit.* Stich. 5, 5, 17. 1, 2, 40. *quem aequius est nos potiorem habere quam te? postidea, pater, viros nostros.* Aul. 1, 2, 40. *postidea domum me — recipiam.* ubi codices *post idem.*

In Truc. 2, 4, 67. antiqui libri habent *post id ego.*

POSTILLA.

Postilla eamdem habet formam et significationem quam *postea*. Constat enim, ut bene vidit Bentleius (ad Terent. Andr. 5, 4, 33.) tribus syllabis longis. Mirifice enim erravit Giesius ad Cic. de Div. 1, 20. qui Moserum reprehendens docuit, syllabam extremam accentu produci. Est profecto ablativi forma.

Plaut. Curc. 4, 2, 43. *numquam postilla vidi.* Most. 1, 2, 61. *postilla obtigere eam neglegens fui.* Cas. 1, 31. Men. 5, 9, 58. Poen. 2, 21. Stich. 4, 1, 24. *postilla iam iste est tranquillus tibi?* Terent. Heaut. 3, 1, 38. *postilla coepit victum vulgo quaerere.* Andr. 5, 4, 33. Vid. Palmer. Spicileg. p. 839. Thes. crit. Tom. 4. Ennius apud Cic. de Div. 1, 29. *ita sola postilla — errare videbor.* Catull. 84, 9. *nec sibi postilla metuebant talia verba.*

Non comprobari potuit, quod Heinsius in Propert. 1, 15, 19. coniecerat: *Hypsipyle nullos postilla sensit amores.*

POSTMODO. POSTMODVM.

Accedit ad vocabulum *post* uno accentu coniuncta particula *modo* vel *modum*. Vtraque enim forma et accusativi et ablativi in adverbialem usum poterat admitti, quamvis in *modo* extrema syllaba corriperetur. Cf. Tom. 3. p. 651. Sed perpauci inveniuntur loci, in quibus *postmodum* codicum auctoritate non ambigua confirmetur, ut de antiquo huius vocabuli usu dubitari possit. *Postmodo* nusquam in Plauti comoediis, semel in Terentii exstat, sed saepe apud Livium et in carminibus poetarum augustei aevi legitur.

Qui *post modo* seiuncta vocabula scribenda esse existimant, nihil efficiunt, quum uno accentu contineantur.

Significatione distinxerunt grammatici *postmodo* a *postea* ita, ut illud indicare videretur breve tempus post. At non brevitas temporis significatur, sed indefinitum tempus posterius, ut sit *in der Folge, späterhin.*

Terent. Hec. 2, 1, 11. *neque abs te immerito esse accusatam postmodo rescisces. Postmodo* e bombino codice pro *postmodum*

Faernus restituit, etiam metri necessitate coactus. Liv. 2, 24, 5. *neque patribus satis decorum per metum potius quam postmodo voluntate adflictis civium suorum fortunis consuluisse.* 3, 41, 5. *prope malebant postmodo ipsos decemviros voluntate abire magistratu, quam invidia eorum exsurgere rursus plebem.* 2, 43, 6. 4, 7, 6. 6, 30, 8. 25, 38, 12. 26, 29, 2. 28, 19, 12. 29, 1, 6. In his omnibus locis meliores libri habent *postmodo*: tantum in locis decadis primae 1, 9, 15. 2, 1, 9. 2, 2, 10. 2, 9, 7. libri consentiunt in *postmodum*, sed 2, 2, 10. in parisino quum prime scriptum esset *postmodo*, in opinionem eam inducimur, ut putemus omnem diversitatem illam e consuetudine librariorum pendere. Propert. 2, 8, 22. *sentiet illa tuas postmodo capta manus.* Ovid. Art. am. 1, 486. *voti postmodo compos eris.* Am. 1, 14, 56. Fast. 1, 636. Horat. Carm. 1, 28, 30. *negligis immeritis nocituram postmodo te natis fraudem committere?* In his *postmodo* cum *nocituram* est coniungendum, *te* autem ex meo quidem sensu ad verbum *committere* referri debet: maiorem enim habet vim ex oppositione.

POSTSECVS.

In Glossis sive in Lexico latino-graeco, cui Philoxeni nomen praefigi solet, p. 166. edit. Vulcan. bis legitur *postsecus ὀπισθεν*: in aliis, quas Ducangius affert, *postsecus iam*, *λοιπόν. ἐπίρρημα.* Analogia verborum *altrinsecus*, *circumsecus* etiam significationem monstrat, a glossarum auctoribus, ut videtur, non perspectam. Est enim *hinterwärts.* Sed exempla non inveni in scriptorum libris.

POSTRIDIE.

Postero die unum vocabulum est factum, assumpta ea ablativi forma, qua et loci et temporis nomina terminari solebant: quemadmodum per *e* vel *i* dicebatur *posteri*, *pristini*, *crastini*, *die quarte*, sive *quarti.* (Macrob. Sat. 1, 4. Gell. 10, 24.) Quod grammatici veteres statuerunt *die quarto* de tempore praeterito, *die quarti* de futuro dici, nullam habet rationem in *postridie*, nec ipsum verum videtur: quamquam Pontanus etiam *breve* et *brevi* ita distinguebat. Reisigius p. 201. cum Perizonio in Sanctii Min. 4, 4. p. 182. duos ge-

tivos esse dicit in *quotidie*, *postridie*. Hartungius nos ablativos.

1. In *postridie*, cuius significatio non est quae exemplis demonstretur, varium modum, quo cum aliis verbis coniungitur, observari oportet. Atque adduntur sententiae, quibus tempus definitur, interiectis particulis *quam* ad indicandum prius tempus et *quum*, quo praesens tempus designatur.

Cic. ad Fam. 14, 7, 2. *quid causae autem fuerit, postridie intellexi, quam a vobis discessi.* 16, 14, 1. ad Att. 9, 5. ad Quint. fr. 2, 4. Sueton. Galb. 6. *postridie quam ad legiones venit.*

Cic. ad Att. 4, 10. *ad eum postridie mane vadebam, quum haec scripsi.* ad Fam. 3, 8, 30. vide infra.

2. Cum accusativo nominum *postridie* coniungitur, non omissa, ut grammatici putant, praepositione, sed ipsum vocabulum praepositionis cum accusativo coniungendae vicem explet. Nam etiam *pridie* ita dicitur. Madvigius in Gramm. p. 216. non recte praepit *postridie* non cum nominibus apud bonos scriptores componi, nisi mensium ac festorum dierum.

Cic. ad At.. 16, 4. *quae* (venatio) *postridie ludos apollinares futura est.* Coelius ad Cic. 8, 2, 4. *postridie eius absolutionem in theatrum Curionis Hortensius introiit.* Sueton. Aug. 92. *postridie nundinas.* Festus *repotia, postridie nuptias apud novum maritum coenantur.* Saepe *postridie calendas, postridie nonas.* Liv. 6, 1, 12. Vide Gellium 5, 17. Manut. ad Cic. Ep. 8, 2.

3. Genitivus additur e vocabulo *die* pendens in una formula *postridie eius diei*, nec tantum ita, ut alies addita explicatione designetur, sed etiam ut ea per se constet. Pleonasmus, quem Herzogius ad Caes. B. gall. 1, 23. esse negat, cernitur in eo, quod verba *eius diei* vim suam frequenti usu amiserunt.

Cato de Re r. 2, 1. *postridie eius diei vilicum vocet.* Cic. ad Fam. 3, 8, 30. *haec scripsi postridie eius diei, quum castra haberem in agro Mopsuhestiae.* Sulpic. ad Cic. 4, 12, 4. Caes. B. gall. 5, 10. *postridie eius diei mane tripartito milites equitesque in expeditionem misit.* 4, 13. 1, 22.

Lambinus in Coelii epist. ante commemorata scripsit *postridie eius absolutionis*, proprietatem usus formulae istius non respiciens: quamquam Tacitus dixit *pridie insidiarum.* Nam

in his omnis argumentatio nititur in exemplis. In Cic. ad Att. 13, 47. iamdudum restituerunt: *Dolabella scribit se ad me postridie Idus*, pro *Iduum*.

POTIVS. POTISSIMVM.

Potius, cuius origo e nomine *potis* aperta est, quid significet, et quomodo a *magis* differat, Tom. 3. p. 554. expositum est. Res enim intelligitur praeferenda, et per particulam non tam rei conditio quam iudicium de ea factum exprimitur. Id vel in modo coniunctivo verbi adiecti apparet.

Discrimen, quod inter *potius* et *magis* intercedit, vulgari usu facile poterat negligi. Apparet autem in his Caes. B. gall. 1, 45. *neque se iudicare Galliam potius esse Ariovisti quam populi romani.* Plaut. Aul. 4, 2, 11. *cave tu illi fidelis, quaeso, potius fueris quam mihi.* i. e. cave, ne sis fidelis illi, non mihi. Item 4, 6, 10. Bacch. 3, 4, 3. *illum exoptavit potius.* i. e. non me.

Sed Curc. 1, 3, 55. *siquidem, hercle, mihi regnum detur, numquam id potius persequar.*

1. Comparatio duarum rerum, quarum altera praeferatur, interposita particula *quam* conficitur, sed ita, ut altera res removeatur aut etiam tollatur.

Eun. 5, 1, 55. *visne interea, dum venit, domi opperiamur potius quam hic ante ostium?*

Terent. Heaut. 3, 1, 34. *olim potius, quam paterere filium commeare ad mulierculam, — proterruisti hinc.* Cic. p. Sext. 20, 45. *iecissem me ipse potius in profundum, ut ceteros conservarem, quam illos — in magnum vitae discrimen adducerem.* Tusc. 2, 22, 52. *Zeno — perpessus est omnia potius, quam conscios delendae tyrannidis indicaret.*

Plaut. Amph. 1, 1, 224. *ita di faciant, ut tu potius sis, atque ego te ut verberem.* Lambinus interpretatur haec ita: ut tu potius quam ego sis, nempe ut tu vapules, ego verberem. At bene vidit Lindemannus *atque* non poni post comparativum pro *quam*, sed alteram partem sententiae adiungi. vide n. 9. Apud Lactantium leguntur 1, 1, 16. *quem potius appellem, quem alloquar nisi eum, per quem rebus humanis iustitia et sapientia restituta est?* nec habeo alterum huius generis exemplum notatum. Sed ista verba ne a Lactantio quidem profecta videntur.

2. Hac vero ratione reiiciendi negatur altera res sse, et saepe quidem per quamdam iudicii modestiam. ontraria dicendi forma est *non tam — quam.*

Plaut. Bacch. 4, 9, 117. *dem potius aurum, quam illum corrumpi sinam.* As. 1, 2, 40. *nobis lucro fuisti potius quam decori tibi.* Capt. 2, 2, 51. *non ego istunc me potius quam te metuere aequum censeo.* Cas. 3, 2, 50. *ut enim frugi servo detur potius quam servo improbo.* Truc. 1, 1, 20. *est benignus potius quam frugi bonae.* Sallust. Iug. 8, 2. *secreto monuit, uti potius publice quam privatim amicitiam populi romani coleret.*

3. Omittitur altera pars sententiae cum particula ua, unde fit, ut *potius* affirmationi inserviat. Aut nim negatio praecedens reiicitur, aut id statuitur, quod raestare vel valere visum est. Potest interdum accipi ro *immo potius.*

Plaut. As. 3, 3, 62. *quo nos vocabis nomine?* AR. *Libertos.* LE. *Non patronos?* AR. *Id potius.* cf. v. 100. Aul. 4, 6, 15. *certum est, malam rem potius quaeram cum lucra.* Cas. 5, 8, 20. *hercle, opinor, potius vobis credam, quod vos dicitis.*

Cic. de Off. 1, 29, 103. *neque enim ita generati a natura sumus, ut ad ludum et iocum facti esse videamur: ad severitatem potius et ad quaedam studia graviora atque maiora.*

4. Vtuntur igitur hac voce imprimis ii, qui id, uod ab altero dictum erat, reiiciunt, et probabiliora roferunt.

Plaut. Curc. 5, 3, 15. *abduce istum in malam crucem.* PH. *Ipse ibit potius.*

5. Et ii, qui ob rei praestantiam ad rem faciendam iagis inclinant: unde etiam dicitur *malle potius, praeptare potius:* et additur particula comparativis, ubi raestantior res alteri deteriori praefertur. Cf. Ernest. d Cic. p. Balbo 7, 19. Heusinger ad Vechneri Hellenex. p. 168. Ruhnken. ad Terent. Hec. 4, 1, 17. Mathiae ad Cic. p. Lig. 2, 5. Negat hoc Ellendtus ad Cic. e Orat. 2, 74. praecipiens *potius* semper cum alio vocabulo, non cum comparativo aut verbo *malle* coniungi. At supervacanea est haec argumentatio, quum constet *potius* iudicio formando inservire et *malle potius* in se iabere *potius magis velle.* Quare non augetur comparativi vis addita particula, sed quod in re praestat moderatur optionem. Germani *lieber* et *vielmehr.* In iac autem structura oratio exire solet in finalem modum,

sive apposita coniunctione *ut*, sive ea omissa: de qua dictione Kritzius scripsit ad Sallust. Iug. 106, 3. consentiens cum reliquis grammaticis, omissum esse aliquod verbum, ex quo penderent reliqua verba, veluti: *qui statuit omnem cruciatum perferre, intolerabili dolore lacerari potius, quam* (committere) *ut officium prodat.* Cic. Acad. 2, 8, 23. Quod mihi non verum esse videtur. Nam coniunctivus, qui sequitur, indicat rem e cogitatione suppositam, et coniunctio *ut*, si qua in alia verborum constructione, in hac quidem relativam suam naturam servat.

Plaut. Trin. 1, 2, 142. *emi egomet potius aedis.* i. e. *ich kaufte lieber selbst das Haus.* Truc. 2, 4, 88. *me potius non amet quam huic desit amor.* Cic. de Leg. 2, 1, 2. *miror te, quum Roma absis, usquam potius esse.*

Plaut. As. 4, 2, 7. *suspendas potius me, quam tacita tu haec auferas.* Cic. ad Att. 7, 7. *depugna, inquis, potius, quam servia.*

Plaut. Stich. 1, 2, 18. *si manere hic esse malint potius quam alio nubere.* Trin. 2, 2, 26. Terent. Ad. 2, 2, 14. *mallem auferre potius in praesentia.* Vide Bentlei. ad Heaut. 5, 1, 55. Anton. ad Cic. in Epist. ad Att. 14, 18. *malle te quietam senectutem et honorificam potius agere quam sollicitam.* p. Balbo 7, 19. Cato ad Cic. 15, 5, 4. ubi Cortius. Wunderus in Var. Lect. libr. Cic. p. XXIV. animadvertit particulam saepe ab interpretibus esse adiectam.

Terent. Hec. 4, 1, 17. *adeon' pervicaci esse animo, ut puerum praeoptares perire — potius quam* etc.

Cic. de Orat. 2, 74, 300. *quum quidem ei fuerit optabilius, oblivisci posse potius, quod meminisse nollet, quam, quod semel audisset vidissetque, meminisse.* in Pis. 14, 33. Gaius in Digest. 50, 17, 125. *favorabiliores rei potius quam actores habentur.*

Liv. 9, 14, 7. *deceptos potius, quodcumque casus ferat, paenitet, quum ut sprevisse pacis auctores Tarentinos videantur.*

Cic. Tusc. 2, 22, 52. *perpessus est omnia potius, quam conscios delendae tyrannidis indicaret.* de Fato 10, 21. Cornel. Eum. 11, 4. Liv. 40, 4, 7.

6. Ex adverso *non* poni, paucis, ut videtur, monstrari potest exemplis recentioris aetatis. Alia est ratio, qua *potius* pro *sed* positum negationi opponitur: de quo vide p. 271.

Vlpian. in Dig. 1, 5, 16. *quaestio ergo facti potius est, non iuris.* Lactant. 1, 11, 17. *itaque illa potius ficta sunt, quae tam-*

quam de diis, non illa, quae tamquam de hominibus loquuti sunt. 5, 20, 11.

7. Cum negatione coniungi *potius* et dici *non magis — quam* grammatici docent loco Cic. de Orat. 2, 78, 317. *quanto hoc magis in oratione exspectandum, in qua non vis potius, quam delectatio postulatur.* Nemo tamen umquam ita loquutus est. Alii libri habent *non vis potius, sed delectatio*: quare critici aut *potius* omittendum esse censuerunt, servata particula *sed*, aut scribendum *sed potius*, aut *non vis, potius delectatio postulatur.* Recte dicitur *in qua non vis potius, sed delectatio postulatur*, hac quidem sententia, vim non ita postulari, ut praevaleat, sed delectationem. Adesse enim debet vis, sed non prae ceteris virtutibus. Tamen haud male sensit Ernestius, voc. *potius* ab interpolatore additum esse existimans: sicuti suspectum est apud Plautum Stich. 3, 1, 40.

Perversa opinione Goerenzius in his Cic. de Fin. 4, 12, 31. *hoc simile tandem est? non risu potius quam oratione eiiciendum?* sustulit interrogationem, a Madvigio restitutam. Lactant. 6, 14, 5. *dicunt eos, qui mali videantur, non sua sponte peccare, nec mala potius eligere, sed bonorum specie lapsos incidere in mala.* 6, 12, 13. *verum hoc ille non potius incaute, (quid enim minus in Ciceronem convenit?) sed ignorantia veri iuris prudens ac sciens in hos se laqueos induit.* Ita interpungendum esse iam Heusingerus vidit.

8. Vbi id, quod dictum erat, rectius designatur, in coniungendis sententiis particulae *vel, sive, aut, ac, que* apponuntur, quae saepe opponendi vim exercent.

Cic. Brut. 85, 290. *quum Attico Lysiae Catonem nostrum comparabas, magnum mehercule hominem, vel potius summum et singularem virum.* p. Ligar. 7, 22. ad Att. 5, 7. p. Quint. 25, 80. *o hominem fortunatum, qui eiusmodi nuntios, seu potius pegasos habeat.* Cornel. Eum. 2. Quintil. 5, 10, 18. *non enim longum tantum, sed etiam impossibile aut potius infinitum est.* Vide Tom. 1. p. 589.

De *ac potius* vide Tom. 1. p. 501. Adde quae Müllerus ad Cic. de Orat. 2, 37, 156. Cic. de Off. 1, 26, 92. *neque excludentes ab eius usu suos, potiusque et amicis impertientes.* Acad. 2, 18, 56. *primum quidem me ad Democritum vocas, cui non assentior, potiusque refello.*

9. Interdum *potius* ita collocatur, ut quo referendum sit, ex reliqua oratione peti oporteat. Germani

dicunt *vielmehr*. Conf. n. 8. Ita fit in sententiis deliberantium vel dubitantium.

Plaut. Cist. 1, 1, 44. *at satius fuerat eum viro dare nuptum potius*. i. e. quam ut meretricium quaestum faciat. Terent. Andr. 5, 3, 2. *rem potius ipsam dic, ac mitte male loqui*. ubi ne quis coniungat *potius — ac*, vide n. 3. Antea Simo erat in eo, ut Pamphilum obiurgaret. Liv. Praef. 12. *sed quercus — ab initio certe tantae ordiendae rei absint. Cum bonis potius eminibus votisque — libentius inciperemus.*

Curt. 4, 13, 16. *interdum haesitare, an potius in lacunam detorqueret agmen.*

Africanus in Dig. 46, 1, 21, 2. *siquidem in eam obligationem fideiubent, quae adversus te intra annum sit, obligari eum sit: sin vero in naturalem suam, potius esse ut nihil agatur.* Redde so *habe vielmehr statt dass* etc.

Dictys Bell. troi. 2, 15. *persuadent, uti ipse potius descenderet.* Sulp. Sever. Hist. sacr. 2, 39. *petebatur, ut, priusquam in Athanasium subscribere cogerentur, de fide potius disceptarent.* In his ne quis *ocius* scribendum censeret, monuit Wopkens. in Miscell. Obsery. Nov. Tom. 2. p. 24.

10. Madvigius ad Cic. de Fin. p. 517. negat in duarum rerum comparatione per vocabula *potius quam* facta poni posse duos infinitivos, nec apud Ciceronem 4, 8, 20. recte legi: *quid stultius quam bonam valetudinem — ponere in bonis potius quam dicere nihil omnino inter eas res iisque contrarias interesse?* Scripsit igitur non sine librorum antiquorum auctoritate *dicerent*. Et quum non possit dici *Peripatetici hoc ponunt in bonis potius quam dicunt* pro *dicant* (nam rem quae non fiat respuere indicativum), nec *potabo potius quam amo*, etiam in obliqua oratione putat non admitti infinitivum, quo discrimen indicativi et coniunctivi tollatur. Denique si quis scripserit ita, ut verbo consilii significationem habenti duos infinitivos coniungeret (*statuit potius pugnare quam abire*), inde non sequi, de ipsa actione certi subiecti eumdem dicturum fuisse, *potius pugnabo quam abibo, dixit se potius pugnaturum quam abiturum:* quod Kritzio ad Sallust. Iug. 106. visum erat. Vir doctus si tenuisset primariam vocabuli notionem, non ad inanem argumentationem confugisset. Omnis enim comparatio per *potius* facta pendet ex iudicio. Vbi igitur praestantia in ipsa re cernitur, comparando duae res uni rationi sub-

iiciuntur et inter se conferuntur per *potius*. Sic Plautus (exemplis utar supra allatis) *nobis lucro fuisti potius quam decori tibi* (fuisti). Pertinet haec ratio ad praedicatum. Et recte dicitur etiam in obliqua oratione: *dicunt te nobis potius lucro fuisse quam decori tibi*. Vbi vero id, quod praestare videtur, ad eum, qui agit, pertinet et modus agendi potior alteri opponitur, sive ubi subiectum est, de quo iudicium fit, dicitur *potius quam ut* vel omissa coniunctione simplex coniunctivus. Sic Plautus, *me potius non amabo quam huic desit amor*. Et in obliqua oratione Livius, *deceptos potius quodcumque casus ferat passuros, quam ut sprevisse pacis auctores videantur*. Vtraque vero ratio facile poterat commutari vel ad praedicatum vel ad subiectum referenda. Cicero dixit de Orat. 2, 74. *optabilius oblivisci posse potius quod meminisse nollet, quam quod semel audisset, meminisse:* et Plautus Stich. 1, 2, 13. *si manere hic sese malint potius quam alio nubere*. Quare idem Cicero scribere potuit in illo loco de Fin. *quid stultius quam bonam valetudinem ponere in bonis potius quam dicere* etc. Si scripsit *dicerent*, ea est loquendi forma, quam Wopkensius in Lect. Tull. p. 293. (392.) illustravit. Nec video caussam, cur id, quod in simplici *quam* factum esse concedit Madvigius, ut apud Plautum Rud. 3, 3, 22. *certum est moriri quam hunc pati grassari lenonem in me:* in addita particula non fiat.

Cic. de Div. 2, 64, 133. *ut si quis medicus aegroto imperet, ut sumat terrigenam, herbigradam, domiportam, sanguine cassam: potius quam hominum more cochleam dicere*. Scripserunt critici *diceret:* quod cur admitti non posset, exposui in animadv. ad Wopkensii librum. Nunc equidem acquiesco in negligentiore orationis structura, in qua *potius* non e verbo *imperet* pendet. Redde: *wie wenn ein Arzt dem Kranken beföhle, eine Blutlose zu nehmen: statt vielmehr zu sagen eine Schnecke*.

11. Vt magis designetur rei praestantia, vocabulis *immo* et *quin* additur *potius*. De *immo potius* vide Tom. 3. p. 232.

Plaut. Cas. 1, 11. *quin ruri es in praefectura tua? quin potius, quod legatum est tibi negotium, id curas?* vide in QVIN.

12. Augetur vis orationis addito nomine *multo*.

Plaut. Most. 1, 3, 72. *pater venibit multo potius, quam te me vivo umquam eiusm egere*. Apud Terentium Heaut. 5, 1,

55. olim legebatur: *immo abeat potius multo quovis genium.* Posthac receperunt e libris veteribus aut *potius malo* aut *multo malo.* Illud, quod primo loco posui, probabilius esse videtur.

13. *Quam potius* cum admiratione dicitur in praeferenda aliqua re: *wie vielmehr, wie viel lieber.*

Titius apud Macrob. Sat. 2, 12. *quid mihi negotii est cum istis nugacibus? quam potius potamus multum mixtum vino graeco.* ubi non necessaria est emendatio a Madvigio facta *quin potius.* Virgil. Copae 5. *quid iuvat aestivo defessum pulvere abesse? quam potius bibulo decubuisse toro?* Intellige: quam potius invat etc. Speciosa coniectura, etiam ab uno codice commendata, Ilgenius scripsit *quam potum bibulo decubuisse toro.*

14. Formulae sunt *non modo — sed potius, non — sed potius,* de quibus vide p. 271. et p. 289. 290.

Cic. Tusc. 1, 31, 76. *tantum autem abest ab eo, ut malum mors sit, quod tibi dudum videbatur, ut vereor, ne homini nihil sit non malum aliud certe, sed nihil bonum aliud potius, si quidem dii ipsi vel cum diis futuri sumus.* De hoc loco multum iam est disputatum. Klotzius acute perspexit sententiam, sed non recte exposuit. Nam quod dixit intelligi, *ut mihi videatur homini nihil esse non modo non malum aliud certe, sed potius nihil bonum aliud,* iustas ob caussas non potest approbari: neque enim substituere possumus *non modo,* nec dicere *non modo certe:* sed in germanica interpretatione seorsim edita Klotzius omisit *certe.* Posito vocabulo invertitur oratio ita, ut *sed* addatur maiore cum vi illa, qua idem fere est quod *immo.* Opponuntur verba *non-malum* et *bonum:* et dicitur, si mors malum sit, nihil omnino aliud homini esse, quod non-malum, immo potius quod bonum videri possit. Cf. ea quae in SED demonstraturus sum.

15. Verbis *tantum abest ut — ut* in altera sententiae parte scriptores nostrae aetatis addere solent ex vernaculae linguae usu particulam *potius,* quam veteres propterea non interponebant, quod in illa bipartita sententia duae res in vicem collocabantur aequales, nec haec ratio mutabatur adiectis vocabulis *etiam* (Cic. Tusc. 2, 2, 4), *valde* (ad Att. 7, 3.) aliisque huius generis. Illi vero, ut defendant suam consuetudinem, afferunt Hirt. Bell. Alex. 22. in quo loco iamdudum demonstratum est ab antiquis libris abesse vocabulum *potius:* nec apte comparari verba Ciceronis Tusc. 1, 31, 76. modo

exposui. Quae Noltenius verba apposuit p. 1845. *tantum abest, ut te odio persequar, ut potius te amem mirifice.* non sunt ab antiquo scriptore profecta. Cf. Bardili in Seebodii Bibl. crit. a. 1821. p. 413.

16. De voc. *potius* in sententiis, quae *quam* habent, uti grammatici existimant, omisso, dicendum erit in QVAM.

17. Restat, ut de loco, quem particula obtineat in enuntiationibus, dicam. Atque Zumptius ad Cic. Verr. 3, 62, 146. docuit, *potius* suo nomini aut praeponi aut subiici, nec interiectum ferri verbum. Vide etiam etiam ad 2, 4, 11. Hoc tamen non ad usum poetarum comicorum attinet, et considerandum est, quale sit illud quod interiiciatur verbum. Cic. de Fin. 1, 2, 4. *Synephebos ego, inquit, potius Caecilii aut Andriam Terentii quam utramque Menandri legam?* Etiam coniunctiones cum hac particula componuntur veluti *sed, vel.* Vide u. 14. Adtrahitur autem saepe *potius* a *quam*, quo eius vis minuitur.

Cic. Div. in Caec. 7, 23. *non enim illud peto — reus ut absolvatur: non peto: sed ut ab hoc potius quam ab illo accusetur, id peto.* Si cum Zumptio e tribus codicibus restituis *sed ut potius ab hoc quam ab illo*, spectat *potius* ad verba *ab hoc* et maiorem vim habet.

1. POTISSIMVM, adiectiva forma in adverbialem usum adhibita, maiorem rerum, quas reiiciat vel excludat, ambitum complectitur. Nam significat rem aliquam ceteris omnibus praeferri. Vide Tom. 3. p. 586. Est igitur *prae ceteris*, praesertim de eligenda re. Vtrum ea suo verbo praecedat, an sequatur, nihil differt. Pronomina relativa et demonstrativa sunt, quibus imprimis haec particula adiungitur.

Plaut. Trin. 2, 4, 75. *quod illi placeat, praeripiam potissimum.* Trin. 4, 2, 88. *multa simul rogitas: nescio, quid expediam potissimum.* Merc. 2, 4, 15. *responde, quo leto censes me ut peream potissimum.* Poen. 3, 6, 50. Merc. 4, 1, 60. *quam capiam civitatem cogito potissimum.* Epid. 1, 2, 55. *ego de re argentaria iam senatum convocabo in corde consiliarium, qui potissimum indicatur bellum, unde argentum auferam.* Caes. B. civ. 2, 43. *tanta erat — contentio, qui potissimum ex magno numero conscenderent.* Cic. de Leg. 1, 7, 21. *ab eo nobis ordienda est potissimum.* h. e. praeter cetera. Quintil. 3, 6, 83.

Plaut. Trin. 3, 1, 187. *aequom videtur, quin quod pecuniae potissimum mihi id obsit.* Cic. p. Coel. 14, 33. *exsistat igitur ex illis ipsa familia aliquis ea potissimum Caecus ille.*

2. Refertur ad id, quod maxima auctoritate, maximo iure, summo opere fit. Manat haec significatio ex ipsa origine particulae, quae etiam cum verbis ita coniungi potest.

Plaut. Aul. 4, 10, 25. *ergo quia eum tangere ausus, haud omnifloor quin eam ego habeam potissimum.* Pseud. 1, 5, 45. *decet innocentem qui sit atque innoxius servum superbum esse apud herum potissimum.* As. 5, 2, 52. *si domum redierit hodie, occlamdo ego ulciscar potissimum.*

Cic. de Inv. 2, 58, 174. *haec autem inter se saepe necesse est comparari, ut, quamquam praestet honestas incolumitati, tamen, utri potissimum consulendum sit, deliberetur.* Hic est locus, quo grammatici demonstrari voluerunt, *potissimum* etiam in comparandis duabus rebus locum obtinere: at falluntur. *Potissimum* enim pertinet ad v. *consulendum*, significans *maximopere*. Quintil. 10, 3, 28. *quem* (perfectum oratorem) *nunc consummari potissimum oportet.* i. e. *im höchsten Grade.*

Cic. de Nat. d. 1, 8, 6. *multis etiam sensi mirabile videri, eum nobis potissimum probatum esse philosophiam, quae lucem oriperet.* Wolfius, ut excusaret negligentiam, qua particula, quae ad eam pertineret, non suo loco posita esset, multa verba in Analectis p. 294. de usu traiiciendorum vocabulorum fecit. Tamen errasse videtur. Nam *potissimum* pertinet ad *probatam*, ut sit *maximopere probatam*. Atque hac ratione ipsa sententia Ciceronis vera est.

3. Paullatim imminuta est vis particulae ita, ut ea nomini, quocum coniungeretur, praeferendo et aliis opponendo adiiceret distinctiorem designationem. Sic *nunc potissimum* est graecum *νῦν δή*, germanicum *gerade ietzt, ietzt eben, ideo potissimum, darum eben.* Sed recentiore aetate, certe a Lactantio, pro simplici *potius* usurpabatur, et dicebatur *non potissimum*, ubi Germani loquuntur *nicht eben.*

Cic. de Leg. 2, 1, 2. *equidem qui nunc potissimum huc venerim, satiari non queo.* Ita codices recte. Goerenius refert ad laetum anni tempus, Turnebus ad aestivum aestum. Haec improbans Bakius quo referat, non assequor. Quintil. 10, 2, 8. *nulla sit ars, qualis inventa est, nec intra initium stetit, nisi*

forte nostra potissimum tempora damnemus huius infelicitatis, ut nunc demum crescat nihil.

Quintil. 11, 2, 56. *etiamsi non utique vasis sunt vitia, quae tamen propter vocem accidant, potissimum huic loco subiiciantur.* Lactant. 1, 11, 58. *neque enim, quum dicunt postea de progenie Atlantis aut Inachi fluminis, id potissimum dicunt, homines ex rebus sensu carentibus potuisse generari.*

Lactant. 2, 2, 2. *cur ad parietes et ligna et lapides potissimum quam illo spectatis, ubi eos esse creditis? 2, 8, 27. quis dicas potissimum stultiores.* ubi Laur. Valla aliique scribendum censebant *potius.* 1, 11, 58.

Lactant. 2, 18, 3. *si autem omnis imitatio non res potissimum seria, sed quasi ludus ac iocus est.* 1, 11, 54. *nec enim fieri poterat, ut — is, qui natus esset, non potissimum genitoribus similis existeret.* 6, 16, 7.

4. Forma *potissime*, ipsa non male facta, idemque significans quod *potissimum*, non poterat adhuc certis exemplis confirmari. Nam apud Ciceronem p. Mur. 2, 4. *si — patronus huic caussae publice constitueretur, is potissime honore affecto defensor constitueretur, qui* etc, ubi librarii quum suo more aequali formae accommodasse videantur verba, scribentes *potissimo*, restituendum est, quod paullo ante iam dictum erat, *potissimum*. Celsus 3, 6. *qua mole plerique aegros in ipso impetu febris potissimeque ubi ardens ea est, male habent.* Codices praebent *qua male — pessimeque:* unde Pantinus *qua male plerique aegros in ipso impetu febris pessimeque ubi ardens ea est, habent.*

PRAE.

Tres sunt unius vocabuli formae *prae, pro, pri* (in *pridem, pridie*) significatione et usu distinctae, sed cum graecis πρό, πρί in πρίν eiusdem originis, cui etiam sanscritum *pra* adscribendum est. His omnibus designatur id, quod ordine antecedit.

Paul. Diac. exc. p. 226. Müll. *privignus dictus, quod antequam mater secundo nuberet, est progenitus. Pri autem antiqui pro prae dixerunt.* Conf. Scaliger de Caus. lat. l. p. 395.

Prae autem quomodo ab *ante* differat, iam T. 1. p. 385. dictum est: *ante* enim opponitur ei, quod *post*

set, *prae* autem indicat sequi alium: velati *antecedit* is, qui non post alium it, *praecedit* autem is, quem alius sequitur, sive qui alium post se habet. Quae quum saepe ad unam rem aequaliter referri possint, usus etiam illa vocabula commutavit. Sed ubi *prae* dicitur, duae res interiore quodam nexu vel causae vel comparationis continentur, nec multae sunt dictiones, quas localis ratio format. Plurimus usus est metaphorae, neque is ulla alia particula magis coercetur intra certas formulas.

Miror Reisigium in Praelect. p. 728. his contraria docuisse, quae magna ex parte falsa esse nemo non videt. Nam quod de v. *prae* dixit, dicendum erat de v. *ante*.

1. Locum, in quo aliquid praecedat, praepositio haec apud antiquos scriptores tantum in formulis *prae se agere*, *prae se ferre*, *gerere* significat. Sequitur enim qui agit aut fert. Recentissimo autem aevo etiam cum aliis nominibus coniungebatur, et usurpabatur pro *ante*. Adverbiali usu dicebatur *i prae*, *abi prae*.

Liv. 1, 7, 4. *prae se armentum agens*. 3, 68, 5. *praedam prae se agentes*. Cic. Phil. 2, 12, 30. *stillantem prae se pugionem tulit*. Liv. 28, 38, 5. *argenti prae se in aerarium tulit quatuordecim millia pondo*. Catull. 64, 84. *dona ferunt prae se*. Quomodo haec verba *prae se ferre*, *prae se gerere* de ostendendo, declarando usurpentur, vide in lexicis. Cf. Drakenb. ad Liv. 27, 34, 5. Gronov. Observ. 2, 24. p. 322.

Columel. 1, 5, 4. *cavendum erit, ut a tergo potius quam prae se flumen habeat*.

Apulei. de Mundo p. 69, 22. Elmh. *limina vero alia prae aliis erant: interiores fores exteriores ianuae muniebant*.

Plaut. Amph. 1, 3, 45. *abi prae*, *Sosia*. Terent. Eun. 3, 2, 46. Plaut. Curc. 4, 2, 1. *i tu prae, virgo*. Terent. Andr. 1, 1, 144. *i prae: sequar*.

2. *Prae manu* dicebatur de rebus, quae erant ad manus, in manibus. Exempla exstant apud comicos et apud serioris aetatis scriptores.

Plaut. Bacch. 4, 3, 10. *omne aurum amans, quod fuit prae manu*. Apulei. Met. 5. p. 180. 32. *aes si forte prae manu non fuerit*. Vide Pricaeum p. 318.

Vlpian. in Dig. 18, 7, 27. *quum prae manu debitor non haberet*.

Terent. Ad. 5, 9, 23. *huic aliquid paullum prae manu dederis, unde utatur.*

Gellius 19, 8, 6. *si C. Caesaris liber prae manibus est, promi iubeas.*

3. Quod *prae aliquo* fit, fit eo praesente, eo adstante. Hinc certe a recentioris aevi scriptoribus *prae* usurpabatur, ut alicuius praesentia indicaretur.

Apulei. de Deo Socr. p. 51, 2. (p. 155. Oud.) *sciatis nihil homini prae istis custodibus nec intra animum nec foris esse secreti.* Melius haec Floridus interpretatur per *coram*, quam Oudendorpius, qui eum reprehendit.

4. Quoniam id, quod maius aut melius excellit, praestare videtur atque praevertitur, in designandis his rebus praestantioribus *prae* usurpatur ita, ut nomini addatur vilioris rei sive eius, quae posthabetur. Recte vero Perizonius ad Sanctii Minerv. 4, 6. monet, *prae* praepositione non exprimi comparationem eam, quae sit in *magis*, *plus*, sed, ut ait, exsuperationem. Intelligimus enim alteram rem ante, alteram post poni.

Plaut. Amph. 1, 3, 29. *clam illuc redeundum est mihi, ne me uxorem praevortisse dicant prae republica.*

5. Nimirum mutari videtur haec ratio in contrariam, ubi res, quae posthabetur, ante eam posita esse dicitur, quae praeferatur. Sed illa res vilior removetur potius ex suo loco ante alteram occupato, quae tunc praestat: idque fit spernendo, posthabendo. Intelligi potest *praelata re*, *praestante re*.

Plaut. Stich. 2, 2, 38. *res omnis relictas habeo prae quod tu velis.* i. e. prae eo quod. Terent. Ad. 2, 3, 9. *quine omnia sibi postputavit esse prae meo commodo.* i. e. praeverso meo commodo. Hec. 3, 5, 33. *res postputasse te omnis prae parente intelligo.* Liv. 3, 26, 7. *qui omnia prae divitiis humana spernunt.* Plaut. Mil. 4, 4, 34. *ita volo assimulare prae illius forma quasi spernas tuam.* i. e. *stelle dich als ob du vor seiner Schönheit deine verachtest.* Terent. Eun. 2, 2, 8. *hic ego illum contempsi prae me.*

6. Haec usus aliquantum relaxavit in componendis et pensandis rebus. Vbi enim res inter se componuntur, earum alteram fingimus ante alteram esse collocatam, et sicuti Germani loquuntur *gegen*, *dagegen gehalten*, Latini alia ratione dicunt *prae*. Plerumque id, quod praestat, designatur hac praepositione, praeser-

tim appositis verbis negligendi, contemnendi, minoris faciendi: tamen etiam minora possunt ita cum maioribus comparari, ut reddas *im Vergleich*. Nec semper, uti existimavit Gernhardus, contemtus significatur. Id bene etiam O. M. Müllerus perspexit in libello de vi et usu verborum quorumdam lat. p. 12.

Plaut. Curc. 1, 2, 5. *omnium unguentum odor prae tuo mihi tetra est.* Epid. 3, 4, 85. *nec minoris facio prae illo.* Mil. 4, 4, 4. *non sum dignus prae te, ut figam palam in parietem.* 4, 1, 42. Most. 1, 3, 88. *video te nihili pendere prae Philolachе omnes homines.* Cornel. Eum. 10, 4. *videbant, Eumene recepto, omnes prae illo parvi futuros.* Cic. Agr. 2, 35, 96. *Romam in montibus positam — angustissimis semitis prae sua Capua planissimo in loco explicata ac prae illis semitis irridebunt.* Brut. 82, 286. *isque se ita putat atticum, ut veros illos prae se pene agreste putet.* p. Rosc. Am. 46, 135. in Verr. 4, 16, 40. Act. 1, 18, 57. Caes. B. gall. 2, 30. *plerumque hominibus Gallis prae magnitudine corporum suorum brevitas nostra contemptui est.* Horat. Epist. 1, 11, 4. vid. Drakenborch. ad Liv. 8, 26, 7.

Cic. ad Fam. 4, 4, 6. *nos, qui domi sumus, tibi beati videmur. At contra nobis non tu quidem vacuus molestiis, sed prae nobis beatus.* Hoc non est magis quam nos beatus, sed beatus, si comparatur utriusque conditio. p. C. Rabir. 5, 14. *quae si in illo minima fuissent, tamen prae tuis facultatibus maxima putaventur.*

Oudendorpius, quum in Caes. Bell. gall. 1, 32. unus liber oxon. exhiberet: *hoc esse miseriorem gravioremque fortunam Sequanorum, prae reliquorum*, non multum abfuit, quin vulgari scripturae *quam* praeferret, idque etiam Schneiderus probabile esse ait. At vellem addidissent alia exempla, in quibus *prae* cum comparativo collocatum esset.

7. Caussae ratio, quae ad hanc particulam attinet, duplex est. Nam si quod per aliquam rem, quo minus fiat, impediri aut non fieri dicimus, ea quasi intercedere et locum obsidere prae aliis, ac praevalere videtur. Atque hoc usus maxime ad animum refert, moerore, timore, aliis affectibus occupatum. Cf. Vorst. de latin. falso susp. p. 223. Tum vero etiam quaecumque caussa intelligitur praevalente sua vi commovens, praesertim in animo sita, veluti ira, gaudium. Plautus Amph. 5, 1, 14. *exsurgite, inquit, qui terrore meo occidistis prae metu.* Terror erat prima caussa, sed metus, ab illo excitatus, effecit vi sua, ut occiderent. Germani, ut vim

llam praevalentem indicent, loquuntur *vor lauter Furcht*. Errarunt igitur ii grammatici, qui hunc usum antum ad negativas sententias retulerunt. Vide Zumpt. Gramm. §. 810. Mutzel. ad Curt. 7, 88, 6. Frotscher i respexisset unum illum Plauti, quem attuli, locum, ion vituperasset Muretum Tom. 1. p. 441.

Charisius p. 210. *significat et propter, prae illius virtute.* Plaut. Amph. 1, 1, 181. *neque miser me commovere possum prae formidine.* Terent. Heaut. 2, 3, 67. *prae gaudio, ita me di ament, ubi sim nescio.* 5, 1, 47. *prae iracundia non sum apud me.* Drakenb. ad Liv. 27, 50, 2. Cic. ad Att. 6, 5. *nec iocari prae cura poteram.* in Verr. 2, 40, 97. ad Att. 11, 7. 9, 12. *prae lacrimis possum nec cogitare nec scribere.*

Cic. Verr. 3, 55, 128. *ut intelligatis, ab isto prae lucro praedaque nec vectigalium nec posteritatis habitam esse rationem, cognoscite* etc. i. e. prae lucri cupiditate. cf. 2, 40, 97. Flor. 2, 10, 4. *ubi essent prae poculis nescientes.*

Cic. Tusc. 1, 42, 101. *solem prae iaculorum multitudine et sagittarum non videbitis.* ad Att. 2, 21. Liv. 10, 18, 9. *vis prae strepitu audita lex est.* 9, 18, 1. 45, 7, 4. vd. Drakenb. ad 6, 40, 1. Lucret. 4, 1162. *quom vivere non quit prae macie.*

Saepe est actio, quam quis evitare debeat aut velit. Plaut. Cist. 4, 2, 45. *tum mihi puto prae timore hic excidisse cistellam.* i. e. non potuisse tenere. Liv. 4, 40, 3. *pavidae matres ac coniuges, oblitae prae gaudio decoris.*

Plaut. Stich. 3, 2, 13. *ut prae laetitia lacrumae prosiliunt mihi.* Rud. 1, 2, 85. *ut prae timore in genua in undas concidit.* Stich. 1, 3, 62. *prae moerore adeo miser atque aegritudine consenui.* Terent. Eun. 1, 2, 18. *misera prae amore exclusti hunc foras.* Andr. 5, 1, 6. *vide, quam iniquus sis prae studio.* Rhet. ad Her. 4, 33, 45. *anhelans ex imis pulmonibus prae cura spiritus ducebatur.* Propert. 2, 26, (20,) 15. *tibi prae invidia Nereides increpitarent.*

Plaut. Truc. 2, 3, 7. *mihi quoque prae lassitudine opus est ut lavem.* Liv. 6, 40, 1. *quum prae indignitate rerum stupor silentiumque inde ceteros patrum defixisset:* ubi intelligitur indignitas rerum animum commovens.

Est locus Livii 1, 29, 3. *tacita moestitia ita defixit omnium animos, ut prae metu obliti, quid relinquerent, quid secum ferrent, — pervagarentur.* in quo miror criticos haesisse, et Walchium *perinde*, Godofr. Hermannum *metum obliti* scribendum existimasse: nam prae metu obliti sunt, quid relinquere deberent,

idque secum ferebant et obliti sunt, quid secum ferre deberent, idque relinquebant.

Prae et *pro* per similia compendia saepe commutata esse satis constat: critici autem non semper certo iudicio usi sunt. Bene Huldricus ad Cic. p. Mil. 2. perspexit, quomodo in sententiis, quibus aliquam rem posthaberi aut despici diceretur, *prae* ponendum esset: falsus tamen in verbis *pro salute*, quae tum servanda videntur, quum significant *ut salus defendatur* sive *servetur*. Cic. p. Mil. 2, 3. *qui semper genus illud hominum clamoresque maximos pro vestra salute neglexit.* Ita dixit Cicero intelligens *in vestram salutem*. p. Red. in Sen. 15, 38. *qui Pontum et Bithyniam quaestor pro mea salute neglexit.* Item ad Fam. 14, 4, 3. 5, 9, 2. Sed recte in Verr. 2, 61, 156. *qui — omnium minas atque omnia pericula prae salute sua levia duxerint.* Plaut. Aul. 3, 6, 5. *pro re nitorem et gloriam pro copia qui habent, meminerint sese unde oriundi sient. Neque pol, Megadore, mihi nec cuique pauperi opinione melius re structa est domi.* Scioppius scripsit *prae re nitorem et gloriam prae copia qui habent:* quod Goellerus recepit, quasi esset sententia: qui nitorem et splendorem magis curant, quam ipsam rem familiarem, suam egestatem illi recordari debent. At *prae* num umquam dicatur pro *plus quam par est*, valde dubito: semper enim hac dictione collocantur duae res: nec bene dicitur *habere nitorem prae*, ut sit *maiorem habere nitorem*. Ceterum vulgaris scriptura elegans est et sententiae Euclionis apta. Vide Lambinum.

8. Etiam cum vocabulo *praeter* facta est eadem commutatio, unde viri docti opinionem conceperunt, *prae* significare idem quod *praeter* atque adeo cum accusativo componi. Sed loci, quibus hoc probari voluerunt, omnes nunc correcti sunt. *Prae ceteris* erant alii qui Latinos, alii qui Ciceronem dixisse negarent. Scilicet recentior videtur esse haec loquutio.

Cic. de Am. 1, 4. *Catonem induxi senem disputantem, quia nulla videbatur aptior persona, quae de illa aetate loqueretur, quam eius, qui et diutissime senex fuisset et in ipsa senectute prae ceteris floruisset.* Libri exhibent *prae ceteros, prae ceteris, praeter ceteros.* Gernhardus „qui ceteris, inquit, in suo genere spectandis praeferendus est, is excellere dicitur, non *prae ceteris*, sed *inter ceteros* vel etiam cum maiore laude *praeter ceteros*. Quodsi Cato in ipsa senectute *prae ceteris* floruit, exigua haec laus fuerit Catonis: sin *praeter ceteros*, quum ceteri artibus dediti floruerunt, tum ipse etiam claris viris

praestat.“ Hoc verum esse videtur: nam qui prae ceteris floret, inter ceteros floret, qui autem praeter ceteros, inter aequales eminet. Cic. ad Fam. 13, 78. *meque prae ceteris et colit et observat.* Ita editiones antiquae: sed cod. med. cum victoriana *praeter ceteros.* Rhet. ad Her. 2, 22, 34. *omnium malorum stultitia est mater, quae prae ceteris parit immensas cupiditates.* de quo loco iudicium fieri non potest, nisi distinctius monstratur, in quibus antiquis libris verba *prae ceteris* omissa sunt. Apulei. Met. 8. p. 202, 27. (155.) *prae ceteris mitior capra.* In his notandus est comparativus, quem umquam ita dictum esse negavit Krebsius in Antibarb. p. 874. (614.) Cf. Gellius 1, 3. 5. Apulei. Met. 8. p. 210, 35. *sed unus prae ceteris et animo fortior et aetate iuvenior* etc. 9. p. 223, 18. *fabulam denique bonam, prae ceteris suave comptam ad aures vestras afferre decrevi.*

9. Apud Plautum inveniuntur quidam loci, quibus demonstretur Latinos *prae quam* sive *praequam* iunctis vocabulis in comparatione diversarum rerum ita dixisse, ut ad *prae*, quod est *im Vergleich*, accederet *quam* ad indicandam comparationem: quamquam exempla non tam multa sunt, ut de universo hoc usu possit distinctius iudicari.

Plaut. Amph. 2, 2, 1. *satin parva res est voluptatum in vita atque in aetate agunda, prae quam quod molestum est.* Cod. Sur. *praeterquam.* Aul. 3, 5, 33. *sed hoc etiam pulchrum est prae quam ubi sumptus petunt.* Most. 4, 2, 65. *nihil hoc quidem est, triginta minae, prae quam alios dapsiles sumptus fecit.* Edit. princ. habet *praeterquam*, quod ne usus quidem admittit. In Most. 5, 2, 25. *prae quam* e coniectura criticorum profectum est.

Plaut. Merc. 1, 1. 22. *nec pol profecto quisquam sine grandi malo, prae quam res patitur, studuit elegantiae.* Lambinus explicat his verbis: nec profecto quisquam plus quam par est elegantiae studiosus fuit sine grandi damno. At *prae* non significat *plus.* Aut *studuit* accipiendum de nimio studio, aut restituenda est scriptura editionis principis *praeterquam.*

10. Similiter *prae ut* a comicis in conferendis duabus conditionibus dicitur. Saepe oratio breviter contrahitur.

Plaut. Men. 5, 5, 33. *modestior nunc quidem est de verbis prae ut dudum fuit.* i. e. *im Vergleich wie er früher war.* Amph. 1, 1, 218. *parum etiam, prae ut futurum est, praedicas.* Mil. 1, 1, 19. *nihil hercle quidem hoc, prae ut alia dicam, te quae mum-*

quam feceris. i. e. prae ut alia quae dicam. Terent. Eun. 2, 3, 8. *hic vero est, qui si occeperit, ludum iocumque dicet fuisse illum alterum, prae ut huius rabies quae dabit.* Plaut. Men. 2, 3, 24. *folia nunc cadunt, prae ut si triduum hoc hic erimus: tum arbores in te cadent.* i. e. si comparaveris ea, quae post triduum fient.

PRAECIPVE.

1. *Praecipue* dicitur de rei modo et quidem de re praeter ceteras et maxime vel frequentissime agenda. Quare antiquo usu hoc adverbium componitur tantum cum verbis, et ubi cum adiectivo refertur ad verbum *esse*, non attinet ad ipsum adiectivum, sed *praecipue esse* significat praeter alia, sive cetera esse. Est autem *vorzugsweise*: opponitur id quod *commune* est.

Quae Reisigius p. 403. distinguit, non vera sunt, nec quisquam antiquorum scriptorum dixit *ille vir praecipue doctus.* Quod legitur apud Horatium Epist. 1, 1, 108. *praecipue sanus, nisi quum pituita molesta est,* in eo *praecipue* per se stat, significans quod maximum est. Errant igitur interpretes, qui reddunt *vollkommen gesund.*

Plaut. Most. 1, 3, 31. *tu ecastor erras, quae quidem illum exspectes unum atque illi morem praecipue sic geras atque alios asperneris.* Cic. de Rep. 1, 34. *ipsi enim populi, quamvis soluti effrenatique sint, praecipue multis multa tribuunt.* i. e. vorzugsweise. de Orat. 1, 8, 30. *haec una res in omni libero populo — praecipue semper floruit.* de Lege agr. 2, 23, 61. *nihil sibi appetit praecipue Pompeius.* p. Sulla 29, 82. *neque ego praecipue de consularibus disputo: nam haec et hominum ornatissimorum, qui praetores fuerunt et universi senatus communis est laus.* ad Fam. 13, 32, 1. *complures tibi praecipue commendo.* 4, 14, 7. *de tuis velim — ut ne quid tibi praecipue timendum putes.* Caes. B. gall. 7, 40. *Aeduorum civitati praecipue indulserat.* Curt. 4, 16, 12. *sitis praecipue fatigatos et saucios perurebat.* Quintil. 10, 1, 105. *oratores vero vel praecipue latinam eloquentiam parem facere graecae possint.* i. e. praeter alios. 12. 1, 8. *non praecipue acuit ad cupiditatem litterarum amor laudis?*

Gellius 20, 1, 39. *omnium maxime atque praecipue fidem coluit.*

Quintil. 1, 6, 1. *rationem praestat praecipue analogia, nonnumquam et etymologia.* 1, 8, 11. *nam praecipue quidem apud Ciceronem, frequenter tamen apud Asinium etiam — videmus* etc.

Cic. p. C. Rab. 1, 4. *labor in hoc defendendo praecipue meus est: studium vero conservandi hominis commune mihi vobiscum esse debebit.* ad Fam. 2, 6, 18. *non enim mihi tam mea salus cara fuit, in qua praecipue sum ab illo adiutus, quam pietas crit in referenda gratia iucunda.* 6, 2, 6. *nihil esse praecipue cuiquam dolendum in eo, quod accidit universis.* de Leg. 2, 18, 43. *color autem albus praecipue decorus deo est tum in ceteris tum maxime in textili.* i. e. praeter alios. Quintil. 10, 1, 3. *non autem ut quidquam praecipue necessarium est, sic ad efficiendum oratorem maximi protinus erit momenti.*

2. Vbi aliquid inter reliqua eminere aut praeter cetera fieri dicendum est, additur haec particula, propius accedens ad significationem vocabuli *praesertim*. Apud Quintilianum nihil frequentius.

Caes. B. civ. 3, 68. *fortuna quae plurimum potest quum in reliquis rebus, tum praecipue in bello.* Quintil. 9, 4, 85. *nimiosque non immerito in hac cura putant omnes Isocratem sequutos, praecipueque Theopompum.* 8, 6, 11. *praecipueque ex his oritur sublimitas.* 11, 1, 68. 9, 4, 37. *consonantes quoque earumque praecipue, quae sunt asperiores.* 9, 2, 77. *atqui praecipue prima, quibus praecipere coeperam, tempora hoc vitio laborarunt.*

3. Sed quum id, quod praecipuum videbatur, etiam reliquis secerni et seorsum spectari posset, vulgarius hoc confudit et *praecipue* dixit, ubi *praesertim* erat dicendum, idque adeo tum, quum particula ad iudicium restringendum cum coniunctionibus et pronominibus collocabatur. In Cicerone miramur hanc negligentiam, negavit Wolfius ad Tusc. 3, 17, 38.

Quintil. 9, 3, 1. *hac re invidere, non, ut omnes veteres et Cicero praecipue, hanc rem.* 9, 2, 42. *novi vero et praecipue declamatores audacius — imaginantur.*

Quintil. 10, 1, 101. *affectus quidem, praecipue eos, qui sunt dulciores — nemo historicorum commendavit magis.* 11, 1, 49. 4, 1, 10.

Plin. Hist. n. 25, 5, 23. *album optimum, quod celerrime movet sternumenta: sed multum terribilius nigro, si quis apparatum poturorum apud antiquos legat contra horrores* etc.. Virgil. Ge. 2, 371. *texendae saepes etiam et pecus omne tenendum, praecipue dum frons tenera imprudensque laborum.* Quint. 6, 1, 38. *vultu risum etiam moventes saepe vidi, praecipue vero quum aliqua velut scenice fiunt.* 4, 5, 18. *praecipueque si de pudore agitur.* 9, 2, 85. 4, 4, 3.

Cic. Verr. 4, 37, 81. *est aliqua mea pars virilis, quod eius aetatis sum, quam ille claram, amplam illustremque reddidit: praecipue quod in his rebus pro mea parte versor, quarum ille princeps fuit.*

4. Recentioris temporis scriptores hanc particulam adhibebant ad ordinandas vel pretio suo disponendas res, ut ea, quae ante alias ponenda esset, diceretur *praecipue esse.* Sequitur *deinde* vel aliud huius generis vocabulum.

Senec. Epist. 15, 1. *ergo hanc valetudinem praecipue cam, deinde et illam secundam.*

Pallad. 1, 10. *arenae ergo fossiciae genera sunt tria, nigra, cana, rufa: omnium praecipue rufa melior, meriti sequentis et cana, tertium locum nigra possidet.*

5. Quintilianus in illo secernendi usu adiunxisse suo more videtur copulativas *que*, *et*. Sed distingui debent ii loci, in quibus *que* ad nectendam aut continuandam universam sententiam apponitur, ab iis, in quibus arctius cum *praecipue* nexum rem dictam reliquis opponit. Dixit ille etiam *vel praecipue* 10, 1, 105. et *praecipue vero* 6, 1, 38.

Quint. 8, 6, 11. *praecipueque ex his oritur sublimitas.* 10, 1, 21.

Quintil. 11, 1, 68. *aliquando etiam inferioribus, praecipueque adolescentulis parcere aut mederi decet.* 2, 2, 8. *viva illa, ut dicitur, vox alit plenius, praecipueque eius praeceptoris, quem* etc. 8, 5, 2. 4, 5, 18. Variant codices 5, 10, 49. 3, 1, 15.

Quintil. 9, 2, 42. *novi vero, et praecipue declamatores, audeius — imaginantur.* 9, 3, 1. *omnes veteres, et Cicero praecipue.*

PRAEFISCINE.

Vt fascinum praeverterent, veteres dixerunt *praefiscine,* quod e graeco *βάσκανον* ortum esse omnes grammatici consentiunt. Nam Doederlinus quum ex *παράφασις*, *παραίφασις*, factum putat, non immemor fuisse videtur, graeca vocabula *βασκαίνειν*, *βάσκανον* ex *φάω*, *φάσκω* orta esse. Opinio Seyferti in Gramm. vol. 2. p. 308. exposita, a *fiscina* sive *fiscella* dictum esse *praefiscine*, vix memoratu digna videtur. Gellius 10, 24. *extremam istius vocis* (die quinte) *syllabam tum per e tum per i scriptam legi: nam sane quam*

consuetum veteribus fuerat, litteris iis plerumque uti indifferenter, sicuti praefiscine et praefiscini, proclivi et proclive. Eadem tradit Macrobius Saturn. 1, 4.

Vsurpabant igitur hanc vocem ii, qui in colloquio aliquid eximium aut faustum aut laudabile pronuntiaturi, ne quis invidus fascinatione turbaret vel noceret, cautionem deprecando interponebant. Muretus Var. lect. 9, 3. comparat graecum μετὰ προβασκανίου. Germanum vulgus eodem modo loquitur *unberufen*. Plenam dictionem *praefiscine dico* sive *dixerim* exempla quaedam monstrant. Scenicorum usum imitati sunt scriptores recentissimi.

Titinnius apud Charis. p. 189. *Paula mea, amabo, pol tu ad laudem addito praefiscini: ne puella fascinetur.* Extrema verba Lindemannus cum Mureto tribuerunt poetae. Dubia est res. Afranius apud eumdem Charisium: *Scis habitum ita ut nunc obtinet, praefiscine* [*per e, non per i*]. Plaut. As. 2, 4, 84. *praefiscini hoc nunc dixerim: nemo etiam me accusavit merito meo, neque me Athenis est alter hodie quisquam, cui credi recte aeque putent.* Cas. 5, 4, 51. *inde foras tacitus, praefiscine, exeo hoc ornatu, quo vides.* Petron. 73. *hodie servus meus barbatorium fecit, homo, praefiscini, frugi et sicarius.* Apulei. Flor. 3. p. 356, 36. *quod difficile factu erat, quodque revera arduum nobis existimabatur, gratum esse populo, placere ordini, probari magistratibus et principibus: id, praefiscine dixerim, iam quodammodo mihi obtigit.* Emendavit Muretus. Cod. florent. *praefascine*, quod Oudendorpius praestare putat ob reliqua verba *effascino, infascino.* Sed vocalis *a* in *i* mutatur, ut in multis aliis vocabulis: vd. Schneideri Gramm. I. p. 10.

PRAESERTIM.

Praesertim, uti ipsa vox declarat, dicitur de re, quae est quasi prae serie ponenda, ideoque excipitur, et propter conditionem suam κατ' ἐξοχήν spectandam distinguitur. Hoc est *absonderlich, besonders, zumal.* Restrictivam grammatici appellant particulam: sed eximitur res ex universo genere et separatur. Nec magnitudo aut praestantia est, quapropter rem ab aliis ita distinguamus, sed singularis ratio, cui ea subiicitur. Itaque *praesertim* differt a *praecipue:* at quum causa ex-

ceptionis cum rei praestantia saepe conveniat, utrumque vocabulum interdum commutatur.

a Hocheder ad Horat. Art. p. p. 138. ait *serere*, unde descendat *praesertim*, esse *dicere*, eoque rem significari ante omnia dicendam. At idem est hoc verbum *serere* e graece ἔρω, εἴρω ortum.

1. Vbi *praesertim* dicitur, accedit ad generis notionem singularis rei, quae imprimis est consideranda, distinctio, sive illa verbis expressa est, sive contracta oratione omittitur, veluti apud Plautum Poen. 1, 1, 21. *egone istuc ausim facere praesertim tibi?* hoc est, facere hominibus, praesertim tibi. Reisigius cum aliis multis statuit sententiam, in qua *praesertim* ponatur, conditionem in se habere, non semper verbis declaratam: quod non omnino verum videtur: nam in verbis *modestum esse decet hominem, praesertim doctum* non opus est intelligas *praesertim si doctus est.* Comparari potest usus verborum *maxime:* vd. T. 8. p. 596. et *imprimis:* vd. p. 241. Nimirum interiecta haec particula supponitur res, in qua id, quod dicitur, praevalet. Appositionem autem nominum, quam grammatici vocant, et ablativos absolutos ubique ad conditionalis sententiae formam reducere absonum est, nec semper particula, de qua loquimur, ipsa conditionaliter dicitur.

Plant. Poen. 3, 1, 1. *tardo amico nihil est quidquam iniquius, praesertim homini amanti.* Amph. 2, 2, 22. *edepol me uxori exoptatum credo adventurum domum, — praesertim re gesta bene.* Poen. 3, 1, 20. *praesertim in re populi placida atque interfectis hostibus, non decet tumultuari.* Cic. de Div. 2, 9, 24. *illud quidem dici, praesertim a Stoicis, nullo modo potest.* Sunt, qui intelligant: praesertim quum Stoici simus. Hoc non inest in ipso vocabulo: inest autem in his de Amic. 4, 15. *non tam ista me sapientiae — fama delectat, falsa praesertim, quam quod* etc. Intellige: quum falsa, speciosa, non vera sit. Cic. de Off. 1, 35, 129. *retinenda est igitur huius generis verecundia, praesertim natura ipsa magistra et duce.*

Cic. de Off. 1, 38, 137. *deforme est etiam de se ipso praedicare, falsa praesertim.* Plin. Pan. 83, 4. *nihil est tam pronum ad simultates quam aemulatio, in feminis praesertim.* Bene est constituta interpunctio apud Cic. de Nat. d. 3, 4, 11. *placet igitur tantas res opinione stultorum iudicari, vobis praesertim, qui illos insanos esse dicatis.* Stürenburgius comma post *vobis* ponendum censuit.

Cic. de Orat. 1, 6, 21. *neque vero ego hoc tantum oneris imponam, nostris praesertim oratoribus in hac tanta occupatione urbis.* 1, 62, 264. *verum ego non solum arbitrabar, his praesertim auditoribus, a me informari oportere* etc. 2, 66, 268. p. Rabir. Post. 1, 1. *si quis est, iudices, qui C. Rabirium, quod suae fortunae fundatas praesertim atque optime constitutas opes potestati regiae libidinique commiserit, reprehendendum putet, adscribat* etc. Critici haeserunt in praemisso adiectivo, quum scribendum fuisset *opes fundatas praesertim.* Quidni recte praecedat adiectivum? cui, ut augeatur, additum est adverbium.

Cic. de Leg. 2, 14, 35. *ego vero assentior: excepto praesertim in ipsa lege solemni sacrificio.*

2. Ob formam dictionis notandus est usus, quo *praesertim* cum pronominibus coniungitur. Vis et significatio particulae non mutatur.

Plaut. Epid. 2, 1, 3. *quid est, quod pudendum siet genere natam bono, pauperem domum ducere uxorem? praesertim eam, qua ex tibi commemores hanc — filiam prognatam.* Rud. 2, 1, 1. *omnibus modis, qui pauperes sunt homines, miseri vivunt, praesertim quibus nec quaestus est nec didicere artem ullam.* Poen. 4, 1, 4. Caesar B. g. 5, 47. *Labienus — veritus, ne, si ex hibernis fugae similem profectionem fecisset, hostium impetum sustinere non posset, praesertim quos recenti victoria efferri sciret, litteras Caesari remittit.* Cic. ad Fam. 6, 2, 7. *intelliges — ferendam esse fortunam, praesertim quae abeit a culpa.* de Lege agr. 3, 2, 4. *neque ego nunc ideo disputo —, praesertim qui otii et concordiae patronum me in hunc annum reipublicae professus sim.* Verr. 4, 54, 120. *victoriae putabat esse, multa Romam deportare, quae ornamento urbi esse possent: humanitatis, non plane spoliare urbem, praesertim quam conservare voluisset.* In orat. p. Flacco 17, 41. praestare videtur altera scriptura *praesertim quum.* in Catil. 3, 9, 22. *ut homines Galli — vestram salutem suis opibus anteponerent, id non divinitus factum esse putatis? praesertim qui nos non pugnando, sed tacendo superare potuerunt.* De indicativo Matthiae exposuit.

3. Neque aliter cum coniunctionibus collocatur, atque in iis frequenter cum *si, quum*, interdum cum *quoniam, ut.* Rei enim supponitur conditio vel causa singularis vel praerogativa. Weiskius ad Cic. p. Rab. Posth. 1, 2. „particulae *praesertim quum* proprie usurpantur, ubi aliquid affertur, cuius accessione ratio allata fit gravior: sed interdum etiam res plane ab antecedenti diversa per illas annectitur.“ Hoc quidem

fit eo, quod *praesertim* non ipsam indicat gravitatem maiorem, sed quod res, quae dicitur, separatim est spectanda, id quod etiam propter maiorem dignitatem fieri potest.

Cic. de Sen. 2, 6. *faciam vero, Laeli, praesertim si utrique vestrum, ut dicis, gratum futurum est.* ad Fam. 14, 2, 9. *velim quam saepissime litteras mittatis, praesertim si quid est firmi, quod speremus.* ad Att. 8, 7. *quid enim est, quod me retineat, praesertim si spes non ea est, quae nos proficiscentes prosequatur?* Alia multa collegit Stürenburgius p. 152.

Plaut. As. 1, 1, 64. *ego mitto omnia haec, praesertim quum is me dignum, quoi concrederet, habuit.* Cic. p. Mur. 26, 52. *magna est autem comitiis consularibus repentina voluntatum inclinatio, praesertim quum incubuit ad virum bonum et multis aliis adiumentis petitionis ornatum.* In his indicativus temporis rationem exprimit simpliciter.

Cic. de Off. 2, 14, 51. *quod scribere, praesertim quum de philosophia scriberem, non auderem, nisi idem placeret* — Panaetio. p. Lege Man. 6, 14. *quanto vos studio convenit iniuriis provocatos sociorum salutem una cum imperii vestri dignitate defendere, praesertim quum de vestris maximis vectigalibus agatur?* p. Rabir. Post. 1, 2. *satis est homines imprudentia lapsos non erigere: urgere vero iacentes — certe est inhumanum, praesertim, iudices, quum sit hoc generi hominum prope natura datum, ut, si qua in familia laus aliqua forte floruerit, hanc fere, qui sunt eius stirpis — cupidissime persequantur.* Hoc idem est quod *praesertim in familia, cui laus est servanda.* Caes. B. gall. 1, 33. *neque sibi homines feros ac barbaros temperaturos existimabat, quin — in provinciam exirent atque in Italiam contenderent, praesertim quum Sequanos a provincia nostra Rhodanus divideret.* Plin. Pan. 91, 4. *cur enim non pro illo quoque gratias agam, pro quo non minus debeo? praesertim quum indulgentissimus imperator in concordia nostra ea praestiterit* etc.

Cic. de Rep. 1, 13. *non impedio, praesertim quoniam feriati sumus.*

Terent. Phorm. 1, 2, 4. *amo te: et non neglexisse habeo gratiam.* D. *Praesertim ut nunc sunt mores.*

Caes. B. civ. 3, 19. *liceretne civibus ad cives de pace legatos mittere — praesertim ut id agerent, ne cives cum civibus armis decertarent?* Alii libri *praesertim quum.*

4. Sed longa est disputatio, qua Stürenburgius in altera editione orationis Cic. pro Archia p. 144. differentiam verborum *praesertim quum* et *quum praesertim*

demonstravit. *Praesertim* spectare ad id, quod aliqua ratione constituendum sit, non ad rationem, qua res constituatur: ideoque dici rem accedente caussa vel conditione praecipue fieri. Quare secundum logicum modum, orationi simplici et gravi aptum esse *praesertim quum*, sed commotae et emphaticae alterum *quum praesertim*. Ergo qui ita loquitur, animum habeat necesse est vel aegritudine vel indignatione vel alio affectu commotum. At Cic. de Off. 2, 16, 56. *in his immanibus iacturis infinitisque sumptibus nihil nos magnopere mirari, quum praesertim neque necessitati subveniatur, nec dignitas augeatur.* de Fin. 2, 8, 25. *recte ergo is negat, umquam bene coenasse Gallonium, recte miserum, quum praesertim in eo omne studium consumeret.* Quintil. 2, 21, 13. *quare igitur oratorem, quem a bono viro non separo, in eadem materia versari mirer? quum praesertim primo libro iam ostenderim, philosophos omissam hanc ab oratoribus partem occupasse.* In his profecto nulla est emphasis ex animo commoto profecta, sed demonstratio cum singularis rei designatione coniuncta. Nec caussam expositam videmus, quae, commutato ordine verborum, illam vim orationi afferat. Sed omnis haec doctrina nititur opinione de orationis emphasi praesumpta, quae quantopere auctorem suum fefellerit, alii iam declararunt. Orellius ad Cic. Orat. 9, 32. Kritzius ad Sallust. Cat. 51, 19. aliique nullum discrimen inter utrumque verborum ordinem agnoverunt.

Praesertim iis verbis, quae ad sententiam amplificandam accedunt, praemittitur, raro post suum vocabulum, si unum est, ponitur, ut apud Cic. de Off. 1, 38, 137. vd. p. 532. aut inter vocabula collocanda interponitur: vd. p. 533. Quare etiam enuntiationi conditionali et caussali praecedit, ut sit *praesertim si*, *praesertim quum*. Sed post coniunctionem collocatur particula tamquam attracta a reliquis verbis vel ab uno nomine, ut aut caussam, quae memoratur, imprimis cogitandam esse indicet, aut nomini, cui praecedit, aliquam gravitatem tribuat. Cicero si scripsisset Verr. 2, 18, 44. *profecto enim negare non potes, te ex lege Rupilia sortiri iudicium debuisse, quum Heraclius id postularet.* in Heraclio una caussa fuisset iudicii ex lege sortiendi: sin *praesertim quum*, sententia esset, *et multo magis, quum Heraclius id postularet:* sed scripsit *quum praesertim*,

ut diceret, quum, quod praesertim est considerandum, Heraclius exsisteret qui postularet. de Lege Man. 5, 12. *imperatorem a vobis certum deposcere, quum praesertim vos alium miseritis, neque audent, neque id se facere summo sine periculo posse arbitrantur.* i. e. quum praesertim vos sitis, qui alium miseritis. Id verum esse probant plurima exempla, in quibus sequuntur vocabula magnitudinis *tam multi, tantum, omne*, et pronomina *is, ipse*. Nec aliter Germani distinguunt *absonderlich da* et *da absonderlich*, accentu in vocabulum, quod sequitur, collocato. Accedit etiam quod in ipsa conditionali sententia nomen aliquod particulam attrahit. Cic. Verr. 3, 27, 68. *respondent Agyrinenses, sese decumas ei, quemadmodum deberent, daturos, lucrum, quum ille magno praesertim emisset, non addituros.* Philipp. 1, 11, 27.

Cic. p. Rosc. Am. 8, 22. *neque enim mirum, quum eodem tempore ea, quae praeterita sunt, et ea, quae videntur instare, praeparet, quum et pacis constituendae rationem et belli gerendi potestatem solus habeat, — quum praesertim tam multi occupationem eius observent* etc. p. Arch. 9, 19. *ergo illi alienum, quia poeta fuit, post mortem etiam expetunt: nos hunc vivum, qui et voluntate et legibus noster est, repudiamus, praesertim quum omne olim studium atque omne ingenium contulerit Archias ad populi romani gloriam.* de Fin. 4, 14, 36. *praeter animum nihil curant, quum praesertim ipse quoque animus non inane nescio quid sit.* Locos, in quibus apud Ciceronem hoc vocabulum legitur, fere omnes collegit Stürenburgius. Adde tamen locum, qui extat apud Quintil. 7, 9, 12. Pollio ad Cic. 10, 33, 15. *nam in delectu non multum spei puto esse, praesertim quum nihil sit periculosius quam spatium confirmandi sese Antonio dari.* Quintil. 3, 2, 2. *haec enim, ut honestior caussa, ita non utique prior est, quum praesertim accusatio praecedat defensionem.* 8, 6, 74. *piget referre plurima hinc orta vitia, quum praesertim minime sint ignota et obscura.*

Cic. Parad. 3, 2, 23. *quaero ex te, utrum de bonis est quaerendum quid baiuli atque operarii, an quid homines doctissimi senserint, quum praesertim hac sententia non modo verior, sed ne utilior quidem hominum vitae reperiri ulla possit?* Ita recte Orellius e codice edidit: nam *praesertim* attrahitur ab *hac sententia.* Orat. 9, 32. *nec vero, si historiam non scripsisset, nomen eius extaret, quum praesertim non fuisset honoratus et nobilis.* Egregie Stürenburgius restituit hunc locum inserta ne-

gatione. Nam quaecumque viri docti ad explicandum hunc locum attulerunt, omnia sunt insta ratione destituta.

Cic. ad Quint. fr. 3, 4. *ego vero meum consilium, si praesertim tu non improbas, vehementer approbo.* i. e. si praeter ceteros tu. Nusquam alibi Cicero ita loquutus est.

Proprietatem scriptorum attinent haec. Caesar semper dixisse videtur *praesertim quum*, Sallustius semper *quum praesertim*. Ii vero, qui de auctore dialogi de Oratoribus quaerunt, animadvertant, Tacitum numquam vocabulo *praesertim* usum esse, in dialogo autem bis legi 10. 24. *quum praesertim*. Nec reperitur apud Curtium, nec quisquam ex antiquioribus scriptoribus *praesertim si* dixit praeter Ciceronem.

5. Neque aliter in pronomine relativo. Nam quod dicitur *praesertim qui*, invertitur uno aliquo vocabulo praevalente. Quare interdum *praesertim* pro *adeo* potest accipi.

Cic. de Leg. 2, 6, 14. M. *Igitur tu Titias et Apuleias leges nullas putas?* Q. *Ego vero ne Livias quidem.* M. *Et recte: quae praesertim uno versiculo senatus, puncto temporis sublatae sint.* de Fato 11, 23. *quum doceret esse posse quemdam animi motum voluntarium, id fuit defendi melius quam introducere declinationem, cuius praesertim causam reperire non possent.* in Verr. 4, 54, 120. *qui quum tam praeclaram urbem vi copiisque cepisset, non putavit ad laudem populi romani hoc pertinere, hanc pulchritudinem, ex qua praesertim nihil periculi ostenderetur, delere et exstinguere.* Liv. 25, 6, 7. *equidem miles nihil unquam dicam de imperatore meo, cui praesertim gratias sciam ab senatu actas.*

PRAESTO.

Praesto ablativi est forma in adverbialem usum adhibita. *Praestus* autem per syncopen dicebatur pro *praesitus*, ut *ardum* pro *aridum*, *soldum* pro *solidum*, *quaestor* pro *quaesitor*. Obsoleti nominis *praestus* exemplum exstat in inscriptione apud Gruterum p. 669, 4. nisi ibi *praestu* legendum est. Antiquos vero *praestu* dixisse pro *praesto*, narrat Curtius Valerianus apud Cassiodorum p. 2289. *Praesto nos per o scribimus: antiqui per u scripserunt. Sed praesto dicendum est, ut sedulo et optato et sortito:*

inde et praestolari, non praestulari. Praesto autem, ut *prompto*, ad substantivum verbale esset referendum.

Significatio ex ipso nomine apparet. Nam *praesto esse* idem est quod *praesitum esse* h. e. ante collocatum. Id vero refertur ad rei praesentiam, ut sit *praesens esse, adesse, coram esse, in promptu esse.* Nec excedit usus hos limites: nam uno cum verbo *esse* coniungitur hoc adverbium: cuius dictionis exempla suppeditant lexica. Comici in sermone familiari aliique poetae interdum omiserunt verbum. Abundanter dicebatur *adesse praesto.* Sed quae alia verba coniungi arbitrabantur grammatici, nullam habent auctoritatem.

Plaut. Mil. 4, 6, 1. *hera, ecoum praesto militem.* Terent. Andr. 2, 5, 4. *ipsum adeo praesto video cum Davo.* Stat. Theb. 6, 642. *finiti curaus operumque insignia praesto.*

Terent. Eun. 5, 8, 20. *praesto adest.* Cic. ad Fam. 4, 8, 3. *reliquum est igitur, tibi me in omni re cum praebeam praestemque, ut ad omnia, quae tui velint, ita adsim praesto, ut etc.* Sed Orellius e cod. med. restituit *ita sim praesto.* Lucret. 5, 1411. *quod adest praesto.* Iustin. 1, 6, 4. *iubet omnes praesto cum securibus adesse.* Ita Modius e codice edidit: vulgo legitur esse.

Tibull. 1, 5, 61. (6, 25.) olim legebatur *pauper erit praesto tibi, praesto pauper adibit primus.* Muretus aliique scripserunt *pauper erit praesto semper tibi: pauper adibit.* Alii interpunctione mutata: *pauper erit praesto tibi, praesto: pauper adibit primus:* cuius ponderis nulla est caussa. Excidit aliquod vocabulum.

Mutzellius ad Curt. 3, 16, 15. in mutato ordine verborum *esse praesto* vim maiorem putat expressam, veluti in loco Cic. ad Fam. 4, 8, 3. antea allato. Ibi vero *sim* attrahitur a vocabulo *ita*, quod graviori accentu est pronuntiandum.

PRAETER.

Praeter eodem modo factum est, quo *inter*, de quo vide Tom. 3. p. 387. Coniungitur in eo notio loci, qui ante est, cum rei porrectione vel motu. Est igitur *vorhin, vorn-hin.* Inde reliquae proficiscuntur significationes.

1. Dicitur *praeter* de eo, quod prae aliqua re moetur, aut se movet eamque transit. Hoc est *vorüber*. 'd. Lambin. ad Lucret. 4, 142. Apud antiquiores scritores reperiuntur tantum certa quaedam verba ita colocata.

Plaut. Poen. Prol. 19. *neu dissignator praeter os obambulet.* Stich. 3, 2, 7. *mustela murem abstulit praeter pedes.* Cic. Verr. 3, 25, 62. *praeter oculos Lollii haec omnia ferebant.* Ovid. Met. 5, 158. *tela volant — praeter utrumque latus praeterque et lumen et aures.*

Liv. 42, 48, 7. *praeter oram Italiae supervectus Calabriae extremum promontorium.* vide Gronov. et Drakenb. ad 28, 42, 3. 40, 41, 8. 22, 14, 6. 38, 18, 9. Plin. Hist. n. 36, 2, 2. *tacuere tantas moles in privatam domum trahi praeter fictilia deorum fastigia.* 6, 3, 4. *in ora amnis Thermodon, ortus ad castellum, quod vocant Phanaroeam, praeterque radices Amazonii montis lapsus.*

2. Id saepe propinquitatem loci significat: *daranin*, et de rebus in vicina regione locatis dicitur. Nam ocum designamus oculis eum quasi percurrentibus.

Caes. B. gall. 1, 48. *postridie eius diei praeter castra Caesaris copias transduxit.* Frontin. Strat. 1, 1, 7. *praeter ipsa hostium castra agmen eduxit.* ubi Oudendorp. Liv. 35, 27, 14. *quum praeter Lacedaemonem raptim duxisset, Pyrrhi castra occupavit.* 34, 14, 1. Alia vide apud Drakenb. ad 28, 42, 3.

Liv. 34, 26, 9. *praeter Tegeam tertio die ad Caryas posuit castra.*

Ennius apud Nonium 12, 42. *en demum praeter matris deum aedem exaudio cymbalorum sonitum.*

3. Sed quod praeter aliquam rem transit, eam non ttingit, sed procedit, nec tenetur ab ea, sed excedit. Quare *praeter* dicitur de rebus excedentibus, vel conrariis, vel alienatis. Vsu insignes sunt quaedam formulae *praeter spem, morem, consuetudinem, naturam, voluntatem, sententiam, aetatem, aequum, modum.*

Plaut. Rud. 2, 3, 69. *multa praeter spem scio multis bona evenisse.* Terent. Andr. 2, 6, 5. Cic. ad Att. 15, 13. Terent. And. 5, 3, 8. *praeter civium morem atque legem.* Cic. de Div. 2, 28, 60. *praeter consuetudinem.* Terent. Ad. 5, 5. 4. *iam nunc haec tria primum addidi praeter naturam.* Cic. Phil. 1, 4, 10. ubi vide interpretes. in Cat. 2, 7, 16. *quum ei nihil adhuc*

praeter ipsius voluntatem cogitationemque acciderit. Plaut. Rud. 2, 7, 29. *praeter animi, quam libuit, sententiam.* Terent. Hec. 5, 1, 37. *praeter nostram opinionem.* Cic. in Pis. 20, 46. *illud etiam accidit praeter optatum meum, sed valde ex voluntate.* Terent. Heaut. 1, 2, 27. *fortasse aliquantum iniquior erat praeter alias lubidinem.* Plaut. Epid. 1, 2, 8. *praeter aetatem et virtutem stultus es.* Terent. Heaut. 1, 1, 7. Plaut. Bacch. 2, 3, 14. *praeter aequum ne quid delinquat.* Terent. Ad. 1, 1, 39. Lucret. 4, 1287. *praeter iustum.* Cic. de Div. 1, 44, 100. *quum lacus Albinus praeter modum crevisset.* Tusc. 5, 36, 105. p. Planc. 33, 82.

4. Quum id, quod praeterimus, non comprehendatur cum reliquis, *praeter* exceptionem significat. Est enim nullo rei respectu habito, *abgesehen davon*, vel missa, vel excepta re. In hac vero exceptione dicuntur aut omnes sive aliquid praeter unum, aut nemo praeter unum.

Cic. de Leg. 2, 17, 43. *sceleris est poena tristis: et praeter eos eventus, qui sequuntur, per se ipsa maxima est.*

Cic. p. Cluent. 20, 55. *itum est in consilium omnibus sententiis praeter unam.* ad Att. 7, 3. *qui omnes praeter eum — reum me facere rentur.*

Cic. Brut. 44, 163. *vellem aliquid Antonio praeter illum de ratione dicendi sane exilem libellum — libuisset scribere.*

Plaut. Amph. 1, 1, 244. (249.) *nec nobis praeter me alius quisquam est servos Sosia.* Capt. 3, 4, 58. Cic. ad Fam. 1, 5, 15. *amicum ex consularibus neminem tibi esse video praeter Hortensium et Lucullum.* Brut. ad Cic. 11, 1, 6. *ubi consistamus, non habemus praeter S. Pompeium.*

Cic. de Orat. 2, 69, 279. *rogavit, num quid aliud ferret praeter arcam.* de Off. 3, 18, 74. *num erat aequum principes cives rem habere, ad Satrium nihil praeter nomen pervenire?* 2, 22, 76. Liv. 3, 68, 5. *ecquis retulit aliquid ad coniugem ac liberos praeter odia?* 45, 38, 2.

Pallad. de Re r. 7, 2, 2. *praeter hominum labores, unius bovis opera spatium totius messis absumit.*

Horat. Sat. 2, 5, 68. *invenietque nil sibi legatum praeter plorare suisque.* Ovid. Heroid. 17, 162. *nil illi potui dicere praeter erit.*

5. Heusingerus ad Cic. Off. 2, 2, 8. aliique grammatici docuerunt *praeter* cum antecedente negatione significare *non nisi:* quod, si rationem spectamus, ad

id referendum est, quod p. 243. exposui, sin exempla pauca sunt, in quibus discrimen non appareat.

Cic. p. Lege Man. 23, 67. *videbat enim populum romanum non locupletari quotannis pecunia publica praeter paucos.* Beneckius optime exposuit necessitatem, qua coacti scribamus: *videbat enim pructores locupletari quotannis* etc. ad Fam. 4, 4, 18. *res sunt eiusmodi, ut, si Romae sis, nihil praeter tuos delectare possit.* i. e. tantum tui. 2, 16, 2. *quid enim fuit in illis praeter querelam temporum?* i. e. excepta querela temporum nihil erat. de Orat. 2, 69, 279. *rogavit, numquid aliud ferret praeter arcam?* i. e. unam arcam tulit. Liv. 38, 21, 5. *nec iam tela alia habebant praeter gladios.* de Off. 3, 18, 74. *num erat aequum principes cives rem habere, ad Satrium nihil praeter nomen pervenire?* 2, 2, 76. ad Fam. 4, 7, 6. de Off. 2, 2, 5. *nec quidquam aliud est philosophia, si interpretari velis, praeter studium sapientiae.* Plurimi quidem codices praebent *praeter:* sunt tamen alii, qui habent *quam.*

6. Haec separandi ratio refertur ad rerum dignitatem vel praestantiam: unde res dicitur *praeter* alias valere vel praestare. Vsitatissima sunt verba *praeter ceteros, praeter alios* pro *magis quam ceteri.* Fuere, qui adeo comparativum et superlativum cum his verbis componerent. Nihilominus tamen *praeter ceteros* dicitur de unius rei exceptione. Rhet. ad Herenn. 1, 9, 16. *eas soli nos praeter ceteros in tria tempora divisimus.*

Plaut. Mil. 4, 9, 6. *praeter ceteros duo di quem curant.* Terent. Andr. 1, 1, 31. *horum ille nihil egregie praeter ceteros studebat.* ubi vide Ruhnken. Cic. de Off. 2, 7, 27. *testis est Phalaris, cuius est praeter ceteros nobilitata crudelitas.* de Orat. 2, 54, 217. in Verr. 3, 57, 130. Vide Arntzen. ad Aur. Vict. Orig. g. r. 5. p. 13. Müllerus de Vi et usu verb. quorundam latin. p. 13. Beneck. ad Iustin. p. 329. Bunemann. ad Lactant. 1, 7, 1.

Hygin. Fab. 75. *id fecit, ut septem aetates viveret vatesque praeter ceteros esset.*

Plaut. Amph. 2, 2, 140. *illud praeter alia mira miror maxume.* Cic. p. Sulla 3, 9. *quod mihi consuli praecipuum fuit praeter alios.* Vide Gulielm. in Plauti Asin. Quaest. c. 7.

Sueton. Galba 9. *multo praeter ceteros altiorem et dealbatam statui crucem iussit.* Hygin. Fab. 63. *fortissimus praeter ceteros erat.*

Plaut. Amph. 2, 2, 10. *quem ego amo praeter omnes.*

Horat. Epist. 2, 2, 65. *praeter cetera, me Romanae pomata censes scribere posse inter tot curas totque labores?* Scholiasta cum reliquis interpretibus: „prae ceteris, ante omnia.“ At Horatius dicit: missis aliis caussis, unum hoc commemoro.

7. Sed invertitur hic modus. Nam *praeter* Latini dicunt etiam de rebus, ad quas aliae accedunt, quod Germani *überdies*, *ausserdem* loquuntur. Intelligitur enim altera res per se constare, altera autem extrinsecus addi, non in illa contineri, sed una comprehendi. Vnde fit, ut in altera enuntiationis parte particulae *etiam*, *quoque* collocentur: apud recentiores scriptores *etiamnum*, *tum etiam*.

Plaut. Cas. 2, 7, 1. *si nunc me suspendam, meam operam luserim et praeter operam restim sumptifecerim.* Caes. B. gall. 1, 43. *Ariovistus — praeter se denos ut ad colloquium adducerent, postulavit.*

Pomp. Mela 3, 8, 4. *praeter capita toto corpore hirsuti.*

Caes. B. civ. 3, 32. *qui* (exactores) *praeter imperatas pecunias suo etiam privato compendio serviebant.*

Liv. 3, 70, 15. *qui praeter Volscos et Aequos sabini etiam belli perfecti gloriam pepererant.* 10, 30, 1. *praeter ingentem illatam populationibus agrorum hosti cladem pugnatum etiam egregie est.* 21, 29, 3. 23, 14, 1.

Caes. B. civ. 3, 57. *praecesse autem suo nomine exercitui, ut praeter auctoritatem vires quoque ad coercendum haberet.* Liv. 4, 10, 4. *praeter cetera adversa loco quoque iniquo ad pugnam congressi.* 42, 55, 4.

Plin. H. nat. 36, 4, 5, 7. *nunc vero praeter supra dicta, quaeque nescimus, Mars est etiamnum sedens colosseus eiusdem.* Colum. 4, 18, 1. *quae distinctio praeter illud commodum, quod plus solis et venti vitibus praebet, tum etiam oculos et vestigia domini — facilius admittit.*

8. Scriptores, qui *praeter haec*, pro *praeterea*, quasi hoc esset *praeter ea*, dixerunt, non solum sunt augustei aevi, veluti Celsus, qui etiam *post haec* dicere solet, sed etiam antiquissimi, nisi apud eos scribendum est *praeterhac*.

Celsus 2, 1. *praeter haec graciles tabes, deiectiones, destillationes, item viscerum et laterum dolores fatigant.* 2, 2. *praeter haec protinus timeri debet, si graviora membra sunt.* 2, 4. extr. 5, 28, 15. Curtius 8, 12, 15. *aureas coronas ipsi amicisque omnibus, praeter haec signati argenti LXXX talenta dono dedit.*

Terent. Ph. 5, 3, 17. *praeter haec cognatam comperi esse nobis.* Ad. 5, 3, 61. *praeter haec meridie facium ut stipulam colligat.*

9. Ex usu praepositionis prodiit contracta oratione dverbialis forma. Nam ubi adiungitur relativum, intelligi debet quo referatur. Quare in verbis Ciceronis d Att. 5, 3. *nullas adhuc* (litteras) *acceperam praeter uae mihi binae in Trebulano redditae sunt*, intelligitur *praeter eas, quae — redditae sunt:* quod Kritzius egavit. Similiter Germani *auſser welche.* Neque alia st ratio verborum *praeter — quam.* Nec obstat, quod llud adverbium componitur cum coniunctione *si*, nec uod vulgari usu, ne a bonis quidem scriptoribus reudiato, adverbium cuicumque dictioni apponitur. Tum nim merum est adverbium. Sallustius ita loquutus st, non reliqui antiquioris aetatis scriptores: nec looram, quos Drakenborchius e Livii libris affert, ullus st, in quo codices non diversam habeant scripturam. *Praeter quod* pro *praeterquam quod* fuere qui non nodo a veteribus scriptoribus, sed eleganter dictum sse existimarent. Vide Oudendorp. ad Caes. B. gall. , 5. Duker. ad Flor. 1, 6, 24. At nemo antiquiorum criptorum dixit, sed recentissimae aetatis homines.

Caes. B. gall. 1, 5. *frumentum omne, praeter quod secum portaturi erant, comburunt.* ubi Oudendorp. Sed alii libri *praeterquam quod:* idque cur praeferendum esset, subtiliter exposuit Schneiderus. Quintil. 4, 2, 28. *praeter quae nihil est diluendum.* Vitruv. 8, 1. *praeter quod supra scriptum est.* Idem dixit Plinius Pan. 59, 6. *praeter id, quod arduum.* Florus 2, 6, 24. *nec praeter quod in bullis singulisque anulis erat, quidquam sibi auri reliquerunt.* Apulei. Met. 2. p. 122, 37.

Varro de Re r. 1, 41, 5. *praeter si aliter nequeas.* Est graecum πλὴν εἰ, germanicum *ausser wenn.*

Sallust. Cat. 36, 2. *ceterae multitudini diem statuit, ante quam sine fraude liceret ab armis discedere, praeter rerum capitalium condemnatis.* Ita iam Priscianus 17. p. 1101. legit et Cledonius p. 1933. praepositionem cum ablativo coniungi opinatus est. Liv. 4, 59, 7. *pronuntiatum repente, ne quis praeter armatus violaretur.* Alii libri *armatos.* Iustin. 13, 5, 2. *quibus* (epistolis) *omnium civitatium exsules praeter caedis damnati restituebantur.* Calpurn. Ecl. 4, 27. *certe mea carmina nemo praeter ab his scopulis ventosa remurmurat echo.* Gellius 1, 23, 13. *praeter ille unus Papirius.* Ovid. Fast. 6, 400. (406.) *nil praeter salices cassaque canna fuit.*

Plin. Hist. n. 14, 19, 23. *prolibare diis nefastum habetur vino, praeter imputatae vitis, fulmine tactae.* Dubia est scriptura. Sueton. Claud. 4. *cum nullo praeter auguralis sacerdotis honore impertitum.* ubi Oudendorp. Ner. 56. *religionum usquequaque contemtor praeter unius deae Syriae.* Hanc genitivi constructionem communem habent aliae quoque praepositiones, etiam apud optimos scriptores. Cic. ad Q. fr. 1, 1, 5. *diligenter cavendae sunt quaedam familiaritates praeter hominum perpaucorum.*

Non sine iusta causa scripsit Goclenius Observ. p. 188. „*praeter* pro *praeterquam* archaismus est, quem observatum potius quam usurpatum volumus.“ Apulei. Met. 2. p. 122, 37. *nam praeter quod epulis alienis voluptates meas anteferrem, metum etiam istum tibi demam maturata regressione.* 4. p. 155, 7. Lactant. 3, 8. 13. *nam praeter quod omne animal doloris est fugiens, quis potest sibi hoc bonum praestare?* In codicibus, qui nunc exstant, saepe legitur *praeter quod*, veluti apud Cic. de Inv. 2, 21, 62. Caes. B. gall. 1, 5: quod non tam negligentia factum puto, quam more dicendi librariis consueto.

10. *Praeterque* pro *et praeterea* Plinius dixit, et ita quidem saepe, ut hoc vocabulum particulae copulativae vicem sustineat.

Plin. Hist. n. 4, 6, 10. *Lampens, Nonacris praeterque ignobiles octo.* 11, 4, 3. *habent autem oculos praeterque e sensibus tactum atque gustatum.* 9, 39, 64. 5, 1, 1. *similia prodit de Atlante, praeterque gigni ibi herbam euphorbiam.* 29, 5, 33. *item lac ovium calidum* (valet), *praeterque iis, qui buprestin — biberint.* 36, 2, 10.

11. Gellius 19, 10. narrat in concione virorum doctorum aliquando quaestionem institutam esse de significatione et usu verbi *praeterpropter:* quod quum unus ex amicis Frontonis in designando pecuniae sumptu ad opus aliquod absolvendum necessario dixisset *praeterpropter alia quinquaginta*, viros, qui adessent, de vocabulo isto plebeio et ab opificibus usitato quaesivisse. Fronto enim postquam memoraverat, vocabulum non esse dehonestum, sed a M. Catone et a M. Varrone et a pleraque aetate superiore ut necessarium et latinum usitatum, *Iulius Celsinus admonuit, in tragoedia quoque Q. Ennii, quae Iphigenia inscripta est, id ipsum, de quo quaerebatur, scriptum esse, et a grammaticis contaminari magis solitum quam enarrari.* Ennius de otioso dixit: *imus huc, illuc hinc: quum*

illuc ventum est, ire illuc iubet: incerte errat animus, praeterpropter vitam vivitur. Sed grammaticus, qui adstabat, significationem verbi non poterat declarare, nec Gellius explicat. Scaliger de Causs. l. l. c. 157. *praeterpropter vitam*, inquit, id est, vivimus ita, ut videamur propter quidvis potius quam propter vitam. Goclenius Observ. p. 188. explicat: propter aliam caussam vivitur quam ob eam, cuius gratia vita tradita est nobis. Salmasius Exerc. Plin. p. 879. *praeterpropter* absolutum esse putat, ut *plus minus*, *susque deque*, et scribendum esse in Enniano *praeterpropter vita vivitur*. Qui recte otia sua ponere nesciant, eos *praeterpropter vivere* dici, interdum hoc modo, interdum alio absque ulla ratione, modo longius abesse, modo propius ab hoc vel ab illo vivendi proposito. *Praeterpropter quinquaginta* esse, circiter quinquaginta, plus minus quinquaginta. Schwartzius in Tursellino haec: „fortasse planius dicas et ad sententiam Ennii accommodatius, si sic interpreteris: aut cis viam rectae rationis, aut ultra fere versantur homines. *Errare* enim est non insistere certam tritamque viam. Animus igitur, qui *incerte errat*, discedit a via et vel citra eam abripit hominem vel ultra.“ Si in Ennii libro *vitam* scriptum erat, veteres grammatici dubitasse videntur, num *praeter* pro praepositione accipi deberet, ut esset: *praeter propter-vitam*, an duplex esset praepositio *praeter vitam et propter vitam*. At scripsit ille poeta *vita*. Tum *praeterpropter* adverbialiter dicitur de re non accurate definienda, quae modo excedat, modo ad aliquem terminum accedat. Atque hoc etiam de numero non distinctius definiendo.

*) *Praeter* et *propter* saepe commutata sunt a librariis. vide Lucret. 4, 142.

PRAETEREA. PRAETERHAC.

Praeterea non esse *praeter ea* ultimae syllabae mensura et vocabula eiusdem formae *antea*, *postea* ostendunt. Quare nihil impedit, quominus etiam de una persona vel de una re ante nominata dicatur. Nam *ea* est ea ratione, eo respectu: quo nihil significatur quam ut ad aliquam rem eiusque rationem respiciamus. Alio modo Germani loquuntur *ausserdem*, *überdies*: idem

tamen est horum vocabulorum usus. Graecorum lingua tali adverbio caret.

1. Est igitur *praeterea* idem quod *praeter* adverbium, atque de rebus et de personis usurpatur.

Plaut. Capt. 2, 2, 81. *si eum reddis mihi, praeterea unum nummum ne duis.* Cic. p. Balbo 12, 29. *nos non possumus et huius esse civitatis et cuiusvis praeterea.* Caes. Bell. gall. 3, 29. 4, 33. *quidquid praeterea navium longarum habebant.*

Cic. ad Fam. 14, 4, 3. *est autem in officio adhuc Orpius, praeterea magnopere nemo.* 4, 8, 15. *a me vero sic diligitur, ut tibi uni concedam, praeterea nemini.* p. Lege Man. 2, 5. *eundem hunc unum ab hostibus metui, praeterea neminem.*

Cic. ad Att. 11, 5. extr. *neque illius, neque cuiusquam mihi praeterea officium deesset, si reperire possent, qua in re me iuvarent.* ad Quir. 3, 8. *pro me praesente senatus hominumque praeterea viginti millia vestem mutaverunt.* p. Rosc. Am. 37, 107. *qui sunt igitur in istis bonis, quibus partem Chrysogonus dederit? Duo Roscii. Numquinam praeterea? Nemo est, iudices.* Sallust. Cat. 47, 1. *P. Autronium, Servium Sullam, L. Vargunteium, multos praeterea in ea coniuratione esse.*

Numquam praeterea est ausserdem niemals, sonst niemals. Sallust. Cat. 19, 5. *numquam Hispanos praeterea tale facinus fecisse.*

2. In enumerandis rebus per vocabulum *praeterea* id, quod accedit, vel adnumerari debet, notatur. Sic vicem copulae saepe explet. Nemo enim elegantiorum scriptorum dixit *et praeterea*: quod bene observaverat Cortius, eo tamen aberrans, ut negaret a Sallustio Cat. 22, 3. scriptum esse: *nonnulli ficta et haec et multa praeterea existimabant.*

Plaut. Truc. 4, 2, 26. *dedi equidem hodie ei quinque argenti deferri minas: praeterea unam in obsonatum.* Rud. 5, 2, 27. Truc. 2, 4, 91. Trin. 2, 2, 52. Sallust. Cat. 14, 3. *praeterea omnes undique parricidae, sacrilegi —: ad hoc quos manus atque lingua periurio aut sanguine civili alebat.* 47, 1.

Cic. p. Arch. 8, 19. *Homerum Colophonii civem esse dicunt suum: Chii suum vendicant: Salaminii repetunt: — permulti alii praeterea pugnant inter se atque contendunt.* Virgil. Aen. 6, 149.

Bis positum vide apud Cic. ad Fam. 10, 3, 2.

3. Nec aliter in exponendis argumentis, in quibus illud significandum, quod secundum aut extremum locum

occupat. Lucretius saepissime utitur hac particula in transitu ad aliam rem declarandam.

Terent. Eun. 1, 2, 64. *nunc ego eam, mi Pamphile, multae sunt caussae, quamobrem cupiam abducere: primum quod soror est dicta: praeterea ut suis restituam ac reddam.* Adelph. 3, 2, 47.

Plaut. Amph. Prol. 90. *nunc proferatur, locum facere histrioniam. Etiam histriones anno quom in proscenio hic locum invocarunt, venit: auxilio is fuit: praeterea certo prodit in tragoedia.* ubi Bothius scripsit *certe*: quod non praestat. vide Tom. 2. p. 15. Merc. 1, 1, 87. Horat. Sat. 1, 1, 22. *praeterea ne sic — percurram.* ubi Heinderf. Pollio ad Cic. 10, 33, 5. ubi cur Weiskius moneret dicendum fuisse *autem*, nulla erat caussa.

De Lucretii usu vide 1, 512. ubi *principio*, 6, 617. ubi *nunc* antecedit, *tum porro* sequitur. 1, 702.

4. Interdum in demonstranda re exceptio ita fit, ut aliquid esse ponatur, si alterum non constet. Est igitur *alioquin*. Germani dicunt *sonst*, sed etiam *ausserdem*.

Plaut. Men. 2, 1, 17. *ergo istuc quaero certum qui faciat mihi, qui sese dicat scire, eum esse mortuum: operam praeterea numquam sumam quaerere.*

5. A poetis *praeterea* dictum est pro *posthac, in posterum*.

Virgil. Aen. 1, 48. *et quisquam numen Iunonis adorat praeterea aut supplex aris imponet honorem.* ubi Wagner. Georg. 4, 500. *neque illum — praeterea vidit.*

6. Copiosae orationi tribuendum est, quod post *praeter* additur *praeterea*.

Cic. ad Q. fratr. 1, 1, 9. *quare praeter communem fidem, quae omnibus debetur, praeterea nos isti hominum generi praecipue debere videmur.*

7. *Praeterhac* antiquiore sermone dicebatur pro *praeterea*, nullo significationis discrimine.

Plaut. Stich. 2, 2, 21. *praeterhac si me irritassis.....* Abrumpitur oratio. Men. 1, 2, 8. Most. 1, 1, 72. *ne tu erres, hercle praeterhac mihi non facies moram.* i. e. posthac. Rud. 4, 4, 78. Men. 5, 1, 25.

PRAETERQVAM.

In excludenda aliqua re quoniam duae res conferuntur et comparantur, accedit ad vocabulum *praeter* comparativa particula *quam*, et dicitur *praeter quam*, vel interposito aliquo vocabulo. Sed unum factum est vocabulum orationi ita accommodandum, ut *quam* saepe redundare videretur. Significatio non differt a *praeter*, sed usus. Nam *praeterquam* antiquo tempore non usurpabatur, nisi in eum modum, ut *quam* plenam haberet significationem, aut ut sequeretur relativum, quod suam naturam non amittebat, ubi coniunctionis instar erat. Ita loquutus est Terentius, numquam Plautus. Tum vero *praeterquam* poni solebat in sententiis negativis: *nihil praeterquam*, *nemo praeterquam*. Denique etiam non antecedente negatione dicebatur rem aliquam esse praeter aliam.

Praetereaquam, quod Bentleius e quibusdam libris in Terent. Andr. 4, 4, 14. restitui iussit, nullum habet exemplum, nec commode cum eo comparari potest *posteaquam*.

1. Primum igitur *praeter quam* dicitur in comparatione rei, quam aliquid excedit. Adiungitur sententia, quae uno substantivo expressa praepositionem *praeter* assumeret.

Terent. Heaut. 1, 1, 8. *quod mihi videre praeter aetatem tuam facere et praeter quam res te adhortatur tua.* Plaut. Merc. 1, 1, 92. *quas merces vexeram, ut volui, vendidi ex sententia, lucrum ingens facto, praeter quam mihi meus pater dedit aestimatas merces.*

2. Tum *praeterquam* cum relativo coniungitur et significat *praeter id quod*.

Terent. Andr. 4, 4, 14. *verbum si mihi unum, praeterquam quod te rogo, faxis, cave.* Eun. 1, 1, 32. Cornel. Att. 21, 2. *in hoc quum tres menses sine ullis doloribus praeterquam quos ex curatione capiebat, consumpsisset* etc. Auctor B. hispan. 24.

3. *Praeterquam quod*, in quibus *quod* coniunctio significat *in wie fern*, *dafs*, aut praecedente vocabulo negativo usurpatur, ut fere idem sit quod *nisi*, aut contraria ratione significans id, ad quod aliud quid accedit: quare saepe in altera sententiae parte adiiciuntur

rocabula *etiam*, *quoque*. Idem efficitur, ubi in utraque parte negatio ponitur cum verbis *ne quidem*. Ceterum per se patet, *quod* ad verbum aliquod expressum vel in altera sententiae parte positum, aut ad omissum verbum *esse* referri: quare miror criticos ad Liv. 22, 53. ita loqui, quasi *praeterquam quod* etiam nominibus impliciter adiungi possit.

Terent. Heaut. 2, 4, 19. *omnes mihi labores fuere, quos cepi, leves, praeterquam tui carendum quod erat.* Matius ad Cic. 11, 28, 15. *non faciam: neque quod displiceat committam, praeterquam quod hominis mihi coniunctissimi ac viri amplissimi doleo gravem casum.* Liv. 8, 22, 1. *sequutus est annus nulla re belli domive insignis, — praeterquam quod Fregellas — colonia deducta.* 3, 40, 3. *quum aliud, praeterquam de quo retulissent, decemviri dicere prohiberent* etc.

Cic. ad Q. fr. 2, 14. *ego me in Cumano et Pompeiano, praeterquam quod sine te, ceterum satis commode oblectabam.* Liv. 8, 25, 5. *praeterquam quod, interceptis munimentis hostium, pars parti abscissa erat, foediora aliquanto intra muros iis, quibus hostis territabat, patiebantur.*

Liv. 6, 24, 7. *dux praeterquam quod tot insignis triumphis, etiam aetate venerabilis.* 8, 8, 1. *praeterquam quod cuttodiae vigiliaeque et ordo stationum intentioris ubique curae erant, in ultimo etiam certamine — ea severitas profuit.* 8, 50. 3, 8, 5.

Liv. 25, 25, 11. *Philopoemen, praeterquam quod ita Quintio placeret, et ipse existimabat classem romanam exspectandam.* ubi notandus est coniunctivus.

Columell. de Arbor. 5, 2. *praeterquam quod speciem habet sic composita, tum etiam minus laborat, quum undique velut aequilibrio stabilita in se requiescit.* 12, 2.

Liv. 38, 4, 4. *praeterquam quod hinc amnis munit, hinc tumuli, muro quoque firmo septa erat.* 29, 1, 23. *praeterquam quod nomina tantum ducum in Hispania Romani haberent, exercitum quoque inde veterem deductum.* 3, 36, 6.

Liv. 21, 10, 1. *itaque praeterquam quod admissi auditique sunt, ea quoque vana atque irrita legatio fuit.* In his quoque non ut in reliquis locis opponitur iis, quae ante dicta sunt, sed dicitur, ut legatio ad Hannibalem missa esset irrita, ita eam quoque ad Carthaginienses missam legationem esse vanam. Quod quum non perspexissent librarii, addiderunt negationem *non*.

Cic. de Div. 2, 12, 28. *at id praeterquam quod fieri non potuit, ne fingi quidem potest.*

4. Extra relativi nominis structuram praecedente negatione *praeterquam* in eumdem modum dicitur, quo *praeter*, ut sit fere *non — nisi*. Interrogatio instar est negationis.

Cic. ad Fam. 8, 7, 1. *nullas iis, praeterquam ad te et ad Brutum, dedi litteras.* in Cat. 8, 11, 26. *nullum monumentum laudis postulo, praeterquam huius diei memoriam sempiternam.* Liv. 2, 56, 7. *quum Volero nihil praeterquam de lege loqueretur etc.* 1, 8, 1.

Cic. de Div. 2, 32, 69. *a qua, praeterquam de sue pleni, quid umquam moniti sumus?*

Liv. 4, 4, 12. *nec quod ex connubio vestro petamus quidquam est, praeterquam ut hominum, ut civium numero simus.*

5. Etiam non praemissa negatione *praeterquam* usurpabatur duplici hoc modo. Primum enim designat id, ad quod aliquid accedit. Transfertur enim id, quod n. 3. exposui, ad aliam orationis formam. Sequuntur saepe *etiam*, *quoque*.

Liv. 4, 17, 6. *cum Veientibus Fidenatibusque, praeterquam finitimis populis, ab causa etiam tam nefanda bellum exortis, atrox dimicatio instabat.* 30, 6, 4. *quibus caesis omnibus, praeterquam hostili odio, etiam ne quis nuntius effugeret, extemplo Scipio — portas invadit.* 5, 14, 5. *praeterquam maiestate petentium religione etiam adtoniti homines patricios — crearent.* 22, 58, 6. 26, 13, 14.

Sueton. Aug. 71. *praeterquam decembri mense, aliis quoque festis profestisque diebus.*

6. Deinde dicitur de eo, quod a reliquis removetur et excipitur. Est igitur *si exceperis*, *excepto eo*, vel *missa ea re*. Germani loquuntur *abgesehen von*. Antiquitas huius usus uno loco Varronis monstratur, sed eius libri, qui multas mutationes recepit.

Varro de Re r. 1, 45, 1. *legumina* (e terra exeunt) *fere quatriduo aut quinque diebus, praeterquam faba.* Vell. Pat. 2, 40, 3. *longe maiorem omni ante se illata pecunia in aerarium, praeterquam a Paulo, ex manubiis intulit.* Iure defendit Kritzius hanc antiquam scripturam: equidem tamen non puto a Velleio rationem ita institui, ut ab universa, quae umquam in aerarium illata fuerit, pecunia computata subducatur a Paulo illata, ut appareat, Pompeium plus quam omnes priores imperatores intulisse. Dixisse ille enim videtur, Pompeium longe maiorem pecuniam in aerarium intulisse quam

ullum alium ante eum, uno excepto Paulo. Omnis pecunia est summa a quovis alio imperatore illata. 2, 4, 6. *etiam certe dignissimam egit, quae nullius ad id temporis praeterquam Iovis fulgore vinceretur.* Plin. Hist. n. 37, 4, 15. *illa invicta vis duarum violentissimarum naturae rerum ferri igniique contemptrix, — tum etiam, praeterquam eximias, incudes malleosque frangens.* Lactant. 1, 6, 13. *harum omnium Sibyllarum carmina et feruntur et habentur, praeterquam Cymaeae.*

7. Cicero, praemissis verbis *praeterquam quod*, in altera sententiae parte ponere solebat *praeterea.*

Cic. ad Att. 15, 15. *Saran autem praeterquam quod nefarium hominem cognovi, praeterea in me contumacem.* 9, 15. *nam praeterquam quod te moveri arbitror oportere iniuria, quae mihi a quoquam facta sit, praeterea te ipsum quodam modo hic violavit, quum in me tam improbus fuit.* de Fin. 3, 22, 61. *hoc autem loco tantum explicemus haec honesta, quae dico, praeterquam quod nosmet ipsos diligamus, praeterea suapte natura per se esse expetenda.*

Cic. de Leg. 3, 19, 45. *praeter enim quam quod comitia illa essent armis gesta servilibus, praeterea neque tributa capitis comitia rata esse posse* etc.

8. Postremae aetatis scriptores *praeterquam* in modum particulae *praeter* de ampliore rei magnitudine usurpabant.

Hygin. Fab. 147. *itaque, praeterquam solebant mortales, crescebat.*

PRIDEM.

Pridem Vossius de Analog. 2, 26. p. 803, iam vidit esse e *pris, pri*, quod graecum πρίν sit, factum, adiecta syllaba *dem*, ut in *tantumdem, quidem, idem.* Hartungius de Casibus p. 207. πρὶν δή, Doederlinus πρὶν δήν comparant. Festus in *privignus: pri enim antiqui pro prae dixerunt.* Dubium igitur est, an recte intelligamus ablativi formam.

1. *Pridem* significat prius tempus, quod interiecto alii tempori antecessit, nec tamen definit, quantum sit temporis intervallum. Est enim *ante aliquod tempus, vordem, vorlängst.* Laur. Valla Elegant. 2, 84. idem

esse dicit quod *nuper:* alii autem, longius esse hoc tempus, quam quod *nuper* indicet, brevius quam quod verbis *iam pridem* et *iamdudum* notetur. Sed *nuper* significat tempus haud longe remotum, *pridem* saepe longius remotum, et dicunt Latini *quam pridem* pro *quanto tempore ante.*

2. Opponitur igitur praeteritum tempus praesenti. Contrarium est *nunc.*

Plaut. Rud. 4, 7, 23. *spectavi ego pridem comicos ad istum modum sapienter dicta dicere.* i. e. antea, olim. Iustin. 31, 3, 9. *Italiam notiorem sibi nunc quam pridem fuisset.* 5, 7, 12. *nunc autem non classem, in quam sicuti pridem confugiant, superest.* 12, 6, 7. Stat. Theb. 3, 680.

3. De tempore aliquantum remoto dicitur, non certo nomine designando: *vor längerer Zeit.* Interdum tamen vix dignoscas a *nuper.* Non certus est terminus.

Plaut. Aul. 2, 2, 37. *pulmentum pridem ei eripuit milvus.* Cas. 2, 8, 27. Cic. ad Fam. 5, 6, 4. *quod ad me pridem scripseras.*

4. *Quam pridem* est *quo tempore ante.* Sed etiam significat *ex quo tempore longiore:* quod animadvertere debebat Doederlinus, ne in libro etymolog. Tom. 4. p. 266. negaret, *pridem* etiam de tractu temporis dici.

Terent. Eun. 3, 3, 11. *quam pridem pater mihi et mater mortui essent.* Cic. in Verr. 1, 48, 126. *quam pridem sibi haereditas venisset.* p. Rosc. Com. 3, 8.

Plaut. Stich. 2, 1, 46. *quam pridem non edisti.* i. e. *scit vix longe.*

5. Cum negationibus composita particula tempus indicat proximum aut non longe remotum. Interdum interponitur *ita.*

Terent. Heaut. 2, 2, 17. *hoc ego mali non pridem inveni.* Plin. Hist. n. 22, 25, 61. *alica res romana est et non pridem excogitata.*

Lucret. 5, 331. *habet novitatem summa recensque natura mundi est, neque pridem exordia cepit.*

Cic. Brut. 10, 41. *nostra civitate non ita pridem dominatu regio liberata.* Horat. Sat. 2, 2, 46. *haud ita pridem Galloni praeconis erat acipensere mensa infamis.* Art. poet. 254.

6. Maius intervallum temporis aut longius tempus significatur praemisso vocabulo *iam:* ubi Germani *schon vor längerer Zeit, schon lange.*

Plaut. Pseud. 1, 5, 7. *atque id iam pridem sensi.* Terent. Hec. 2, 1, 22. Cic. p. Prov. cons. 14, 35. *quum vero ille suae gloriae iam pridem, rei publicae nondum satisfecerit.* p. Rosc. Com. 14, 42. *is iam pridem est mortuus.* ad Att. 11, 13. in Verr. Act. pr. 4, 10.

Opponitur *nunc etiam* apud Cic. ad Att. 2, 7. Liv. 39, 15, 6.

Terent. Phorm. 1, 1, 2. *erat ei de ratiuncula iam pridem apud me reliquum pauxillulum nummorum.* Cic. p. Marc. 9, 28. *quae miretur, iam pridem multa habet: nunc etiam, quae laudet, exspectat.* ad Att. 2, 5. *cupio equidem et iam pridem cupio Alexandriam — visere.* Liv. 40, 9, 4. *utri nostrum sanctius sit, iam pridem sentis.* i. e. iam diu. 8, 62, 6. *ipsi iam pridem avidi certaminis procedunt.* 40, 8, 8. *iam pridem quidem hanc procellam imminentem timebam.* 9, 25, 5. Virgil. Aen. 6, 717.

Liv. 36, 14, 9. *veritus, ne traderetur Philippo iam pridem hosti.* i. e. antiquo hosti. Cic. ad Fam. 3, 11, 8. *lactor virtute et officio — alterius omnium saeculorum et gentium principis, alterius iam pridem iuventutis, celeriter, ut spero, civitatis.* Lucan. 1, 347. *tollite iam pridem victricia, tollite signa.* ubi Gronerus non recte interpretatur *continuo tollite.*

Dorvillius ubi praesens verbi appositum vidit, *iam pridem* accepit pro *etiamnunc, iamiam.* Vide Burmann. ad Propert. 2, 7, 1. qui ipse assentitur mirabili errori. Virgil. Ecl. 2, 43. *iam pridem a me illos abducere Thestylis orat.* i. e. iam per aliquod tempus orat. Propert. 2, 8 (7), 1. *eripitur nobis iam pridem cara puella.* dictum est ut in illo Livii loco *iam pridem hosti.* 2, 21 (17), 17. *nunc quoque, qui restet, iam pridem quaeritur alter.* i. e. tu quoque iam per aliquod tempus quaeris alterum.

PRIDIE.

De *pri* p. 551. diximus. Iam Scaliger de Caussis l. p. 407. *pridie* monuit esse *prae die.* Priorem enim iem intelligimus eum, qui proxime eum antecedit, quo liquid factum aut faciendum est. Etiam in hoc vocaulo, uti in *postridie,* declarabimus modum, quo cum liis verbis componi solet.

1. Coniungitur cum *quam* in designando eo, quod equutum est postea.

video: eripis primiter dapes. Sed 8, 42. *eripuisti primitus de pannibus.* 10, 13. *deripis tibi primiter de pannibus.* Nonius reddit per *prime.*

Primitus, ut *penitus*, *antiquitus*, *funditus* formatum (cf. p. 425. Tom. 3. p. 444), significat *inde ab initio:* tum vero etiam pro *primum* ita ponitur, ut maior insit vis, quam Germani exprimunt verbis *allererst, gleich anfangs.* Antiquum est vocabulum, tamen nunquam a Plauto, nec a Terentio, nec a Cicerone reliquisque illius aetatis scriptoribus usurpatum. Saepius Varro in libris de re rustica et quidam poetae dixerunt, et recentiores scriptores restituerunt usum.

In loco Plauti, qui exstat apud Festum (p. 297. Müll.) Scaliger temere scripsit *primitus.* Legitur enim: *fraterculabat mulieri papillae primum.*

Varro de Re r. 1, 31, 2. *in vitiario primitus quum exit* uti etc. 1, 48, 1. *etiam primitus spica quum oritur* etc. 1, 48, 4. *quae primitus quum oriuntur.* 2, 2, 14. *quum aer est modice temperatus et primitus oritur herba imbribus primoribus evocata.*

Lucilius apud Nonium s. v. *primiter* et *dare: sicuti quum primos ficos propala recenteis protulit et pretio ingenti dat primitu' paucos.*

Lucret. 4, 1027. *quibus aetatis freta primitus insinuentur.* 6, 1091. *fulmen detulit in terras mortalibus ignem primitus.*

Carmen Priapei. 88. quod Catullo tribuitur 19. *florido mihi ponitur picta vere corolla, primitus tenera virens spica mollis arista.* Bene vidit Hermannus *primitu' et*, quod vulgo legitur, esse mutandum, sed Silligius non vidit comma non esse post *primitus* collocandum. Ciris 489. *tener est quum primitus.*

Sueton. Claud. 7. *evenitque, ut primitus ingredienti cum fascibus forum praetervolans aquila dexteriore humero consideret.* Petron. 62. *ego primitus nesciebam, ubi essem: deinde accesi etc.* Cod. Theod. 11, 1, 12. *etiamsi militares viri aliquos ex his penes se retentant, conveniendi primitus sunt, ut aut restituant* etc. *Primitus* non est *prius*, ut Heineccius putat, sed est *omnia, gleich anfangs.*

PRIMO. PRIMVM.

Discrimen, quod inter *primum* et *primo* intercedere videbatur, largam grammaticis praebuit disserendi, uni Scioppio in Paradox. p. 2. quum absurda ei visa esset

deputatio, ridendi materiam. Tursellinus, *primum* et *primo*, inquit, hoc ferme differunt, quod *primum* ad ordinem rerum pertinet, *primo* ad tempus. Hoc, quod apienter dictum erat, negavit Schwarzius, allatis locis Cic. p. Arch. 3, 4. Cornel. Them. 2, 3. Alc. 4, 4. Liv. 38, 41, 7. in quibus *primum* de tempore dictum esset. At in omnibus his locis particula simul indicat ordinem rerum in tempore constitutum, et sequuntur vocabula *deinde*, *post*. Quum vero Varro apud Gellium 10, 1. docuisset *quarto* adsignificare locum, *quartum* tempus, Voltenius p. 1143. praecepit haec: „*primum* esse aliquid dicitur respectu sui ipsius, *primo* relative ad alterum: *primum* respicit iterationem eiusdem rei, quae tot vicibus sequatur: *primo* ordinem temporis vel loci, quo quid locetur." Herzogius ad Caes. B. gall. 7, 15. Grysar. in Art. lat. scrib. p. 143. Kritzius ad Sallust. Iug. 29, 3. 111, 2. in eo consentiunt, ut dicant *primo* significare locum, quem quid in tempore vel in ordine obtineat ita, ut opponatur *post*: *primum* autem usurpari in afferendis argumentis, caussis, cogitatis ita, ut sequantur vocabula *tum*, *deinde*: in quibus non apparet, quo modo argumenta et cogitata ab aliis rebus distinguantur. Quae Reisigius in Gramm. p. 180. docuit, ambiguitate laborare videntur.

Simplicissima est ratio haec. In *primo* consideramus unum punctum temporis, in quo res sita est: in *primum* animo obversatur ordo, in quo res primum locum occupat. *Primo* dicimus intellecto *tempore*, per vocabulum *primum* collocamus rem in primum ordinis locum: in *primo* refertur tempus ad rem, in *primum* res ad tempus: ubi *primo* dicitur, praesumitur rem esse postea mutatam, ubi *primum*, alias sequi res: *primo* rem anteponit, *primum* numerat. Quare *primo* contrarium habet in verbis *post*, *tum*, neque obstat quidquam, quo minus sequatur *deinde*, quoniam primum tempus et reliqua tempora per se cogitari possunt: *primum* autem, id quod ipsa accusativi forma indicat, decursum quasi et modum significat in ordine rerum. Hinc fit, ut et in afferendis argumentis usurpetur, et primam vicem denotet. Quo autem pacto hae rationes facile inter se commutari potuerint, scriptorum usus monstrat.

I. 1. *Primo*, quod est primo tempore, principio, ab initio, *anfangs*, *anfänglich*, ita usurpatur, ut rem

postea cessisse aut mutatam esse intelligamus. Addi test temporis nota, quousque res permanserit.

Caes. B. gall. 4, 37. *Morini — spe praedae adducti* non *ita magno suorum numero circumsteterunt.* Postea enim venerunt hominum circiter millia VI. Cornel. Datam. *primo non accredidit.* Liv. 2, 27, 7. *longe alia, quam pri stituerant, via grassabantur.* Quintil. 1, 5, 71. *propria verba, cum id significant, in quod primo denominata sunt.* It bent codices, non *primum.* — *quae primo dura visa sunt, molliuntur.*

Plaut. Amph. 2, 1, 50. *credebam primo mihimet Sosiae, Sosia, ille egomet, fecit sibi uti crederem.*

In Sallust. Cat. 24, 1. dubitationem de usu plusquam fecti non sine causa iniectam tollimus interpunctione hac *tur comitiis habitis, consules declarantur M. Tullius et C. nius. Quod factum primo popularis coniurationis concu neque tamen Catilinae furor minuebatur* etc.

2. Primo tempori opponitur aliud posterius particulas *post, postea, deinde, inde, dehinc, postremo, ad extremum, tandem, mox, nunc, iam.* Z ptius ad Cic. Verr. 4, 61, 136. se observasse narrat, ceronem, ubi sequeretur *deinde* sive *postea*, ponere suevisse *primum:* nec eum reprehendere debebat sius in Reisigii Gramm. p. 180. Nam plurimi lo monstrant: sed est aliquod discrimen inter utrar dictionem. Nimirum *primum* distinctius designat pus quam *primo*, sicuti germanicum *zuerst* differ *anfangs.*

Cic. Tusc. 1, 3, 5. *oratorem celeriter complexi sumus: ne primo eruditum, aptum tamen ad dicendum, post autem tum.* de Orat. 3, 38, 155. *vestis frigoris depellendi causa primo, post adhiberi coepta est ad ornatum etiam corporis.* de 12, 41. Sallust. Cat. 24, 3. Liv. 29, 22, 7. *primo producti ad lum ab tribunis apud praeoccupatos Locrensium clade animos lum misericordiae locum habuerunt: postea quum saepius pro rentur — molliebantur irae.* Caes. B. gall. 6, 39. Cic. p. Clue 12. *ea igitur mater Aviti, Melini — amore capta, primo, id ipsum diu, quoquo modo poterat, in illa cupiditate continel deinde ita flagrare coepit amentia, — ut eum non pudor, pudicitia — a cupiditate revocaret.* ad Att. 4, 1. de Fin. 137. *primo nobis fuit dubium, quid ageremus, deinde cito in mentem* etc. in Catil. 1, 13, 31. Liv. 6, 24, 7. *pudor tenuit effusos: inde, ut circumagi signa — viderunt —, inert*

singuli se quisque et alios. 7, 26, 9. Sueton. Aug. 49. *iuvenes primo modicis intervallis per militares vias, dehinc vehicula disposuit.* Celsus 7, 10, 1. *primo digeri materiâ opus est; tum evocari* Liv. 22, 43, 8. (vociferatio) *quaerentium omnium primo, postremo famem.* 39, 2, 8. Cic. in Cat. 3, 5, 12. *Gabinius — quum primo impudenter respondere coepisset, ad extremum nihil ex iis, quae Galli insimulabant, negavit.* Liv. 22, 23, 5. Cic. ad Att. 2, 22. Liv. 39, 9, 1. *primo urbis magnitudo capacior patientiorque talium malorum ea celavit: tandem indicium hoc maxime modo ad Postumium consulem pervenit.* 39, 39, 3. *postquam primo aequare, mox superare etiam est visus.* 40, 31, 6. Acidalius *mox* restituit in Vellei. 2, 55, 1. ubi vide Kritzium. Quintil. 8. pro. 4. Terent. Hec. 4, 4, 91. *neque ei credebam primo: nunc vero palam est.* Cic. ad Q. fr. 2, 8. *o litteras mihi tuas iucundissimas exspectatas, ac primo quidem cum desiderio, nunc vero etiam cum timore.* Tacit. Germ. 6. *quod primo numerus fuit, iam nomen et honor est.*

Quintil. 4, 5, 15. *egregie vero Cicero pro Milone insidiatorem primo Clodium ostendit, tum addit ex abundanti, etiamsi id non fuisset* etc. Non recte Spaldingius reiecit codicum scripturam *primum*, unice veram.

3. Nec tamen desunt exempla apud probatissimos sermonis auctores, in quibus *primo* dicitur de exponendo ordine rerum in tempore mutatarum, adhibitis pluribus particulis *deinde — tum, deinde — postea, deinde — tandem, deinde — postremo* et quae sunt huius generis reliqua.

Cic. de Fin. 1, 16, 50. *plerumque improborum facta primo suspicio insequitur, deinde sermo atque fama, tum accusator, tum index.* de Div. 1, 27, 57. *eum primo perterritum somnio surrexisse, dein quum se collegisset, idque visum pro nihilo habendum esse duxisset, recubuisse, tum ei dormienti eundem illum visum esse rogare* etc. p. Rosc. Am. 9, 26. *ac primo rem differre quotidie ac procrastinare illi coeperunt, deinde aliquanto lentius, nihil agere atque deludere, postremo — insidias vitae huiusce Sex. Roscii parare.* Liv. 26, 39, 4. *primo — postea — postremo.* 29, 34, 12. *primo — mox — postremo.* 2, 54, 8. *primo — deinde — tandem.* 30, 11, 6. *primo — inde — inde.* Apud recentiores scriptores multo plura exstant, quae afferre non opus est.

4. Mutatur oratio ita, ut tempori primo aliud per particulam *sed* opponatur.

Curt. 8, 4, 5. *ac primo quidem armis suis tecti exceperunt, sed iam nec retinere arma lubricae et rigentes manus poterant.* ubi

Mätzell. 8, 11, 10. Non huius generis est locus Cic. Of. 1, 28, 100. cuius esse putabat Beierus: ibi enim sed non respondet antecedenti *primum*.

5. Ab illa ratione recessisse videntur ii, qui post *primo* collocarunt *iterum* et *rursus* in numerandis rebus.

Liv. 2, 51, 2. *adeoque id bellum ipsis institit moenibus, ut primo pugnatum ad Spei sit aequo marte, iterum ad portam collinam.*

Sueton. Aug. 17. *repetit Italiam, tempestate in traiectu ter conflictatus: primo in promontorio Peloponnesi et Aetoliae, rursus circa montes ceraunios.*

Phaedr. 4, 10, 16. *significat primo — : secundo ostendit —.*

6. Sed aeneae aetatis scriptores cum quibusdam argenteae etiam in alio usu negligenter versati sunt, et *primo* posuerunt pro *primum*.

Lactant. de Opif. dei 6, 5. *nam si peritus architectus, quum magnum aliquod aedificium facere constituit, primo omnium cogitat, quae summa perfecti aedificii futura sit.*

Valer. Max. 2, 6, 5. *eadem bonos cives coronas decorandi primo consuetudinem introduxit duobus oleae connexis ramulis clarum Periclis cingendo caput.* Haasius manifesto scribendum esse *prima* existimat. At si Erasmus non prorsus inepte de Valerii dictione iudicavit, etiam hoc ferendum est. Certe illud *prima* non scripsit Valerius.

II. 1. *Primum* in enumerandis rebus primam rem significans post se habet ea vocabula, quae rerum distributioni inserviunt. Atque adiicitur altera res per *iterum*, *secundo*. Sed etiam per se constat *primum*, ut sit prima vice.

Cic. de Am. 3, 11. *factus est bis consul: primum ante tempus, iterum sibi suo tempore, reipublicae pene sero.*

Cic. de Leg. 1, 13, 35. *an mihi aliter videri possit, quum haec iam perfecta sint: primum quasi muneribus deorum nos esse instructos et ornatos: secundo autem unam esse hominum inter ipsos vivendi parem communemque rationem.* ubi non necessarium erat *secundo loco*. p. Planc. 20, 50. *equidem primum ut honore dignus essem, maxime semper laboravi: secundo ut existimarer: tertium mihi fuit illud* etc. Varro de Re r. 3, 17, 2. *primum enim aedificantur magno, secundo implentur magno, tertio alunturmagno.* Cf. Tom. 3. p. 525. *Primum — iterum — tertium* Cic. de Inv. 1, 39, 71. ubi alii *primo*.

Quintil. 12, 11, 25. *omnia, quae magna sunt atque admirabilia, tempus aliquod, quo primum efficerentur, habuisse.* 8, 3, 35. *idem putat a Terentio primum dictum esse obsequium.* ubi tamen Spaldingius non meruit Bonnelli reprehensionem, quum dixisset meliorem sibi videri scripturam codicis camp. *a Terentio prime.*

2. Vbi tempus antecedens opponitur posteriori vel raesenti, proprie, uti demonstratum est, dicitur *primo:* imen etiam *primum* eumdem in usum adhibetur ab ptimis scriptoribus. Quare Herzogius ad Sallust. Cat. 7, 4. hunc usum non respexit, quum *primum* appellat logicam particulam. Vide Soldanum ad Cic. p. Rege eiot. p. 153. Sequuntur *post, postea, dehinc, mox, unc, postremo.*

Cic. ad Fam. 1, 9, 50. *primum reditus intercesserat in gratiam per Pompeium, statim ut ille praetor est factus. — Post autem Caesaris, ut illum defenderem, mira contentio est consecuta.* p. Arch. poe. 3, 4. *primum Antiochiae — post in ceteris Asiae partibus —.* p. Sext. 21, 48. *ex qua* (civitate) *P. Decius primum pater, post aliquot annos patria virtute praeditus filium se ac vitam suam — devovisset.* Acad. 2, 37, 118. *Anaxagoras materiam infinitam: sed ex ea particulas, similes inter se, minutas: eas primum confusas, postea in ordinem adductas a mente divina.* Caes. B. civ. 3, 45.

Celsus 1, 3. *qui deiicere volet, primum cibis vinisque utatur his, quae hoc praestant: dehinc, si parum illa proficiunt, aloen sumat.*

Vellei. 2, 64, 2. *primum a Calatia, mox a Casilino veteranos excivit paternos.* Tacit. Ann. 2, 39. *occultis primum sermonibus, ut vetita solent, mox vago rumore apud imperitissimi cuiusque promptas aures.* Hist. 1, 1. 1, 64. Stat. Silv. 1, 1, 17. Quintil. 12, 2, 8.

Cic. p. Planc. 39, 93. *ego C. Caesaris laudibus desim, quas primum populi romani, nunc etiam senatus — plurimis atque amplissimis iudiciis videam esse celebratas?* Columell. 3, 10, 8.

Liv. 4, 14, 4. *tunc Maelius — primum circumspectans tergiversari: postremo quum apparitor iussu magistri equitum duceret, ereptus a circumstantibus fugiensque fidem plebis romanae implorare.* 23, 37, 3. 27, 30, 12.

3. Sunt vero etiam loci, in quibus non plures res onsiderantur, neque posterioris temporis nomen sequitur, sed *primum* significat *principio, initio,* pro *primo* ccipiendum.

Cic. de Orat. 2, 5, 21. *primum palaestrum, et eodem et perfectum etiamque Graecos exercitationis et delectationis causa, in ludo disputationibus, inconsiste arbitror.* Müllerus vocabulo primum praeponendum dicit autem, quod postea legitur. Quintil. 9, 4, 1. *quod a natura primum ortum est et quale ante cultum fuit.* 1, 9, 6. *non, ut quidque primum discendum, ita primum cognoscendum est.* i. e. prima loco.

4. Usurpatur *primum* in enumerandis rebus aut argumentis. In altera quae sequitur enuntiationis parte ponuntur consequutionis particulae. *Primum — deinde* etiam idem fere esse, quod *non solum — sed etiam*, docuit Goerenzius ad Cic. Acad. 2, 11, 36. ubi vide exempla.

Cic. de Am. 24, 89. *omni igitur hac in re habenda ratio et diligentia est: primum ut monitio acerbitate, deinde obiurgatio contumelia careat.* ad Fam. 3, 5, 4. Pollio ad Cic. 8, 32, 1. de Orat. 1, 38, 172. *ceterum non dubitabo primum inertiae condemnare sententia mea, post etiam impudentiae.* 16, 3, 3. *te oro per tuos omnes primum vole, tum mox.* Tacit. Ann. 11, 3. Terent. Ad. 3, 2, 47. *primum indotata est: tum praeterea quae secunda ei dos erat, perit.*

5. Reliquae multiplicis enumerationis formae paucis sunt exemplis demonstrandae.

Primum — deinde — novissime. Plancus ad Cic. 10, 24, 4. Celsus 7, 7, 8. *primum — post — tum.* Cic. de Harusp. resp. 9, 18. *primum — deinde — mox.* Plin. Hist. n. 35, 17, 8. *primum — deinde — mox — tum.* Columell. 3, 10, 6. *primum — deinde — tum — postea.* Celsus 2, 1, p. 46. *primum — mox — dein — postremo.* Plin. Hist. n. 5, 29, 31. *primum — deinde — post — deinde — postremo.* Liv. 32, 19, 11.

Primum — deinde — tum. Cic. p. Lege Man. 2, 6. *primum — deinde — deinde.* Cic. ad Att. 3, 7. *primum — deinde — postea.* de Orat. 2, 15, 63. Orat. 63, 215. *primum — deinceps — deinde.* Topic. 20, 77. *primum — tum — denique.* ad Quirit. p. r. 7, 16. *primum — tum — post.* Cic. de Off. 1, 3, 10. *primum — tum — deinde.* 1, 28, 92. *primum — deinde — postremo.* Liv. 23, 43, 2. Tacit. Ann. 3, 20. *primum — deinde — ad postremum.* Liv. 31, 15, 3. *primum — deinde — ad extremum.* Cic. in Pis. 12, 27. *primum — deinde — ad ultimum.* Curt. 5, 6, 14.

Primum — deinde — tum — postremo. Cic. de Nat. d. 2, 1, 3. 3, 3, 6. *primum — deinde — deinde — postremo.* de Inv.

1, 43, 81. *primum — deinde — deinde — postea.* de Inv. 2, 28, 84. *primum — deinde — praeterea — denique.* Quintil. 5, 10, 12. Cic. in Catil. 2, 9, 19. *primum — deinde — praeterea — postremo.* de Div. 2, 56, 116. *primum — deinde — tum — post.* de Orat. 1, 32, 144. *primum — deinde — deinde — deinde.* de Inv. 2, 29, 89. ad Fam. 3, 7, 10. *primum — tum — deinde — postremo.* p. Font. 14, 31. *primum — secundo loco — deinde — tum etiam.* de Leg. 1, 13, 35.

Primum — deinde — tum etiam — accedit — postremo. Cic. p. Balb. 28, 64. *primum — deinde — tum — post — ad extremum.* de Orat. 1, 31, 142. *primum — deinceps — deinceps — deinde — tum.* de Fin. 3, 6, 20.

Exempla partitionis per sex particulas repetitas Cic. de Fin. 5, 23, 65. Tusc. 1, 28, 68. de Inv. 2, 50, 150. 1, 28, 43. 2, 13, 43. per octo particulas. Columell. 12, 3, 1. per novem. Cic. de Inv. 2, 27, 79.

6. *Primum* quando positum est, orationem formari cet ita, ut non sequatur *deinde* vel alia huius generis articula, sed mutata oratione illius vis in reliquis veris contineatur. De hac re iam Manutius disseruit ad Cic. pist. ad Fam. 7, 23. et post eum Wopkensius Lect. ull. p. 73. (52.) Duker. ad Flor. 2, 18, 12. Garatoius ad Cic. p. Planc. 4, 10. Bremius ad Cic. de Fin. 1, 6. Matthiae in Miscell. phil. Vol. 1. 2. p. 98. Goerenz. t Bakius ad Cic. de Leg. 3, 9, 19. et de Fin. 1, 6, 17. eier. ad Cic. Off. 1, 14, 44. Madvig. ad Cic. de Fin. 1, , 17. Conf. Donatus ad Terent. Andr. 3, 3, 38. Atque e ulla quidem compensatione opus erit, ubi *primum* ecipi potest pro *omnium primum.* Graecis idem erat nodus loquendi. Vide Beierum l. l. Saepe etiam *primum* omitti, positis aliis enumerandi particulis, notaunt Gronov. ad Liv. 34, 19, 8. Lindnerus in libro de llips. lat. p. 120.

Terent. Andr. 5, 4, 21. *forte applicat primum ad Chrysidis patrem se.* Cic. de Nat. d. 2, 16, 25. *atque aquae etiam admistum esse calorem, primum ipse liquor aquae declarat et effusio.* ad Fam. 2, 9, 1. *primum tibi, ut debeo, gratulor.* 7, 23, 6. *primum ipsas Musas numquam tanti putassem.* de Fin. 1, 6, 17. de Leg. 1, 22, 59. de Off. 1, 28, 100. p. Balb 22, 63. ubi Halm. Alia vide in Animadv. ad Wopkensii librum, et apud Beierum.

7. Expositionem vel argumentationem qui aggrediuntur, inchoant eam praemisso vocabulo *primum.*

Quintil. 9, 4, 28. *primum igitur de ordine.* 7, 4, 8.

6. Quibusdam aliis particulis compositum *primum* minorem habet vim, sicuti Germani dicunt *erst*. *Tum primum* est *damals erst, dann erst*, *nunc primum* nun *erst*: *quum primum* est *simulac*, itemque *ubi primum*, *ut primum*.

Liv. 9, 6, 8. *etsi velut ab inferis extracti, tum primum lucem adspicere visi sunt, tamen ipsa lux ita deformis intuentibus agmen omni morte tristior fuit.* Recte Heusinger: *ob sie gleich — ist erst das Tageslicht zu erblicken glaubten.* Curt. 5, 2, 3. *novem qui fortissimi iudicati essent, singulis militum millibus praefuturi erant (chiliarchas vocabant), tum primum in hunc numerum copiis distributis: namque antea quingenariae cohortes fuerant.* Scripserunt *tunc primum*: vereor ut recte.

Tacit. Ann. 1, 54. *ludos augustales tunc primum coeptos turbavit discordia ex certamine histrionum.* Vt explicarent ludos iam ante illud tempus coeptos, Wolfius intelligebat solemni modo factos, Waltherus post mortem Augusto tamquam deo consecratos. Tacitus autem dixit ludos augustales nuper institutos post non longum tempus esse turbatos. Aliter *tunc primum* Liv. 5, 13, 6. Curt. 3, 12, 26. Iustin. 6, 8, 2. 11, 10, 2. de primo tempore distincte definiendo, in quo scripsisse veteres videntur *tunc*. Id etiam restituendum est in Curt. 7, 8, 3. *procedit ad milites tunc primum post vulnus proxime acceptum.* Nec mutandum erat Catull. 64, 56. *fallaci quae tum primum concite somno desertam in sola miseram se cernit arena.* Recentissimi scriptores differentiam horum verborum ignorabant. Papinianus in Dig. 23, 3, 68. *nam etsi minor annis duodecim ut maior ducta sit, tunc primum petetur, quum maior annis aqui eumdem esse coeperit.*

De *nunc primum* vide p. 335.

Cic. de Off. 1, 32, 118. *Herculem Prodicium dicunt —, quum primum pubesceret —, exisse in solitudinem.* ad Fam. 14, 1, 2. *qui quum primum sapere coepit, acerbissimos dolores miseriasque percepit.* Liv. 25, 29, 4. *quum primum nostri arbitrii esse coepimus, extemplo venimus ad tradenda arma.* Aliter cum plena temporis primi notione Cic. in Verr. 1. Act. 2, 5. 2, 23, 55.

Plaut. Men. 4, 2, 34. *ubi primum est licitum, illico properavi abire de foro.* Amph. 1, 1, 48. *ubi primum terram tetigimus, continuo Amphitruo delegit viros primores principes.* Liv. 7, 40, 1. *ubi primum in conspectum ventum est, arma signaque agnovere.* Celsus 5, 27, 11. *commodissimum est tamen, ubi primum sensit aliquis; protinus oleo multo epoto vomere.*

Quintil. 11, 1, 80. *illum — ut primum licuerit, a partibus recessisse.*

9. *Primum omnium* est *ante omnia*, *vor allen*, *vor allen andern.*

Brut. ad Cic. 11, 10, 4. *primum omnium, quantam perturbationem rerum urbanarum afferat obitus consulum — non is fugit.* Quintil. 8, 2, 4. *quia primum omnium multa sunt et graece et latine non denominata.* ubi Spalding. Columell. 6, 2, 2. Quintil. 5, 13, 6. *primum omnium — deinde.*

10. Cum nominibus temporis definiti coniungitur *primum*, ut significetur, rem ipso hoc tempore statim esse factam.

Liv. 22, 12, 3. *quo primum die haud procul Arpis in conspectu hostium posuit castra.* i. e. *gleich an dem Tage.*

11. *Iam primum* dicitur in argumentatione, cui nam apta sit particula *iam* vide Tom. 3. p. 146.

Terent. Ad. 3, 2, 40. *iam primum illum alieno animo a nobis esse, res ipsa indicat.* Quintil. 1, 10, 37. *iam primum ordo est geometriae necessarius.* Zumptius ob auctoritatem cod. ambr. eiecit *iam*, quod Spaldingio frigere visum erat. At non friget, sed orationem intendit.

12. De *primumdum* vide Tom. 2. p. 329.

13. De structura orationis monendum est, eam saepe beriori modo ita fieri, ut membra enuntiationis non espondeant. In afferendis caussis enim, praecedentibus erbis *primum quia*, *primum quod*, in altera parte seuitur unum *deinde*, non *deinde quia*, vel procedit ora- o alium in modum formata. Dixerunt de hac re Corus ad Sallust. Iug. 5, 1. et Madvigius in Emendat. . 149. et in Excursu libro de Fin. adiecto p. 800.

Cic. de Orat. 1, 41, 116. *quod quidem certis de caussis a plerisque aliter existimatur: primum quia — noluerunt: deinde — nulli fuerunt.* i. e. deinde quia. Verr. 4, 59, 132. *primum quod omnes religione moventur: — deinde hic ornatus, haec opera — delectant.* Quintil. 5, 4, 4. *alia sunt magis, propter quae partitione non semper sit utendum: primum quia pleraque gratiora sunt —. Interim vero etiam fallendus est iudex.*

PRIVS. PRIVSQVAM.

Prius, cuius et origo in obsoleto vocabulo *pris* sita et significatio satis constat, ob comparativam naturam suam semper requirit aliud quid sibi in comparatione appositum. Quare proprie dicitur *prius — quam*. Sed oratio, in qua magis ordo temporum quam distantia spectatur, ita potest decurrere, ut altera pars enuntiationis aut supprimatur, aut aliam induat formam. Dissolutis enim membris interponuntur vocabula, quae posterius tempus vel rerum ordinem indicant, *deinde, inde, post, tum, nunc, postremo*. Hinc fit, ut *prius* absolute poni videatur, significans *früher*, saepe etiam pro *primum* accipiendum.

Cic. ad Att. 4, 1. *nihil prius faciendum mihi putavi, quam ut tibi absenti de reditu nostro gratularer.* Coel. ad Cic. 10, 1. *nisi ita faceret, ego prius, quam ad urbem accederem, ubicumque esses, ad te percurrissem.*

Cic. ad Fam. 3, 12, 1. *gratulabor tibi prius: deinde ad me convertam.* Liv. 21, 53, 8. *quum alterius ingenium fama prius, deinde re cognitum, percitum ac ferox sciret esse* etc. Cic. in Verr. 4, 1, 1. *genus ipsum prius cognoscite: deinde fortasse non magnopere quaeretis, quo nomine appellandum putetis.* Sententia est: prius genus ipsum cognoscite quam de nomine quaeratis.

Liv. 6, 33, 12. *scalis prius moenia capta: inde effracta claustra portarum.*

Liv. 37, 52, 4. *quod regem Antiochum — prius Europa, post et Asia — expulissent.* 42, 38, 6. *Philippi prius et post Antiochi bello.* 29, 12, 11. *ibi prius collocutus rex cum Acropo et Darda et Philippo Epirotarum praetoribus, postea cum P. Sempronio congreditur.* 5, 33, 9.

Cato de Re r. 155, 3. *ea depsere et unguere unguine prius oportet, tum siccare.* Varro de Re r. 1, 1, 11. *itaque prius ostendam, quae secerni oporteat ab ea, tum de his rebus dicam.* Liv. 34, 55, 5. *provincias deinde consules prius, tum praetores sortiti.* Liv. 7, 37, 10. Tacit. Ann. 16, 11.

Liv. 36, 17, 8. *summa virium spesque eius in Aetolis fuit, — ut vos prius experti estis, nunc Antiochus experitur.* 37, 54, 13. 40, 14, 7. Virgil. Georg. 3, 362.

Sallust. Cat. 45, 4. *multa prius de salute sua Pomptinum obtestatus, quod ei notus erat, postremo timidus ac vitae diffidens velut hostibus sese praetoribus dedit.* Liv. 34, 9, 8.

Plin. Hist. n. 17, 22, 35, 19. *quare maerus prius consentat putare, validae nescissime.*

2. Etiam in enumeratione plurium rerum eodem modo usurpatur, quo *primum*, certe a posterioris aetatis scriptoribus.

Plin. Hist. n. 36, 19, 30. *coquuntur varie ab aliis iterum tertioque in melle, donec consumatur liquor: ab aliis pruna prius, dein melle, et postea lavantur.* Columell. 3, 11, 4. *prius quidquid est residuae vitis, exstirpari debet: deinde totum solum sicco fimo — stercorari: — tunc rursus vel stercore vetusto — contegi.*

3. Hinc etiam de re ante alias agenda, ubi Germani loquuntur *vorher*.

Cic. de Am. 16, 59. *alius igitur finis verae amicitiae constituendus est, si prius, quid maxime reprehendere Scipio solitus sit, edixero.* de Off. 2, 6, 22. *quemadmodum sit utendum eo (subsidio), dicemus, si prius iis de rebus, quae virtuti propiores sunt, dixerimus.*

4. Opposito tempore praesenti *prius* poetae dicunt e quocumque antecedente tempore pro *olim*, *antea*. Barth. Adversa. 31, 4. p. 1423. Gronov. Observ. 2, 10. Broukhus. ad Tibull. p. 83.

Catull. 4, 25. *sed haec prius fuere.* Gratii Cyneg. 1. *dona cano divom —: prius omnis in armis spes fuit.* Epigr. quod in libris quibusdam Martialis legitur post ep. 69 (72). lib. 13. *quas Argoa prius transvexit Phasis carina, oris aves sapidi femina virque sumus.* Avien. Perieg. 425. *hic prius Eridani propter nemorosa fluenta fleverunt liquidae lapsum Phaëthontis sorores.*

Ovid. Trist. 1, 2, 77. *nec peto — Athenas, oppida non Asiae, non mihi visa prius.* Propert. 1, 1, 18. (Amor) *nec meminit notas, ut prius, ire vias.* Horat. Carm. 1, 3, 32. Ovid. Met. 1, 135.

5. Poetae non recusabant coniungere vocabula *prius* et *ante*. Graecum usum comparat Huschkius ad Tibull. 1, 8, 9. Ego hanc rem exposui Tom. 1. p. 395. Cf. Vavassor Antibarb. p. 488.

Cornel. Att. 21, 3. *atque antea quidem morbi diuturnitatem moleste ferebat, priusquam hoc ei accideret: postquam vero in dies dolores accrescere febresque accessisse sensit, Agrippam generum ad se arcessi iubet.* Ita e quibusdam codicibus ediderat Manu-

tius: sed quum priora verba *antea — ferebat* in aliis libris non legissent, cum Lambino Bosius aliique ea omiserunt, mutatis, ut videtur, reliquis: nam quae a criticis traduntur, perquam dubia sunt. Neque tamen inepta est sententia huius auctoris, qui a morbo describendo transit ad sensum Attii designandum. Possunt etiam aliqua excidisse videri. Quare ante omnia quaerendum erit de auctoritate librorum, qui illa verba habent.

6. Quod in tempore prius fit, id quum etiam facilius et citius fieri videatur, *prius — quam* interdum hac ratione dicitur et modum agendi faciliorem designat. Germani dicunt *eher*.

Cic. Tusc. 5, 27, 78. *quorum* (Aegyptiorum) *imbutae mentes pravitatis erroribus quamvis carnificinam prius subierint, quam ibim aut aspidem aut felem — violent.* Balbus in Cic. Epist. ad Att. 9, 6. *praestabo, cum prius tuae dignitatis quam meae utilitatis rationem habiturum.* Cic. p. Leg. 12, 34. Ovid. Trist. 4, 4, 39. *aut timor aut error nobis, prius obfuit error.*

7. Ad locum designandum adhiberi non potest haec dictio nisi commutatis notionibus.

Terent. Ad. 4, 2, 44. *priusquam ad portam venias, apud ipsum lacum est pistrilla.* pro *videbis pistrillam.*

8. Vocabula comparati temporis *prius — quam*, ubi alterum non singularem significantiam habet, in unum coniunguntur, uni accentui subiecta: nam falsum est grammaticorum praeceptum, quo docent, vocabula ab initio coniuncta postea esse ob vim orationis secreta. Significatio autem non mutatur. Exempla apponere non attinet.

9. Grammaticae auctores multa docuerunt de modis et temporibus cum hac particula componendis. Ea, quae Tom. 1. p. 398. declaravi, etiam de *priusquam* dicenda atque hic retractanda sunt. Nam totius quaestionis fundamentum in eo cernitur, quod aut duae res certo in tempore componuntur apparentes, aut inter se ita comparantur, ut altera pro conditione alterius habeatur et exspectetur fieri. Hoc quum in cogitatione versetur sive loquentis, sive eius, de quo narratur, coniunctivo exprimitur. Reisigius in Gramm. p. 526. omnia, quae ad futurum tempus spectare videbantur, retulit ad differentiam inter negativam et affirmativam sententiam intercedentem, non reputans, negationem non esse caus-

nm, quapropter coniunctivus ponatur, sed id ideo fieri, noniam res negata non in conspectum veniat, sed cogitatione supponatur. Neque alia est caussa, quando oniunctivus in iis sententiis usurpatur, quibus res exrimitur saepe facta vel fieri solita.

Ratio enim duarum rerum in tempore aut externa st per indicativum significanda, (logici id referunt ad idicium assertorium), aut interna, quae cogitatione effitur ita, ut res caussali vel conditionali nexu cohaerere ut altera earum negatione tolli, aut sententia non de re pparente, sed in universum de rebus, quae fieri possint, oncepta videatur (quod logici problematicum iudicium ocant). Scriptoribus autem optio saepe est data iudicii: ec usus temere admittit quae rationi repugnent.

Cum praesenti indicativi igitur componitur *priusuam* in rebus simpliciter temporis ratione comparanis, sive in altera sententiae parte praesens sive perectum, sive futurum ponitur: quod Krügerus Gramm. . 863. non iusta caussa negat.

Plaut. Mil. 3, 1, 114. *priusquam lucet, assunt.* i. e. ante lucem. Capt. 4, 2, 51. Terent. Andr. 2, 1, 11. *omnia experiri certum est, priusquam pereo.* i. e. experienda sunt, non, uti Krügerus ait, experiar. Phorm. 5, 8, (9) 47. *enimvero prius quam haec dat veniam, mihi prospiciam et Phaedriae.* Heaut. 2, 2, 8. *pergin istuc prius abiudicare quam scis, quid veri siet.* ubi Bentleius *scias quid rei siet.* Cic. de Fin. 3, 20, 66. *membris utimur prius, quam didicimus, cuius ea utilitatis caussa habeamus.* i. e. edocti sumus. Cic. Phil. 2, 1, 3. *cui prius, quam de ceteris rebus respondeo, de amicitia — pauca dicam.* i. e. dicturus sum. Sallust. Iug. 5, 3. Liv. 2, 40, 5. *sine, priusquam complexum accipio, sciam* etc. Krügerus existimat in *accipio* intelligendum esse futurum: at Livius etiam dicere poterat *priusquam complexum accipio, quaero ex te.*

Coniunctivus praesentis ponitur, ubi sententia e cogitatione proficiscitur, sive conditione posita, sive de eo, quod fieri possit debeatve. Vide Iahnium ad Virgil. Aen. 5, 347. Quare dicitur ita de rebus nondum factis et in sententiis non unam rem factam, sed consuetudinem aut id quod possibile est declarantibus.

Plaut. Mil. 3, 1, 95. *priusquam galli cantent, quae me somno suscitet.* Virgil. Aen. 1, 122. *nec prius absistit quam septem ingentia victor corpora fundat humi.* Alii libri *fundit.* Illud de consilio Aeneae. Liv. 22, 39, 6. *his — nunc quoque consul,*

priusquam castra videat aut hostem, insanit. i. e. prius quam fieri potest ut videat, castris non visis. Terent. Ad. 4, 2, 44. vide p. 568. Sallust. Cat. 4, 5. *pauca prius explananda sunt, quam initium narrandi faciam.* i. e. quam ut sit ut initium faciam, quam fieri potest ut initium faciam. Atque ita sunt accipiendi loci Cic. Phil. 1, 1, 1. Quintil. 10, 1, 42. aliique, in quibus Krügerus cum Reisigio futura esse existimarunt. Quintil. 1, 8, 4. *quorum priusquam partiamur species, indicandum reor etc.*

Futurum de re, quae fieri possit, dictum ubi in altera enuntiationis parte locum obtinet, in altera ponitur coniunctivus praesentis. Vide exempla Tom. 1. p. 399. In Cic. de Leg. agr. 2, 20, 53. *is videlicet antequam veniat in Pontum, litteras ad Cn. Pompeium mittet.* nemo haerebit, si reputaverit haec esse ex opinione oratoris dicta.

Cic. Phil. 2, 32, 81, *si quis servavit, non habitis comitiis, sed priusquam habeantur, debet nuntiare.* de Off. 1, 21, 73. *in omnibus autem negotiis, prius quam aggrediare, adhibenda est praeparatio diligens.* p. Balbo 7, 18. de Orat. 2, 44, 186. *medico diligenti, priusquam conetur aegro adhibere medicinam, non solum morbus eius, cui mederi volet, sed etiam consuetudo valentis et natura corporis cognoscenda est.*

Praeteritum perfectum non differt a praesenti. Animadvertenda sunt quae de *antequam* p. 400. Tom. 1. dixi, praesertim de negatione adiecta, ne Reisigii praecepta fallant.

Cic. in Vat. 2, 4. *simulac te adspexi, priusquam loqui coepisti — sensi ac providi.* de Orat. 2, 47, 195. *non prius sum conatus misericordiam aliis commovere, quam misericordia sum ipse captus.* Virgil. Aen. 6, 328. *nec ripas datur horrendas et rauca fluenta transportare prius, quam sedibus ossa quierunt.* Liv. 1, 11, 5. *nec ostenderunt bellum prius, quam intulerunt.* 9, 13, 10. *obsessis prius, quam alter consul victore exercitu advenit.* Caes. 1, 53. *neque prius fugere destiterunt, quam ad flumen Rhenum — pervenerunt.* ubi alii libri *pervenerint,* quod Oudendorpius temere praetulit.

Cornel. Eum. 4, 2. *non prius distracti sunt, quam alterum anima reliquerit.* Seyffertus in Gramm. T. 3. p. 247. non sine caussa opinatur scribendum esse *reliquit.* vd. Tom. 1. p. 401. Vnum esset hoc coniunctivi perfecti exemplum. Nam quod scripsit Caes. B. gall. 3, 18. *non prius Viridovicem reliquosque duces ex concilio dimittunt quam ab his sit concessum, arma uti capiant:* verbum concessum sit instar est praesentis, neque ille scripsisset quam ii concesserint. Cic. p. Flacc. 21, 51. *etsi tamen,*

quid ei dicere paratus, nihil tamen contra disputabo prius quam dixerit. Futurum exactum intellige.

Quam ob rem imperfecti indicativus non in communem usum venerit, expositum est Tom. 1. p. 401. Enim exempla, quae in *antequam* hunc usum monstrare videntur, ita sunt comparata, ut *ante* cum negatione coniunctum per se constet et tempus simpliciter designet. Liv. 23, 48, 1. *nec ante violavit agrum impandum, quam iam altae in segetibus herbae pabulum praebere poterant*, 23, 30, 4. *nec ante, quam res ad standum in muris ferendaque arma deerant, oppugnati sunt.* Haec vero admodum rara sunt. Ibidem iam rationem coniunctivi demonstravi, cuius aliquot exempla hic apponam. Non alia est haec ratio quam ea coniunctioni *quum* apponitur coniunctivus imperfecti, nexus caussalis, etiam in consilio agendi apparens.

Caes. B. civ. 3, 67. *pervenit prius quam Pompeius sentire posset.* Consilium erat, ne Pompeius sentiret. Liv. 8, 8, 8. *quamquam omnia de industria celabantur, priusque, quam moverentur Romani, tolli ab tergo Samnitem hostem volebant, tamen* etc. 30, 35, 5. *omnia et in proelio et ante aciem, priusquam excederet pugna, expertus.* 45, 11, 3, *non prius destitit mittere, quam pacem cum iis confirmaret.*

Plusquamperfecti indicativus, quo Germani in hac dictione fere utuntur, apud Latinos non magis usurpari poterat quam imperfecti. Coniunctivi exempla ea ratione reguntur, quam modo exposui.

Cic. Phil. 5, 17, 47. *ita saepe magna indoles virtutis, priusquam reipublicae prodesse potuisset, extincta fuit.* Virgil. Aen. 1, 472. *avertit equos in castra, priusquam pabula gustassent Troiae Xanthumque bibissent.*

Futurum simplex, quod grammatici fere omnes observasse sibi videntur, nusquam obvenit, sed futurum exactum.

Cic. p. Mil. 36, 99. *praeclare enim vixero, si quid mihi prius acciderit, quam hoc tantum mali videro.*

PRO.

Pro interiectio e sensu animi profecta est vox. Exprimit enim sensum stuporis vel cum admiratione, vel cum dolore coniuncti. Accessisse enim videtur ad ex-

clamationem *o* ille sonus *pr*, quo homines obstupefacti et indignabundi utuntur. Longa est syllaba, quam magis produci grammatici recentioris aevi existimabant adiuncta adspirationis littera. Priscian. p. 997. *necnon etiam interiectionis loco ponitur et circumflectitur.* p. 1024. *pro quoque tam praepositio quam interiectio.* Festus: *pro — alias pro admiratione.* Veteres enim numquam, certe in hac quidem voce adspirabant ultimam syllabam. Vd. Diomed. p. 419. Mattii Opiniones 1. 16. Quare Manutius et Ach. Statius Observat. 22. (Thes. crit. Tom. 2. p. 891) recte scribendum esse censuerunt sine adspiratione, non item Scaliger, qui de Caus. lat. ling. c. 164. ait „meliora saecula ita pronuntiarunt *vah*, *ah*: quare etiam plus afficit *proh* quam *pro*." Vd. Drakenb. ad Sil. 11, 90. Cortium ad Sallust. Cat. 20, 10. Cf. Tom. 1. p. 212.

Miror etymologicam rationem, quam Doederlinus Tom. 6. p. 284. exposuit, *proh* esse *per oh*, atque, sicuti fieri solet in obtestationibus, per euphemismum dici loco verborum *per o deum fidem*. Quale esset hoc ellipsis genus!

1. Significatio non potest esse nisi una animi perhorrescentis vel admirantis, nec habet haec vox in se vim, qua nomen, quod sequitur, regat. Nam satis declararunt grammaticae auctores in exclamatione et nominativum et in allocutione vocativum et per ellipsin accusativum et dativum et genitivum poni, non ex antecedente particula pendentes.

Horat. Carm. 3, 5, 7. *pro, curia inversique mores!* Claudian. Bell. gild. 94. *pro labor.* Martial. 2, 46, 8. *pro, scelus!* Lucan. 7, 411. *pro tristia fata.* ubi Oudendorp. 6, 96. *pro lucri pallida tabes.* Vide Burmann. ad Anthol. p. 204. ad Lotichii Carm. Tom. 1. p. 482.

Cic. Phil. 2, 13, 32. *quae enim res umquam, pro sancte Iupiter, — est gesta maior?* Terent. Ad. 3, 3, 13. Cic. Tusc. 1, 40, 96. *pro di immortales.* Ovid. Met. 13, 758. *pro, quanta potentia regni est, Venus alma, tui.*

Sallust. Orat. Philippi 2. *pro, di boni, qui hanc urbem, omnia cura, adhuc regitis.* Alloquitur patres conscriptos. Tertullian. de Poenit. 12. *pro, malae tractationis!*

Bothius in secunda demum Plauti editione agnovit *pro* alienum esse ab hoc loco Cas. 2, 4, 5. *pro, bonae frugi hominem te iam pridem esse arbitror.* Scribendum enim erat *perbonae*

frugi hominem te iam pridem esse arbitror. In Ovid. Her. 3, 93. praepositio est. vide infra. Seneca Trag. Hippol. 261. *pro, castitatis vindicem armemus manum.* Scribendum mihi videtur *proin cast.*

2. Solemnes sunt dictiones *pro, deorum atque hominum fidem, pro, deum fidem* et omisso nomine *fidem, pro deum:* de qua Cicero loquitur in Orat. 46, 56. Quanta sit eius vis, rectius statuit Orellius ad Cic. usc. 5, 16, 48. quam Wolfius. Haec enim non sub ensuram cadunt. Idem vero Orellius ad Taciti Dialog. 5. Osannum refutans monstrat non dici *pro, fidem.* amen Lindemannus cum Palmerio et Meursio scripsit Plauti Amph. 1, 1, 220. (225.) *pro fidem, Thebani ci-es.* Quod codices praebent *pro fidi Thebani cives,* ihil habet quod offendat.

Terent. Andr. 1, 5, 11. *pro, deum atque hominum fidem.* Cic. Tusc. 5, 16, 48. *pro, deorum atque hominum fidem!* Cic. Verr. 60, 137. *pro, deum hominumque fidem!* Sed de Am. 15, 52. *pro, deum fidem atque hominum!* ubi Gernhard.

Terent. Phorm. 2, 3, 4. *pro, deum immortalium!* ubi Donatus eadem verba affert e Ciceronis Oeconomico.

3. Interdum interpositum *pro* per se constat.

Liv. 22, 14, 6. *tantum, pro! degeneramus a parentibus nostris.* ubi quod olim legebatur *pro dolor,* non modo in optimis libris deest, sed ab omni usu antiquo abhorrere videtur, etiamsi ita scripsit Lotichius 2, 15, 25.

PRO.

Si praepositionem *pro* latinam, πρό graecam, *pra* ndicam, *vora* et *vuri* germanicas, *faura* gothicam com-aramus, tantum abest ut eam ab aliqua gente ad alias erlatam existimemus, ut ex communi quodam intel-ectus humani fonte profectam esse censeamus. Scilicet uum Germani ab antiquo tempore, uti Graffius demon-travit, duas praepositiones diversae significationis distin-erint, fortasse quis concludat, *pro* et πρό antiquiora esse ocabula: attamen etiam illae sunt unius vocabuli diver-ae formae. Significatione autem *pro* interdum tam prope ccedit ad *prae* et obsoletum *pri,* quod in *pridem* aliis-

que verbis inest, ut ea quoque cognata videantur. Neque desunt quae graeco πρός respondeant.

A graeco πρό latinum non solum syllabae mensura differt, sed etiam usu. Nam illud multa eorum significat, quae latinis *ante* et *prae* redduntur, sicuti ἀντί et πρός ea, quae per *pro* exprimuntur. Quare ambitus cuiusque horum vocabulorum suis est circumscribendus limitibus. Atque usus praepositionis *pro* tam multiplex est, ut non miremur, apud plurimos grammaticos iustam dispositionem frustra quaeri. Hoffmannus in Annal. philolog. Tom. 7. p. 28. et cum eo Kritzius ad Sallust. Iug. 29, 6. *pro* ab *ante* distinguunt ita, ut dicant, praepositionem *pro* usurpari de re, quae cum alia re in uno atque continuo loco ideoque prope posita, et cum ea nexu quodam coniuncta sit, sed praepositione *ante* significari duas res diverso loco locatas, nec inter se coniunctas. Si haec vera sunt, non apparet, quo modo differant *castra pro moenibus* posita (Liv. 22, 24, 10.) a *castris ante moenia ipsa positis* (Curt. 8, 10, 7), atque alia huius generis multa. Addunt autem illi viri docti *pro aliqua re esse* id dici, quod ita collocatum, ut eam rem a tergo habeat, sive ut utriusque frons eodem spectet. At hae rationes perquam diversae quod habeant principium, non intelligitur. Neque tamen absurdam puto hanc doctrinam, in qua quid comprobari possit, deinceps ex iis, quae expositurus sum, intelligetur. Prudenter vero Gellius 11, 3, variis dictionibus, in quibus *pro* locum obtinere solebat, expositis, *sed has dictiones*, inquit, *qui aut omnino similes et pares, aut usquequaque diversas existimaret, errare arbitrabar: nam varietatem istam eiusdem quidem fontis et capitis, non eiusdem tamen esse finis putabam.*

Ante esse quod dicitur, id opponitur alicui rei ita, ut ea aut post posita sit aut ex adverso. Sic *castra ante oppidum posita* (Cic. ad Fam. 12, 18, 16.) post se habent oppidum, lictor incedit *ante consulem*, qui sequitur, *ante oculos* est, quod coram sive ex adverso situm est. Quare *ante* saepe idem significat quod *apud* et *ad*. In *pro* autem nulla est oppositio, sed indicatur tantum rem procedere: unde fit, ut quaedam ratio inter utramque rem servetur, nec distantia intercedat. Sic Caesar *legiones pro castris constituit* (Caes. B. gall. 7, 70.), quae e castris progressae erant, *Hannibal pro Geronii moenibus*

s *stativis erat* (Liv. 22, 23, 9.), qui in urbe a se capta ase poterat (*ausserhalb der Stadt* Germani dicunt), *pro liquo pugnat*, qui progressus excipit hostem. In *pro* uae res sunt unius loci, in *ante* diversi: illae quadam ıtione coniunctae, hae disiunctae videntur. Quam ob ım eiusdem originis est vocabulum *prope*, et saepe ipam *pro* accedit ad significationem praepositionis *in. ante tribunal* fiunt caedes apud Cic. p. Rosc. Am. 5, 12, ed *pro tribunali* pronuntiat praetor. Particula *prae*, uae tantum alia forma eiusdem vocabuli est, eo differt, uod simul respicitur id, quod sequitur: nam *procedere* st *vorschreiten, praecedere einem vorausgehen:* et Laini dicunt *praecellere* et *antecellere*, non *procellere*, isi ubi est *procumbere*. Haec vero omnia non obstant, uo minus *pro* saepe explicemus verbis *in loco ante* rem lictam. Iam singulas significationis partes percenseamus.

1. De loco igitur dicitur *pro*, in quo duae res ita itae sunt, ut altera processisse videatur, vel ante alteram uidem posita sit, tamen ei, quae post est, non opponaur, nisi quod ipsa prior est. Intelligitur anterior vel xterior pars loci. Quapropter usurpatur *pro* etiam de ebus, quae intra esse possunt vel debent, et de iis, quae e ua sede promoventur. Diomedes p. 408. confert *porro*. Priscian. p. 996. Vide Burmann. ad Val. Flacc. 4, 110. Arntzen. ad Aur. Vict. Vir. illustr. 11.

Cic. Phil. 3, 11, 27. *sedens pro aede Castoris dixit.* 2, 26, 64. *hasta posita pro aede Iovis Statoris.* i. e. in loco ante aedem. Sueton. Caes. 61. Tacit. Hist. 1, 27. Caes. B. gall. 1, 51. *alarios in conspectu hostium pro castris minoribus constituit.* Sallust. Iug. 59, 1. 100, 4. Tacit. Agr. 35. *legiones pro vallo stetere.* i. e. pro castris. Liv. 1, 47, 8. *in regia sede, pro curia sedens.* Sallust. Iug. 18. Cortius ad Cat. 18, 8. Priscianus p. 996. *pro curia dixit pro ante curia.* Tacit. 2, 80. *tum pro munimentis castelli manipulos explicat.* 12, 32. Sueton. Tib. 32. *hunc Romae salutandi sui caussa pro foribus stantem — admonuit.* Gellius 3, 2. Curt. 4, 21, 21. *missilibus eos quoque, qui pro opere stabant, incessere.* Cic. p. Mil. 1, 2. *praesidia, quae pro templis omnibus cernitis*, etc. Vide Oudendorp. ad Caes. B. gall. 7, 36, 2. Walther. ad Tacit. Ann. 2, 81.

2. Festus p. 229. (Müll.) Diomedes p. 408. aliique grammatici quum in multis dictionibus *pro* idem significare quod *in* docuissent, Hoffmannus, ut hunc usum cum universa particulae indole conciliaret, elata loca arbitra-

[illegible] est, inde modo designata res, quorum maxima pars post longum aevum, qui noverat, perita esset. At quo tempore huc referri possit *pro consilio*, equidem non assequor: nam quod lexicorum auctores tradunt, consilium appellari suggestum, omnino falsum est. Vide p. 578. Neque verba *pro tribunali* et *pro rostris* ita usurpari possunt, tamquam is, qui pro rostris dicebant, ante rostra substiterint eorumque maximam partem a tergo habuerint. Sed tribuni in ipso medio atque alto suggesto solebant, in quo alii non pauci, vel ad ministerium parati stare poterant. Cf. Martial. 11, 98, 18. Tacit. Ann. 4, 74.

Facile grammaticis veteribus possumus concedere *pro* accedere ad significationem vocabuli *in*. Idque a triplici modo, sed una ratione, qua cum locali notione coniungitur notio progressus. Dicitur enim *pro* aliquo loco esse is, qui in anteriore alicuius loci parte versatur, Multi *pro muris* est *vorn uns der Mauer*. Vide Kiessling. ad Tacit. Hist. 3, 31. Mützell. ad Curt. 4, 11, 21.

Liv. 25, 11, 4. *pelli ex statio. possa est, quae pro opere est.* Curt. 4, 2 (11), 21. *qui pro opere stabant.* i. e. in parte anteriore aperie. Tacit. Hist. 3, 31. *velamenta et infulae pro muris ostentant.* Ann. 5, 31. *pro muris modo semel adificando, modo singulos nomine eius, praemia exempla, aedificiorum cupidinem coeptabat.* Ita est *ante muros*, nec, ut Walthernus ait, *intra castellum sub muros*, sed extrema muri pars hostibus conspicua. 14, 30. *dabat pro littore diversa acies.* i. e. *vorn am Ufer.* 12, 29. *scripsit P. Atilio Histro, legionem ipsaque e provincia lecta auxilia pro ripa componeret* i. e. extrema in ripa. 2. Dicitur *pro palatii gradibus.* Sueton. Vit. 15. Ner. 8. quasi sit *in gradibus pro palatio.*

Deinde *pro* locum indicat, e quo aliquid procedit aut exit aut emittitur: id enim in eo loco fieri videtur. Inde dicitur etiam de eo, quod aliquis ex aliquo loco agit, veluti *pro tribunali*, *pro suggestu*. Ex his enim locis conciones habebantur, decreta pronuntiabantur, defuncti laudabantur. Intelligimus oratores et magistratus in suggestu stantes indeque agentes. Neque aliter *pro collegio* sive *pro consilio* aliquid imperatur vel pronuntiatur, quando collegium sua auctoritate id fieri iussit. Alii mirum in modum intelligunt eum, qui imperatum pronuntians primum in consilio locum obtineret.

Sallust. Iug. 67, 1. *mulieres puerique pro tectis aedificiorum saxa et alia, quae locus praebebat, certatim mittere.* Kritzius, „qui de tectis lapides deiiciunt," inquit, „ita sunt collocati, ut ipsi in prima tectorum parte versantes longe maximam eorum partem post se habeant." Quod nec necessarium, nec commodum est: nec reddamus ista verba *vorn auf dem Dache*, sed *von dem Dache aus.* Liv. 21, 7, 8. *iam non pro moenibus modo atque turri tela micare, sed ad erumpendum etiam in stationes operaque hostium animus erat.* Fabri non recte interpretatur de defendendis moenibus: opponuntur enim stationes.

Cic. ad Fam. 3, 8, 2. *me vultu et taciturnitate significasse tibi non esse amicum, idque pro tribunali.* Paullo post eamdem rem dicit *ex superiore loco.* in Pis. 5, 11. *pro aurelio tribunali — delectus servorum habebatur.* i. e. *vom Tribunal aus.* Vlpian. in Dig. 46, 1, 2. *qui pro tribunali cognoscit* i. e. iudex. Opponitur *de plano* Dig. 48, 18, 18, 10. 38, 15, 2, 1. Formula semel facta, dici poterat *pro tribunali sedere* Marcell. in Dig. 4, 1, 7.

Caes. B. gall. 6, 3. *haec re pro suggestu pronuntiata.* Hirt. B. afr. 86. *praemia fortissimo cuique ac bene merenti pro suggestu tribuit.* Idem est quod c. 54. *de suggestu.*

Cum his etiam verba *pro collegio* comparari possent, ut intelligeretur decretum e collegio emissum, *vom Collegium aus*, nisi ea, quam n. 7. exponam, ratio magis esset probabilis.

Denique dicitur de loco, in quo aliquis procedendo git, veluti is, qui publice loquitur vel agit, *prodire* ditur: unde natae sunt quaedam dictiones, quae oblterata illa progrediundi notione simpliciter locum inicant, in quo aliquid fit, aut modum, quo agitur. In uibusdam simul intelligimus locum, e quo aliquid agi idemus. Atque hae dictiones vulgari sermone factae ingularem obtinent rationem.

Pro rostris nemo dixit antiquiorum scriptorum, sed Cicero *in rostris defendere* in Pis. 3, 6. Phil. 2, 32, 85. *sedebat in rostris collega tuus.* Varro de L. L. 5, 9. (6, 91.) *comitia edicere de rostris* sive *e rostris*, (Gronovius enim ad Iustin. 3, 5, 9. auctoritate Ciceronis abusus est.) nec possunt, ut iam Schwarzius vidit (ad Plin. Pan. 65, 1.), haec verba ita aceipi, quasi oratores in rostris stantes a tergo habuissent magnam partem rostrorum: quae est sententia Kritzii, Mützellii aliorumque. Quis enim narravit, rostra fuisse post suggestum, in quo oratores dicerent? Nimirum erant ornamentum suggestus (Cic. p. Lege Man. 18, 55. Liv. 8, 14, 12), et pro ipso suggestu nominabantur. Quare quod erat *pro suggestu laudare*, id Quintilia-

loci esset factum, eo etiam designabatur fori
stra. Cic. Phil. 9, 7, 16. Sueton. Vitell.
rostra.

Pro concione. Lexicorum auctores tradu
Flacci, quae apud Gellium 18, 7. leguntur,
appellari suggestum. At quae Verrii Flac
Freundius, non sunt istius auctoris, sed Gesneri
scripsit: *concionem autem tria significare loca
unde verba fierent — item significare coetum
item orationem ipsam*: cogitavit totum locun
habebatur. Si *adscendere in concionem* intelli
suggestu, Cicero non potuisset scribere ad *A
concionem adscendit, quam Appius ei dedit*. P
pro concione de eo, qui in concione progressu
quem laudabat. Liv. 7, 10, 14. *miris pro co
gnam laudibus tulit*. Et formula haec semel f
ad locum significandum et ad indicandum id,
publice fiebat. Cicero numquam dixit *pro co
sar*. Sed Sallust. Iug. 8, 2. *donatum atque
fice pro concione Iugurtham in praetorium a
blice*. Liv. 7, 7, 3. *pro concione dictator laud
tumque — simul audientibus laudes meritas to
publice*. 38, 23, 11. *laudati quoque pro conc
45, 2, 12. *supplicatio pro concione populi in
Ann. 1, 44. *stabant pro concione legiones destri
esse potest, in modum concionis, instar conci
Pan. 64, 3. *quam diversum consuetudine illorum
diebus gestum consulatum — abiiciebant per co
concione, pro rostris, pro iureiurando*. Est loco

cium. *Pro tribu* germanicum est *von der Tribus aus*, hoc est, actione tribus, in tribu.

Festus: *pro censu classis iuniorum. Ser. Tullius quum dixit in descriptione centuriarum, accipi debet in censu, ut ait M. Varro in L. VI. rerum humanarum.* Dubia est haec res. Esse poterat *secundum censum.*

Pro testimonio Priscianus p. 997. explicuit verbis *in testimonio*, neque idem est quod *ut testis*, sed in testium interrogatione. Dicitur enim de eo, qui in testimonio adest tamquam progressus. Plaut. Poen. 3, 2, 28. *ergo nos inspicere oportet istuc aurum, ut sciamus, quid dicamus mox pro testimonio.* Cic. Verr. 1, 5, 14. *L. Flavius, qui suum familiarem Herennium — pro testimonio dixit securi esse percussum.* p. Cluent. 47, 132. *et eumdem Popillium postea Lentulus in ambitus iudicio pro testimonio diligentissime laudat.* Sueton. Claud. 15. *quum scorta meritoria citari adversus se et audiri pro testimonio videret.* Gellius 11, 3. *aliter* (dici videbam) *quempiam testem introductum pro testimonio dixisse.*

Pro suffragio i. e. *bei der Abstimmung.* Cic. Verr. 2, 51, 127. *perfecerat iste imperio, ut pro suffragio Theomnastus familiaris suus in tribus illis renuntiaretur.* vd. Gronov. Observat. 4, 1. p. 526. Sicuti Graeci rerum nominibus actionem et ipsum locum, in quo agitur, designare solent et τὸ φῆφος dicunt de loco, ubi suffragia feruntur (Euripid. Iph. Taur. 943. Herm.), ita etiam Latini per praepositionem in illo *pro suffragio* accedunt ad localem notionem.

3. Cum verbis movendi et progrediendi *pro* ita omponitur, ut intelligamus rem productam ante aliuam rem collocari.

Caes. B. gall. 1, 48. *Caesar pro castris suas copias produxit.* i. e. e castris produxit (7, 45), ut starent pro castris.

Apuleius non antiquos scriptores imitatus dixit Apol. p. 337. 36. *at ego hasce tabulas, Maxime, hic ibidem pro pedibus tuis abiicio.* Germani *vor die Füsse werfen.*

Apul. Met. 4. p. 155. 2. *saxo grandi pro pedibus abrepto.* i. e. qui iacebat pro pedibus.

4. Ne quis tamen miretur, me non ante omnia ommemorasse significationem, qua *pro* etiam de eo licatur, qui ante aliquem adstet eumque adspiciat, ideque idem sit quod *coram*, neu existimet verbis *pro oncione* potius exprimi id, quod Germani dicunt *vor der Versammlung*, illa significatio, ab usu antiquorum scriorum aliena, recentissima demum aetate tribuebatur

particulae, nec negari poterit, hoc tempore etiam formulas *pro concione, pro tribunali* ita acceptas videri.

Priscianus affert non allato auctore p. 997. *pro oculis.*

Apulei. Apol. p. 337, 29. *qui nomen tuum pro tribunalibus ventilavit.*

5. Is qui aliquem defendit quum progrediatur eumque propugnando tegat, *pro* dicitur de defensione quacumque vel corporis vel animi intentione facta. Idque transfertur ad ea, quae aliquam rem iuvant aut promovent, aut tuentur. Opponitur id, quod contra est et in rem conversum, quam reprimat. Hinc fit, ut de iis *pro* dicatur, quae commodum et utilitatem significant, et ut praepositio vicem dativi praestet.

Liv. 21, 41, 14. *pro Italia vobis est pugnandum.* Vide, qui differant ea, quae sequuntur: *velut si ante romana moenia pugnemus.* Cic. de Inv. 1, 1, 1. *qui ita sese armat eloquentia, ut non oppugnare commoda patriae, sed pro his propugnare possit.* Ovid. Her. 20, 173. *hic pro caussa pugnat iniqua.* Catull. 37, 13. *pro qua mihi sunt magna bella pugnata.* Cic. Tusc. 4, 19, 43. *convenit dimicare pro legibus, pro libertate, pro patria.*

Sallust. Iug. 102, 12. *ad ea Bocchus placide et benigne: simul pauca pro delicto suo verba facit.* i. e. ut defendat se. Senec. de Vita b. 4, 1. *vis illi* (exercitui), *utcumque ordinatus est, eadem est, et voluntas pro iisdem partibus standi.* Curt. 4, 1, 3. *dii quoque pro meliore stant caussa.*

Cic. de Orat. 3, 20, 75. *hoc — non modo non pro me, sed contra me est potius.* p. Cluent. 32, 88. *partim nihil contra Acitum valere, partim etiam pro hoc esse.* Curt. 4, 14, 16. *quae antea pro illis erant, in contrarium conversa sunt.* p. Sext. 1, 1. *si quis — mirabatur, quid esset, quod — nequaquam satis multi cives forti et magno animo invenirentur, qui auderent se et salutem suam in discrimen offerre pro statu civitatis et pro communi civitate.* p. Mil. 2, 3. *qui semper illud genus hominum clamoresque maximos pro vestra salute neglexit.*

Tacit. Hist. 3, 61. *gregarius miles indurauerat pro Vitellio.* Propert. 2, 3, 39. *digna quidem facies, pro qua vel obiret Achilles.* Wagner. ad Eleg. in Messal. p. 47. Cic. de Off. 3, 5, 25. *pro omnibus gentibus, si fieri possit, conservandis aut iuvandis labores molestiasque susciperc.* Tacit. Hist. 1, 51. *infensa Lugdunensis colonia et pertinaci pro Nerone fide fecunda rumoribus*

Liv. 35, 15, 9. *se quae pro caussa essent dicturum.* Propert. 4, 11, 27. *ipsa loquor pro me.* i. e. me defendens. Anthol. 4, 142. *nec pro me queror hoc.* i. e. in rem meam. Ovid. Am. 2, 9, 1 *numquam pro me satis indignate Cupido.* i. e. ut mihi satisfaciam.

Liv. 39, 30, 3. *loca sua et genus pugnae pro hoste fuere.* i. e. hosti opportuna. 9, 24, 8. *locus pro vobis et nox erit.*

Tacit. Agr. 12. *nec aliud adversus validissimas gentes pro nobis utilius.* Hist. 1, 5. *accessit Galbae vox, pro re publica honesta, ipsi anceps.*

6. Qui in alicuius locum succedit eiusque vice fungitur, e suo loco in alium procedit. Germani aut ex ratione obsessi loci alieni loquuntur *statt*, aut *für* eo modo, quo Latinis *pro* est *vice*, *loco*, nec tantum de hominibus, sed etiam de rebus et argumentis. Diomedes p. 408. comparat graecum ὑπέρ.

Caes. B. civ. 2, 8. *si pro castello ac receptaculo turrim ex latere sub muro fecissent.* Liv. 28, 28, 11. *pro ope ferenda sociis pergit ipse ire ad urbem — oppugnandam.*

Sallust. Ing. 1, 5. *quodsi hominibus bonarum rerum tanta cura esset, — eo magnitudinis procederent, uti pro mortalibus gloria aeterni fierent.*

Liv. 21, 21, 11. *pro eo supplementum ipse ex Africa — petiit.* i. e. in locum praesidii ex Hispania in Africam missi. 22, 1, 2. *pro eo, ut ipsi ex alieno agro raperent agerentque, suas terras sedem belli esse — viderunt.* i. e. *statt dessen dass.*

Cic. ad Att. 2, 5. *Cato ille noster, qui mihi unus est pro centum millibus.* Plin. Ep. 1, 12, 3. *summa ratio, quae sapientibus pro necessitate est.* Alia apud Schwarzium ad Plin. Pan. 65, 4.

Cic. in Verr. 4, 41, 90. *tibi Marcelli statua pro patibulo in clientes Marcellorum fuit.* Caes. B. gall. 6, 27. *his sunt arbores pro cubilibus.* Apud Virgilium Aen. 3, 435. defendunt Iahnius et Wagnerus: *unum illud tibi, nate dea, proque omnibus unum praedicam.* Equidem dubito, an recte ita dicatur *unum pro omnibus*, quod esset *unum loco omnium*: nec comparari poterat locus Aen. 12, 429. ubi *pro cunctis talibus* est *non cuncti tales.*

Sallust. apud Servium ad Virgil. Aen. 2, 157. *neu quis miles neve pro milite.*

habere Cic. ad Fam. 13, 7, 12. Plaut. Stic
ducit pro adulescentulo. Sallust. Cat. 3, 2.

Pignus pro aliquo relinquere, pignori pro ali
Vorstium de falso susp. latin. p. 223.

De nominibus *pro consule, pro praetore* et d
runt *proconsul, propraetor,* vide Burmann. ad
Drakenb. ad Liv. 3, 4, 10. 4, 41, 10. Krit
lug. 44, 1. Liv. 2, 27, 5. *solemnia pro pontifi*
ubi Drakenb.

7. De eo dicitur *pro*, quod speciem
duit vel imitatur, quod instar est alicui
idem est quod *ut*, *tamquam*, et in incert
paratione *quasi*. Auctores cadentis latinit
qua: vd. Wolf. ad Sueton. Claud. 37. S
de modo agendi adhibito usurpatur, ve
officio ac munere, quo aliquis fungitur, e
alicuius nomine vel auctoritate aguntur.
tem parum differt, utrum ad hanc, an
modo explicui, vicis rationem referas.

Cic. de Off. 1, 7, 20. *ut communibus utatur*
privatis ut suis. Liv. 2, 7, 3. *ita certe inde*
victores, Etrusci pro victis. vd. Schelleri
Plaut. Most. 1, 2, 62. *continuo pro imbre am*
meum. vd. Sciopp. Susp. Lect. 5, 9. Plau
educavit eam sibi pro filia. Caes. B. civ. 3, 1
amico atque arbitro controversias regum comp

Terent. Ad. 1, 1, 23. *habui, amavi pro me*
Cic. p. Arch. 5, 11. *census — indicat eum, q*
se iam pessime pro civ. Vide Schwarz. ad Pl

Caes. B. civ. 3, 109. *alter — per suos pro occiso sublatus, alter interfectus est.* Bell. gall. 5, 7. *nihil hunc se absente pro sano facturum arbitratus.* Plaut. Men. 2, 2, 24. *pro sano loqueris.*

Ovid. Met. 2, 99. *poenam, Phaethon, pro munere poscis.* Esse potest *tamquam munus*, et *muneris loco.* Liv. 32, 21, 2. *quando nemo vestrum, qui in hoc concilium advocati estis, pro sententia quidquam dicere vult, aut audet, orationes legatorum — pro sententiis percenseamus.*

Caes. B. gall. 1, 22. *Considium, timore perterritum, quod non vidisset, pro viso sibi renuntiasse.* i. e. ut visum. Curt. 5, 11, 6. *florente te fuimus, quascumque terras elegeris, pro patria et domesticis rebus petituri.* Sallust. Cat. 8, 3. *facta pro maximis celebrantur.* ubi Cort. et Herzog. Iug. 98, 6. *ipsi duces feroces, quia non fugerent, pro victoribus agere.* ubi Kritz. Alia apud Beneckium ad Iustin. 23, 3, 9. Drakenb. ad Liv. 27, 15, 11.

Tacit. Agr. 30. *atqui omne ignotum pro magnifico est.* i. e. speciem habet magnifici. Nescio an ita accipi possit Curt. 4. 10, 4. *iam pro seditione res erat.* ubi Modius scripsit *iam prope seditionem res erat.*

Cic. in Verr. 1, 44, 113. *nos si alienam vicem pro nostra iniuria doleremus, vestigium istius in foro non esset relictum.* i. e. tamquam esset nostra iniuria. p. Rosc. Am. 21, 59.

Ovid. Her. 3, 98. *mea pro nullo pondere verba cadunt.* i. e. tamquam sine pondere. ubi vd. Heinsium. Tacit. Ann. 4, 38. *nam* (effigies) *quae saxo struuntur, si iudicium posterorum in odium vertit, pro sepulcris spernuntur.* i. e. tamquam sepulcra non coluntur.

Sueton. Octav. 70. *ipsum pro Apolline ornatum.* i. e. in speciem Apollinis.

Pro magistratu est ut magistratus, magistratu fungens. Liv. 9, 7, 12. *consules in privato abditi nihil pro magistratu agere.* 39, 5, 2. *ne suas quidem simultates pro magistratu exercere boni exempli esse.* 9, 26, 15. ubi Drakenb. 6, 38, 9. *si M. Furius pro dictatore quid egisset.* i. e. ut dictator.

Pro collegio est ut collegium, sive ubi nemine intercedente, vel paucis dissentientibus constat collegii decretum. Liv. 4, 26, 9. *pro collegio pronuntiant.* ubi Drakenb. 38, 36, 4. *supplicatio in triduum pro collegio decemvirorum imperata fuit.* Gellius 11, 8. *pontifices pro collegio decrevisse.* Similiter Sallust. Iug. 29, 6. *pro consilio imperatum erat.* Conf. p. 577.

8. Ratio, quae aliquam rem moderatur, vel id, ex quo res aliqua apta est, duplici modo potest designari.

Aut enim dicitur aliquid esse *secundum* aliquam r sequendo, aut *pro* aliqua re, a prostando. German tantur alteram illam dictionem dicentes *nach*.

Liv. 4, 44, 12. *amplistam, deinde absolutam pro colle tentia pontifex maximus abstinere ioco — iussit.* Quod ea 7. *ex collegii sententia.* 1, 51, 2. *quia pro imperio palam non poterat, oblato falso crimine incautum oppressit.*

Cic. ad Fam. 11, 12, 2. *non debito autem pro tua s prudentia, quia perspicias.* p. Mur. 40, 86. *ad Fam. 8, 8, dem pro ea, quanti te facio, quidquid feceris, approbabo.*

9. Eiusdem generis sunt ea, in quibus aliquid tur cum aliqua re convenire, eique respondere: Germani dicunt *gemäſs*, *im Verhältniſs zu*. P nus p. 996. esse dicit id quod *ad: pro viribus sui est, ad suas vires*, Garaton. ad Cic. p. Mil. 24.

Plaut. Merc. 3, 1, 8. *pro copia et sapientia.* Cic. p. 58, 169. *quibus de rebus mihi pro Cluentii voluntate pro reipublicae dignitate parum, pro vestra prudentia sati videor.* Caes. B. gall. 1, 2. *pro multitudine autem h et pro gloria belli atque fortitudinis angustos se fines ha bitrabantur.* Sallust. Cat. 59, 1. *exercitum pro loco atqu instruit.*

Liv. 37, 58, 4. *pecunia nequaquam tanta pro spe triumphi.* 26, 41, 7. 9, 43, 6. Vide Drakenb. ad 26 *Pro potestate* Drakenb. ad 4, 26, 8. Cic. p. Rosc. Am. *quem pro dignitate ne laudare quidem quisquam sat modo posset.* ad Fam. 16, 1, 7. *haec pro ingenio tu dera* Curt. 5, 6, 18. *pro naturae habitu.* cf. Mützel 31, 14.

Liv. 36, 7, 17. *sicut ad belli munera pauci sumus, s multi pro inopia commeatuum.* ubi Drakenb. Item Cic 8, 14, 36. p. Sext. 1, 1. *Pro merito.* Vide Drakenb. 8, 12, 1. Liv. 1, 10, 8. *ne Crustumini quidem — pro iraque Caeninensium satis se impigre movent.* i. e. *im Ver zu der Heftigkeit.*

Pro re, i. e. ut fert rei status. Virgil. Aen. 4, 437. *pauca loquar.* ubi Wagner. Drakenb. ad Liv. 7, 33, 3 B. gall. 8, 1. *Pro numero.* vd. Drakenb. ad Liv. 21 Cic. Verr. 5, 25, 62. *Pro meo iure.* vide Madvig. ad Fin. 5, 25, 75. *Pro tempore, pro temporis ratione* quo veteribus dictum sit, exposuerunt Cellarius Antibarb. Car. post. p. 341. Vorstius de Lat. merito susp. p. 88. O

vetus *pro tempore*, κατὰ χρόνον. Vide Pricaeum ad Apulei. Met. p. 51. Duker. ad Liv. 33, 9, 8. Kritzium ad Sallust. Iug. 11, 1; Cort. ad Cat. 30, 6. *Pro temporibus* Cic. ad Att. 8, 9.

Pro virili parte Cic. p. Sext. 66, 138. Phil. 12, 4, 8. Ovid. Trist. 5, 11, 28. Ernestii Clav. Cic. s. h. v. Heinrich. in Cic. Orat. inedit. p. 103. et contra eum Grotefendus in Ephemerid. litterar. ienens. a. 1817. n. 77. Pricae. ad Apulei. Met. p. 365. *pro civili parte* Matius ad Cic. 11, 28, 13. ubi Manut.

Pro se quisque i. e. quisque pro suis viribus, pro sua parte, Liv. 22, 30, 7. Cic. de Off. 3, 14, 58. de Orat. 1, 18, 82. Verr. 1, 26, 67. vide Oudendorp. et Herzog. ad Caes. B. gall. 2, 25. Wagner. ad Virgil. Aen. 12, 552. Mützell. ad Curt. 3, 13, 14.

Pro rata, pro rata parte. Cic. Tusc. 1, 39, 94. Caes. B. civ. 1, 17. Vide Heinsii Adversar. p. 64. *Pro sua parte.* Vide Rutgers. Var. Lect. p. 328. Cic. ad Fam. 5, 2, 26. 12, 13, 11. p. Sulla 2, 4. Tusc. 1, 45,108. *Pro portione, pro rata portione.* Vide Drakenb. ad. Liv. 7, 1, 8. Mützell. ad Curt. 9, 1, 6. Cic. de Orat. 2, 79, 320. Liv. 34, 50, 7. *Pro meo iure, pro suo iure.* Plaut. Rud. 5, 3, 36. *nempe pro tuo iure oras.* Cic. p. Flacc. 38, 95. ad Att. 3, 2.

10. Denique usurpatur *pro* de compensandis rebus et de pretio, quo aliqua res expenditur. Diomedes p. 408. comparat graecum ἀντί. Neque aliter, ubi aliquis pro aliqua re debere dicitur.

Plaut. Most. 3, 2, 138. *tres minas pro istis duobus — dedi.* Curc. 1, 1, 63. *alias me poscit pro illa triginta minas.* As. 2, 102. *dum argentum afferat pro asinis.* Aul. 3, 3, 8. *pro vapulando hercle ego abs te mercedem petam.* Terent. Andr. 5, 3, 17. *pro huius peccatis ego supplicium sufferam.* Cic. de Orat. 2, 86, 351. *dixisse se dimidium eius ei, quod pactus esset, pro illo carmine daturum.* Tacit. Ann. 14, 53. *ampla quidem, sed pro ingentibus meritis praemia acceperant.*

Cornel. Epam. 4, 2. *orbis terrarum divitias accipere nolo pro patriae caritate.* Güntherus recte interpretatus est: malo retinere amorem patriae quam accipere pro eo divitias orbis terrarum: non bene Bremius de comparanda re (*im Vergleich*).

Liv. 6, 41, 1. *ita maxima sunt adepturi, ut nihil ne pro minimis quidem debeant.* i. e. ut nihil pro iis, ne pro minimis quidem debeant. Ita recte cepisse mihi videtur Walchius in Emendat. p. 65: paullo aliter Alschefski.

Terent. Andr. 5, 3, 17. *an ut pro huius peccatis ego supplicium sufferam?* v. 32. Ovid. Ib. 621. *ficto pro crimine poenas*

morte luas. Sueton. Octav. 24. *pro cetero delictorum genere variis ignominiis affecit.*

Terent. Eun. 3, 1, 55. *par pro pari referto.* Bentleius negavit hoc esse latinum, scripsitque *par' tu pari referto.* Cf. Rohken. ad Muret. T. 2. p. 739. Apud Ciceronem, qui affert hos versus in Epist. 1, 9. etiam variant libri. Illud vero non debebat soloecum vocari.

11. Sunt dictiones, quibus exprimitur aliquid fieri e ratione alicuius rei. Non intelligimus caussam, sed finem, sive eam rem, in quam impetrandam vel servandam vel efficiendam aliquid agitur aut cui aliquid convenit. Neque aliter in iis, quae grammatici cum adverbiali dictione comparant, ut *pro bono* sit *bene.* Est vero *ut bonum sit, zum Guten.*

Catull. 37, 13. *pro qua mihi sunt magna bella pugnata.* Eleg. in Messal. inter Catal. Virgil. 12, 31. *saepe animam generi pro qua pater impius hausit.*

Ovid. Met. 1, 182. *non ego pro mundi regno magis anxius illa tempestate fui.*

Tacit. Hist. 4, 58. *numquam apud vos verba feci aut pro vobis sollicitior aut pro me securior.* Agr. 26. *securi pro salute de gloria certabant.* Ita enim scribendum est.

Sallust. Iug. 39, 1. *pars dolere pro gloria imperii.* Cic. de Fin. 1, 7, 24. (dolor) *quem quisque pro patria et pro suis suscipit.* Liv. 4, 54, 7. *patres contra non pro communicatis, sed pro amissis honoribus fremere.*

Curt. 3, 1, 8. *pro fide morituros.* ubi quae Mützellius de internis et externis rebus disputat, non attinent ad ipsam particulam.

Nec aliter dicitur *vota pro salute:* de quo Brisson. de Formulis 1, 173. Tacit. Ann. 4, 17. *quum pro incolumitate principis vota susceperunt.* Alia Mützell. ad Curt. 6, 41, 7. Sed quemodo dicatur *prae salute,* vide p. 526.

Sallust. Iug. 22, 4. *populum romanum neque recte neque pro bono facturum, si ab iure gentium sese prohibuerit.* Kritzius ad h. l. et ad Cat. 15, 2. cum Cortio *pro bono* esse dicit *bene.* Est vero *in bonum stabiliendum.* Sueton. Tit. 7. *at illi ea fama pro bono cessit.*

Plaut. Stich. 5, 4, 38. *nolo ego nos pro summo bibere.* i. e. in maximum modum. Poen. 3, 6, 47. *qui* (aruspices) *si quid boni promittunt, pro spisso evenit.*

Liv. 6, 40, 17. *possetisne ferre Sextium haud pro dubio consulem esse.* i. e. ut haud dubium sit, ut non in dubium vocetur.

Liv. 4, 7, 8. *non tamen pro firmato iam stetit magistratus eius ius.* Hoc esse aliis videbitur *tamquam firmatum.* Et vere *ut firmatum esset.*

Nemes. Ecl. 3, 6. *tamquam praedam pro carmine possent sumere.* h. e. tamquam praedam possent sumere, ut canerent, ad carmen canendum.

Pro imperio. Liv. 3, 49, 5. *iam pro imperio Valerius discedere e privato lictores iubebat.* 1, 51, 2. *quia pro imperio palam interfici non poterat, oblato falso crimine insontem oppressit.* Haec esse possunt *secundum imperium*, et *nomine imperii*, et *ut esset imperium.*

12. Singulari modo vocabulum *dignus* componitur cum nominibus per praepositionem *pro*, ut dicatur ratio dignitatis, sive id, quod dignitatem rei comparando constituat. Germani *der Sache gemäfs.*

Sallust. Cat. 51, 8. *si digna poena pro factis eorum reperitur.* Lucret. 5, 1. *quis potis est dignum pollenti pectore carmen condere pro rerum maiestate hisque repertis?* Horat. Epist. 1, 7, 24. *dignum praestabo me etiam pro laude merentis.* Miror interpretes, qui ita reddunt sententiam: dignum me praestabo, qualem requirit laus bene de me merentis: quod nec verbis Horatii expressum est et ipsum videtur absonum. Neque enim respicitur laus Maecenatis, sed dixit Horatius *pro laude merentis*, ubi dici poterat *pro laudis merito*, sive pro eo, quod tu me laudem mereri censes.

13. Verba *pro eo*, quae in eum modum dicuntur, quem n. 9. exposui, accommodantur comparationi aequalium rerum, vocabulis *ut*, *ac* expressae. Vnde vero fiat, ut *ac* aequationem significet, Vol. I. p. 469. demonstratum est. Neque solum per relativa pronomina *quod*, *quantum*, sed etiam per relativam coniunctionem et per *ut* finale nectuntur eius generis sententiae. Aliam significationem, quacum *pro eo* dicitur, supra p. 581. vide expositam.

Cic. Verr. 3, 54, 126. *pro eo, ut temporis difficultas oratorumque penuria tulit.*

Cic. in Catil. 4, 2, 3. *primum debeo sperare omnes deos, qui huic urbi praesident, pro eo, ac mereor, relaturos gratiam esse.* ubi Doeringius sine causa coniecit *ut mereor.* ad Fam. 4, 5, 1.

Cic. de Inv. 1, 32, 54. *quoniam taciturnitas imitatur confessionem pro eo, ac si concessum sit, concludere oportebit argumentationem.*

Cic. p. Planc. 38, 92. *vereri, ne parum mihi pro eo, quod tu a me haberet, reddidisset.* de Fin. 4, 21, 58. *eaque pro eo, quantum in quoque sit ponderis, esse aestimanda.* ad Fam. 3, 3, 6. vide p. 584.

Cic. p. Cluent. 15, 43. *Avitus — pro eo, quod se non solum commodis, sed etiam suorum municipum ceterorumque necessariorum natum esse arbitrabatur, tantae voluntati maiorum Larinatium deesse noluit.* p. Rosc. Am. 51, 148.

Liv. 9, 8, 15. *neque se pro eo, quod spondendo pacem servassent exercitum populi romani, poenam ullam meritos esse.*

14. Barbaries medii aevi nullo in vocabulo antiquum usum magis corrupit quam in *pro*. Dixerunt *pro et contra*, de quo Cellarius in Antibarb. p. 199. et in Curis post. p. 858. *pro forma*, ut esset *per speciem*, *pro hac vice*, *pro nunc*, et quae sunt aliae dictiones a viris doctis notatae. Vd. Nolten. p. 1727. Krebsium s. h. v. In inscriptionibus haud semel legitur *pro salutem*, nec potest illud, quod apud Orellium est 2360, *pro salutem et victorias*, inscitiae scalptoris tribui, sed vulgari sermoni, in quo saepe casus substantivorum confundi solebant.

PROCVL.

In originatione vocabuli *procul* conficienda grammatici operam perdidisse videntur. Servius, qui ad Virgil. Aen. 3, 13. scripserat: *procul est quasi porro ab oculis, unde potest satis longe significare et non valde:* dixit etiam ad 6, 10. *procul enim est et quod prae oculis est, et quod porro ab oculis.* Adde schol. ad Eclog. 6, 16. Idque comprobavit Bauerus ad Sanctii Min. Tom. 1. p. 182. Meursius (Exercit. crit. 1. p. 19.) et Vossius, quibuscum consentiunt Martinius et Doederlinus (Tom. 2. p. 98.) *procul* deducunt a *procellere*, quod sit porro movere, sive omissa extrema syllaba vocis *proculsum*, sive ut sit *procul* loco *procilis*, quemadmodum *facul* pro *facilis* dictum. Esse, ait Doederlinus, quasi *promote*, *remote*. At *cellere* nullo pacto signifi-

est *movere*, neque *procellere* est *promovere*: atque syllaba *ul*, quam primitivam esse arbitrantur, terminationi inservit, ex aeolico υλος (de quo Blomfieldus ad Aeschyl. Prometh. 214.) orta, sicuti in *cons-ul* pro *consulus*, *ex-ul* (alioquin Catullus non potuisset per synizesin pronuntiare *ex'les*), *fac-ul*, *sim-ul*, pro *simule*. *Proc* autem exstat in *proc-erus*, *proc-er*, *proc-o*, significans modum progrediendi vel prostandi, nec absonum videtur etiam in hac littera *c* monstrativam naturam agnoscere. *Proculus*, si praeter cognomen in usu mansisset, esset is, qui aliquantum progressus est sive progreditur.

Iam Perizonius ad Sanctii Min. 1, 14. „ego vero derivem illud potius ab antiquo *proco*, h. e. promoveo, provoco: unde *procitum* in supinis et *procitare* apud Festum."

1. *Procul* significat aliquid esse, non in conspicuo aliquo loco situm, neque iuxta aliquam rem collocatum, sed a loco aliquo remotum, quasi ab eo procedens. Quare componitur cum nominibus per praepositionem *a*. Livius et qui post eum vixerunt omiserunt praepositionem, saepe a librariis rursus adiectam. Fortasse poetae erant, qui primi simplicem ablativum ponerent. Cicero enim nusquam ita loquutus est, nisi in Arateis, sed Ennius. Distantia autem illa rerum non certam habet mensuram, sive maior est, sive minor: ipsa enim remotio est quam spectemus. Glossae H. Stephani: *procul*, ἐγγὺς καὶ μαχρὰν, καὶ πόῤῥωθεν. Germani dicunt *fern*, *in der Ferne*. Contraria sunt vocabula *cominus* et *iuxta* et *prope*, simile *e longinquo*, quo tamen maior distantia rerum notatur. Sed interpretes ubi non magnam esse distantiam viderant, ipsum *procul* significare dicebant *prope*. Burmann. ad Lucan. 8, 757. Drakenborch. in Observat. Miscell. T. 1. p. 386. et ante eos Palmerius in Spicileg. p. 782. Servio crediderunt, qui ad Virgil. Aen. 6, 10. scripsit: *duplicem habet significationem et iuxta et longe*. Id vero omnino falsum est. Quaecumque enim res, quae procul esse dicitur, interposito disiungitur intervallo, quod non magnum esse potest. Germani *in einiger Entfernung* loquuntur et *in der Umgegend*.

Liv. 44, 35, 19. *missilibus procul regia auxilia melius pugnabant: cominus stabilior et tutior aut parma aut scuto ligustino Romanus erat.* Caes. B. gall. 5, 34. *Ambioris pronuntiari iubet,*

ut procul tela conjiciunt, ita propius mucronibus. Cic. in Cat. 2, 13, 29. *qui sunt hoc procul — ab externo hoste atque hoc quo, sed hic praesentis sui numine et auxilio suos templa atque urbem tecta defendunt.* Calpurn. 3, 94. *ipse procul stabo sub antro tectus, vel propius latitans vitibus — sub ora.* Sallust. Epist. Mithrid. *neque divina obstant, quin saeculo, omnibus quod tectis sitis — trahant.* Plin. Hist. n. 27, 3, 3. *procul ut e longinquo adere muros nosti.*

Sallust. apud Nonium 2, 1. *insulae — decem stadium quod a Gadibus situs.* Caes. B. gall. 5, 17. *postero die procul a urbe hostes in collibus constiterunt.* Plaut. Mil. 3, 4, 4. *ego abs te procul recedam.*

Virg. Ecl. 10, 46. *tu procul a patria — alpinas — nivis — me sine sola vides.*

Pomp. Mel. 2, 4, 2. *urbium quae procul a mari habitantur, opulentissimae sunt etc.*

Non posita praepositione: Ennius apud Cic. Epist. ad Fam. 7, 6. *multi suam rem bene gessere et publicam patriae procul.* Liv. 21, 7, 6. *locus procul muro satis aequus — fuit.* Quintil. 12, 11, 7. *33, 16, 15. magnam spem habuerunt, quia procul mari incoluerunt, romanum exercitum ad se non perventurum.* Curt. 8, 13, 18. *Ptolemaeum comitibus tumulo aliquitare haud procul insula:* ubi Mützellius. Vid. Drakenb. ad Liv. 24, 33, 2. Walther. ad Tacit. Hist. 4, 2. ad 4, 57.

Cornel. Paus. 5, 5. *procul ab eo loco tumulum fecerunt, quo erat mortuus.* Haec ab iis, quae Thucydides 1, 134. narrat verbis ἔπειτα ἔδοξε πλησίον που κατορύξαι, differre interpretes opinati sunt adeoque Bosius *procul* delendum censuit. Sed Cornelius dicit Pausaniam non in eo loco sepultum, quo mortuus esset, sed in loco ab illo remoto, qui πλησίος esse potuit. In Caes. Bell. gall. 2, 30. *turrim procul constitui viderunt.* Vid. Drakenborch. in Observ. Misc. l. l. Car. Heinzii Cornelius Nepos e Thucydide emendandus p. 5. Heinrich. ad Cic. de Rep. p. 160. ubi quae afferuntur e Virgilii Ecl. 6, 16. *procul tantum*, aliam habent rationem. Vide TANTVM.

Non dici posse *procul e periculo*, quod legitur in bamberg. codice Liv. 33, 33, 1. per se patet, nec scribendum est, ut Kreyssigius coniecit, *procul ille periculo fuerit.*

2. Poetae adverbio hoc indicant modo regionem, quae circa aliquam rem est, latiorem, modo locum admodum remotum, praepositione *in* nomini addita.

Lucan. 8, 755. *collecta procul laceras fragmenta carinae exigua trepidus posuit scrobe.* Dissipata enim erant fragmenta carinae.

Virgil. Aen. 5, 134. *est procul in pelago saxum.* i. e. *weit im Meere.* Lucan. 4, 1. *at procul extremis terrarum Caesar in oris -martem agit.*

3. Haec ratio localis refertur ad res quascumque lienas aut non attingendas, aut distantes.

Cic. Tusc. 5, 14, 41. *procul ab omni metu.* Acad. 1, 4, 15, *caelestia autem vel procul esse a nostra cognitione censeret.* Quintil. 10, 1, 57.

Terent. Ad. 3, 2, 50. *quando ego mihi sum conscia, a me culpam esse hanc procul.*

Quintil. 8, 3, 28. *exercitatio procul a veritate seiuncta.*

Horat. Sat. 1, 6, 51. *prava ambitione procul.* Tacit. Ann. 14, 31. *domum suam procul iniuria fore.* Hist. 2, 50. *procul gravitate coepti operis.*

Quintil. 12, 11, 7. *liber invidia, procul contentionibus.* Columell. 1. Praef. 33. *illud procul vero est.*

4. *Procul esse* aut dicitur pro *remotum esse*, aut ta, ut locus, quem aliquid occupet, longinquus intelligatur. Rarius dicunt *procul abesse*, quod legitur apud ivium 8, 32, 13. et apud Quintil. 12, 10, 12. in Horat. pist. 2, 2, 199. et in quibusdam libris apud Tacitum list. 5, 8. et apud Statium Theb. 8, 666.

Solemnis est formula *procul este, profani.* Vide interpretes Virgilii Aen. 6, 258. Auson. Epist. 24, 60. *romana procul tibi nomina sunto.*

5. Negationes *haud* et *non* etiam in hac verborum tructura, quo differant, ostendunt. *Haud procul* enim st *gar nicht fern.* Atque quod non procul aliqua re sse dicitur, non multum abest, quin id fiat. Sequitur itur *quin* apud Livium et alios post eum.

Liv. 8, 8, 19. *pugnatum est haud procul radicibus Vesuvii montis.* 3, 22, 4. *haud procul oppido.* 33, 33, 2. Tacit. Hist. 4, 22.

Cic. in Cat. 2, 13, 29. *qui iam non procul — ab externo hoste atque longinquo, sed hic praesentes — urbis tecta defendunt.* ad Fam. 15, 2, 4. *sciret non procul a suis finibus exercitum populi romani esse.* Plin. 31, 2, 19. *in Macedonia, non procul Euripidis poetae sepulcro.*

Liv. 6, 16, 6. *iamque haud procul seditione res erat.* i. e. prope.

Liv. 1, 5, 6. *sciscitandoque eodem pervenit, ut haud procul esset, quin Romam agnosceret.* 5, 4, 14. 9, 2, 3. Quintil. 7, 1, 46.

Hirtius 2, 335. nec procul est, quin iam murmur undique paleat Sardonius.

6. Cum verbis rerum agendarum coniungitur procul, quae aut simul statum in remoto loco significent, aut e longinquo aliquid agi indicant. Sic etiam de iis, qui e longinquo veniunt. Charisius p. 191. *Sallust. Hist.* II. *Nam procul et diversis ex regionibus: ubi Aspar: Ergo procul e loco est.* Germanice *aus der Ferne, von ferne.*

Plaut. Mil. 4, 4, 22. *istic te procul ita cole custodiam.* i. e. procul stantem. Cas. 4, 3, 16. *iam aboluit Cupido procul.*

Plaut. Poen. 3, 3, 6. *quisnam est, qui sequitur procul.* Cist. 4, 2, 20.

Plaut. Rud. 4, 3, 32. *ego qui inspectans procul.* 2, 4, 29. *qui ego misera video procul in litore.* Lucan. 3, 748. *parvos inter procul edepicit ignes.* Plaut. Aulu. 2, 3, 10. *extemplo tumultum clamat, procul si quem videt ire ad aedes cubitorsum.* Capt. 4, 2, 8. Liv. 44, 46, 6. (insula) *muro urbis confumata procul videtur.* i. e. ita, qui procul stant. Lucan. 3, 93. *colles de rupe pependi dum praecipit urbem.* Cic. de Or. 2, 86, 353. *procul, quid agerarent, attendere.*

Plaut. Curc. 1, 2, 18. *cuius vox sonat procul?* Valer. Flacc. 4, 453. *iamque alis procul et cassis nitidi notus Calaeno.*

Liv. 37, 20, 3. *nullo ab urbe, ne in stationes quidem qui procul incolarentur, excurrente.* i. e. e longinquo.

Curt. 7, 2, 24. *Polydamas procul veniens a Parmenione conspectus est* etc.

7. Sed etiam de remotione e loco aliquo facienda dicitur, et cum verbis eundi, abscedendi ita coniungitur, ut vim non magnam addat, sed idem exprimat, quod adverbia *hinc, inde.*

Plaut. Pers. 4, 2, 6. *abscede procul e conspectu.* Ovid. Met. 4, 649. *vade procul.* i. e. hinc abscede. 6, 362. Art. am. 2, 258. Sallust. Cat. 20, 1. *omnibus arbitris procul amotis.*

Stat. Silv. 1, 6, 98. *quos ibit procul hic dies per annos.* Virgil. Aen. 4, 278. *procul in tenuem ex oculis evanuit aurum.*

8. Nam saepe etiam componitur *procul* cum vocabulis *hinc, inde, illinc, istinc,*

Plaut. Truc. 4, 1, 11. *procul hinc observabo, meis quid fortunis fuat.* Most. 2, 1, 82. Terent. Hec. 4, 3, 1. Quidam temere scripserunt *procul hic.* Stat. Silv. 3, 3, 13. Gratii Cyn. 447.

Ovid. Am. 3, 14, 18. *stet procul inde pudor.* Glossam in Cic. p. Mil. 20, 54. ipsa haec dictio prodit. Iuvenal. 14, 45.

Plaut. Poen. 3, 3, 69. *illinc procul nos inspectabimus.*

Plaut. Rud. 4, 4, 104. *tu puella, istinc procul dicito, quid insit.* i. e. istic procul adstans.

Cic. Verr. 2, 20, 48. *non quaesivit procul alicunde.*

9. Notanda sunt quaedam verba ob singularem sum. *Procul adstare* indicat distantiam non magnam, z *einiger Entfernung stehen.* Contra *procul errare*, uod est longius aberrare, *procul abhorrere. Procul abere* Germani dicunt *fern halten: procul abominari* st abominari ut procul sit res.

Terent. Hec. 4, 3, 1. *quem cum istoc sermonem habueris, procul hic adstans accepi.* Ovid. Met. 5, 114. *quem procul adstantem — Pettalus irridens — dixit.* Quo defendatur id quod Fea cum aliis praetulit apud Horat. Art. poet. 362. *si longius adstes.* Contra Apulei. Met. 7. p. 183, 14. *adstans non procul.*

Sallust. Iug. 85, 38. *ceterum homines superbissumi procul errant.*

Curt. 6, 7, 11. *vexabat animum tanto facinore procul abhorrentem.* Quintil. 9, 2, 78. *quum haec — ratio sententiarum non procul a ratione iocandi abhorreat.*

Sallust. Cat. 4, 1. *mihi reliquam aetatem a republica procul habendam decrevi.* Tacit. Ann. 1, 1. *sine ira et studio, quorum caussas procul habeo.* Alio sensu 4, 62. *procul voluptatibus habiti.* Quod apud Plautum legitur Trin. 2, 1, 30. (amor) *procul adhibendus est.* Lindemannus non sine caussa mutavit in *procul habendust.* Quintil. 12, 7, 11. *procul abominanda negotiatio.*

10. Etiam de tempore remoto *procul* dici lexicorum ictores narrant atque afferunt Statii Theb. 12, 810. *durbisne procul dominoque legere superstes, o mihi bisnos multum vigilata per annos Thebai?* At non temus intelligendum est, sed poeta dicit: durabisne remota me et in publicum emissa? Quod vero de tempore gitur apud Cic. de Rep. 1, 1. *omitto innumerabiles vios, quorum singuli saluti huic civitati fuerunt: et qui unt procul ab aetatis huius memoria, commemorare os desino* etc. dictum est de memoria. Errabat autem leinrichius *procul* accipiens pro *prope*, nec removetur ifficultas adiecta negatione. Excidisse vero videtur alera pars sententiae, qua de aequalibus viris expositum sset.

11. De eo, quod a dubitatione alienum erat, quidam scriptores dixerunt *procul dubio*, non Cicero, nec antiquiores.

Liv. 39, 40, 10. *asperi procul dubio animi et linguae asperae — fuit.* Plin. Hist. nat. 18, 21, 50. *hoc utilissimum procul dubio est.* 9, 61, 87. Quintil. 1, 5, 14. 9, 1, 27. Flor. 1, 6, 3. Sueton. Ner. 3.

Lucret. 1, 812. *adiutamur enim dubio procul.*

12. Comparationi rerum idoneum esse vocabulum, quod distantiam significet, nemo negabit. Sed pauca sunt exempla, quibus demonstretur de rebus praestantioribus ita dici. Ne de rebus posthabendis dicatur, ipsa vetat particulae natura.

Plin. Hist. n. 34, 2, 3. *praeter haec est — illud suo olim pretiosum, ad iocinoris imaginem vergens — procul a corinthio.*

Stat. Silv. 2, 2, 88. *ante tamen cunctas procul eminet ut dictas.*

13. Atque adeo cum ipso comparativo *procul* coniunxerunt poetae posterioris aetatis ad augendam eius vim, veluti *procul pulcrior* est, quem Germani vocant *den bei weitem schöneren.*

Stat. Silv. 2, 6, 84. *qualis erat procul en cunctis puerisque virisque pulcrior.* Ita enim est scribendum. Vulgo legitur: *quali erat (heu procul) cunctis* etc. 2, 6, 6. *arcte tamen et procul intrat altius — plaga minor.*

14. In admonitione saepe duplex vocabulum *procul* poni, notavit Bentleius ad Horat. Epist. 2, 2, 199. allatis exemplis. Interiicitur fere aliquod vocabulum animi commoti *ah, oh, en.* Gloss. Isidor. *procul procul, longe longius.* Extra hunc alloquutionis modum Apuleius Met. 7. p. 188, 11. interposita copula: *praesidium fugat, quo — procul ac procul abderet sese.* ubi Pricaeus p. 338, Sine copula legitur apud Arnobium 1. p. 32.

15. Vix operae pretium est monere libros, in quibus particula cum accusativo composita apparet, non tam negligentia scribarum quam vitioso infimae latinitatis usu esse corruptos. Dixit de hac re Drakenborchius ad Liv. 21, 7, 6. et ad 21, 61, 8. Mutzell. ad Curt. 5, 17, 5. Dubitabat Vossius in Grammat. 6, 22. Gebhardus accusativum restituendum censuit in notis ad Liv. 24. 28, 1. etiam Lipsius in Tacit. Ann. 3, 79. Falsa docuerunt Cruquius ad Horat. Epod. 2, 1. Sanctius in Minervae 1, 16.

PROFECTO.

Grammatici omnes tradunt *profecto* esse *pro facto*, atque comparant usum verborum germanicorum *in der That*, quibus id significatur, quod non verbis tantum, nec specie constat, sed re facta. Forma igitur vocabuli eadem est cum *illico*. Tamen non absurda mihi videtur sententia, qua e participio *profectum* natum dicam adverbium, sicuti *merito*, *inopinato*, *subito*. Nam est *ex profecta re* id, quod de industria et cum commodo actum est, sive id, quod profectum aut effectum habet.

Hanc sententiam iam a Durrero prolatam video de Partic. p. 350. ubi ait: profecto, cum profectu et sine frustratione.

1. Primum igitur *profecto* dicitur de re vere ac iuste efficienda, non omittenda, nec per conditionem aut ambiter tractanda. Similiter *prorsus*. Germani alio modo loquuntur *iedenfalls*, *unfehlbar*. Onomast. *profecto*, ἀντάπασι.

Plaut. Curc. 3, 55. *quod istic scriptum est, id te orare iusserat, profecto ut faceres, suam si velles gratiam.* Cic. de Off. 1, 1, 2. *orationem autem latinam efficies profecto legendis nostris pleniorem.* ubi Beierus recte monuit sententiam non esse: orationem latinam non dubito quin legendis nostris efficere possis pleniorem. Dicit enim Cicero: efficies prorsus, cum certo effectu ideoque de mea voluntate. Terent. Andr. 4, 2, 20. *hoc ego tibi profecto effectum reddam.* Cic. ad Att. 11, 22. *profecto aliquid profecero, si id acciderit.*

Plaut. Truc. 2, 1, 16. *meretricem esse similem sentis condecet, quemquem hominem attigerit, profecto aut malum aut damnum dare.*

Plaut. Bacch. 4, 4, 88. *nunc — sycophantias componit, aurum ut abs te auferat et profecto se ablaturum dixit.* Cic. ad Fam. 1, 5, 4. *Catoni quidem, quoquo modo se res habet, profecto resistemus.* Ita bene nunc est restitutum.

2. Tum haec particula adiicitur, ut certo iudicio affirmetur, rem vere ita se habere aut prorsus esse factam. Saepe ea utuntur ii, qui quid ipsi sentiant aut velint declaraturi sunt.

Plaut. Amph. 5, 1, 48. *ita profecto sine dolore peperit.* 2, 1, 19. *profecto, ut loquor, res ita est.* Most. 4, 2, 40. *ita profecto.* Amph. 1, 1, 216. *hoc quidem profecto certum est.* Terent. Heaut.

4, 1, 1. *nisi me animus fallit, his profecto est anulus, qu suspicor.*

Plaut. Capt. 1, 2, 10. *omnes profecto liberi lubentius quam servimus.* Asin. 1, 1, 10. *ita me obstinate aggres nam audeam profecto, percunctanti quin promami omnia.* Agr. 2. *dedimus profecto grande patientiae documentum.* uno loco Tacitus particulam posuit. Lucan. 9, 1084. *profecto quam metui poterat discrimine gessimus arm* Guyetus.

Plaut. Pers. 2, 2, 31. *fateor ego profecto me esse, u imonis familiae.* Asin. 3, 2, 20.

Plaut. Curc. 3, 32. *nec mihi placet tuum profecto nec nec comitium,* Asin. 4, 1, 64. Mil. 2, 2, 55. Cicero di Fam. 6, 21, 6. *hoc mihi prorsus valde placet.*

Plaut. Poen. 5, 2, 46. *sic volo profecto vera cuncta hu pedirier.* Aul. 1, 2, 20, *profecto in aedes meas me absente nem volo intromitti.*

Dictio est ambigua; *nescio quid profecto,* in qua tam *scio quid* non aliam vim habet quam *nescio an,* ut acc possit affirmandi particula. Terent. Heaut. 2, 2, 7. *nescio profecto mihi animus praesagit mali.* Eun. 4, 3, 7. Hec. 3,

3. Sententiis, quibus universa aliqua res desi tur, per hanc particulam adiicitur observationis aut cii confirmatio, saepe non gravior, quam si quis rem extra dubitationem esse. Idque etiam fit in clusione. Gloss. Philox. *profecto,* δηλονότι, δηλαδή.

Plaut. 2, 2, 18. *virtus omnibus rebus profecto anteit.* 7, 9. *mulier profecto nata est ex ipsa mora.* Cic. de Amic. *meministi enim profecto, Attice — quanta esset hominum miratio vel querela.* Sallust. Cat. 2, 8. *quibus profecto naturam corpus voluptati, anima oneri fuit.* Quintil. 12, *defendere quidem reos profecto quam facere vir bonus malet* de Sen. 5, 13.

Cic. de Nat. d. 1, 10, 24. *terra enim profecto, quoniam mundi est, pars est etiam dei.* Horat. Art. poet. 315. *illa p reddere personae scit convenientia cuique.* Quintil. 11, 3, *hercule quum valeant multum verba per se, — profecto per quiddam fieri — necesse est.*

Saepe usurpat hanc particulam Lucretius in extremo collocatam. 1, 241. 3, 1025. al.

4. Praesertim componitur cum negationibus eae affirmando augeantur.

Plaut. Pseud. 3, 2, 113. *nunc ibo intro atque edicam familiaribus, profecto ne quis quidquam credat Pseudolo.* Mil. 2, 5, 54. *neque eques neque pedes profecto quisquam tanta audacia, qui aeque faciat confidenter quidquam* etc. Asin. 1, 1, 98. *profecto nemo est, quem iam dehinc metuam.* Rud. 2, 2, 17. *huc profecto nullus venit.*

5. Coniunctam videmus particulam cum nominibus btestandi apud Plautum. Recentiores scriptores oratioi vim augebant additis aliis verbis, veluti *vere*.

Plaut. Amph. 1, 1, 215. *non edepol volo profecto.* Pseud. 1, 3, 108. 5, 1, 7. *profecto edepol ego nunc probe abeo madulsa.* Men. 5, 9, 5. *pol profecto haud est dissimilis.* Cas. 5, 2, 33. *profecto hercle non fuit quidquam olerum.*

Eumen. Paneg. Constantin. 7. *vere enim profecto illi superum templa patuerunt.*

6. Notandum etiam videtur, *profecto* et *quidem* in na sententia collocari.

Cic. ad Att. 6, 5. *nunc quidem profecto Romae es.* Plaut. Amph. 1, 1, 216. vd. p. 595. Cic. ad Fam. 1, 5, 4. vd. p. 596. p. Quint. 12, 40. *sex quidem illis mensibus profecto.*

7. Locus, quem particula in sententiis obtinuerit, iepe criticis dubitationem attulit. Ei vero vocabulo, uod maxime affirmandum est, aut praecedit aut sequir: quod in allatis exemplis apparet. Quando verbum st vim habet plenam, qua exprimitur rem vere esse, emper praemittitur. Saepenumero particula adhaeret ntentiae, ut videatur per se constare. Neque aliter raemittitur sententiae.

Plaut. Capt. 2, 2, 63. *est profecto deus.* Cist. 4, 1, 14 *haec sunt profecto.* Cic. p. Flacco 22, 53. *non est profecto.* Terent. Eun. 2, 3, 89.

Plaut. Curc. 4, 4, 13, *tu auferere hinc a me, si pergis mihi male loqui, profecto.* Amph. 5, 1, 62. *immo omnes sani sunt profecto.*

Plaut. Merc. 5, 2, 21. *non concedam, neque quiescam usquam noctu, neque interdius prius, profecto, quam aut amicam aut mortem investigavero.*

Terent. Eun. 3, 3, 1. *profecto, quanto magis magisque cogito, nimirum dabit haec Thais mihi magnum malum.* Heaut. 5, 3, 1. Plaut. Amph. 4, 2, 3. *profecto vivas aetatem miser.* Terent. Andr. 3, 3, 22. *profecto sic est.* Cic. in Verr. 2, 18, 44. *profecto enim negare non potes* etc.

PROPALAM.

De *palam* dictum est p. 382. Nec mutatur significatio, nec usus in *propalam*, nisi quod praefixa particula *pro* amplificatur ita, ut palam propositam rem plane conspiciamus. Nam quod Doederlinus Etymol. Tom. 5. p. 298. contendit consilium proponendi sive publicandi esse, quod *propalam* a simplici nomine distinguat, id alienum videtur, nec convenit cum consuetudine scriptorum. Videmus enim in omnibus iis sententiis, in quibus *palam* suum locum apte obtinet, etiam cum maiore quadam vi orationis admitti posse *propalam*, nec *propalam collocata* magis sunt quae debeant conspici quam *palam collocata:* sunt enim quae ab omnibus et plane conspici possint. Ea scilicet non celantur.

Dicitur igitur de eo, quod non clam, sed aperte atque in conspectu hominum fit, et coniungitur cum verbis promulgandi aut publice dicendi, nec raro secum habet verba *esse, fieri, habere.* Germani loquuntur *ganz offen.* Plautus utitur hoc vocabulo, non Terentius, saepe Livius et Suetonius, semel Cicero. Cf. Drakenborch. ad Liv. 23, 14, 8. et ad 5, 29, 10.

Plaut. Epid. 1, 1, 10. *rapio propalam.* h. e. ut ait Taubmannus, diis hominibusque inspectantibus rapio. Pers. 3, 3, 41. DO. *Iam hic faxo aderit.* TO. *At ne propolam.* Cic. de Orat. 1, 35, 161. *tabulis et signis propalam collocatis.* Liv. 24, 38, 1. *aperte ac propalam claves portarum reposcunt.* 3, 35, 7. *propalam obviam ire cupiditati parum ausi.* Tacit. Ann. 6, 1. *quum primores senatus infimas etiam delationes exercerent, ali propalam, multi per occultum.* Sueton. Tib. 2. *precata propalam.* Claud. 15. *propter quae usque eo eviluit, ut passim ac propalam contemtui esset.*

Tacit. Ann. 2, 39. *ipse adire municipia obscuro diei neque propalam adspici, neque diutius iisdem locis.* Doederlinus haec ita explicat: Clementem non se conspectui hominum obtulisse de consilio, sive ostentandi caussa. Quod non exprimitur illo uoo vocabulo.

Liv. 34, 33, 14. *haec propalam dicebat.* 10, 20, 4. *itaque iam propalam duces loqui, extemplo eundum in Samnium esse.* Sueton. Caes. 20. *propalam monuit.* 77. *nec minoris impotentiae voces propalam edebat.*

Plaut. Mil. 4, 8, 38. *timeo, ne hoc tandem propalam fiat nimis.* Sueton. Cal. 24. *in modum iustae uxoris palam habuit.* Terent. Maur. 2327. *spondeon esse post trochaeum propalam est.*

PROPE.

Prope adverbium, quod grammatici praepositionem ɔpellarunt, non in eum modum est formatum, quo 154. diximus *nempe* et *quippe* esse facta, sed orinem suam duxit ex adiectivo *propus*, sicuti *saepe* ex *ıepus:* unde etiam *propius*, *proxime* (*propissime*, *ossime*). Illud autem *prop*, ex *pro* natum, contraam habet significationem atque *proc* in *procul:* hoc ıim processionem ab aliqua re, illud progressum ad iquam rem indicat. In *procul* distantiam cernimus, in *ope* propinquitatem. Nec absurda videtur opinio, qua illa syllaba *pe* elementum agnoscimus, quod non odo in *properus*, *properare*, sed etiam in φορέω, φέρω, *rdern* apparet.

Quod cum Scaligero de Causs. lat. ling. p. 397. Vossius in Etymol. p. 478. ait „*prope* quasi πρὸ ποδῶν, vel si malis ex *pro* et *pes*, quia prope vere, quod est ante pedes": et Doederlinus Tom. 6. p. 288. „*prope* et *propter* a πρέπειν i. e. simile esse, *proximus* a πρόκα": id mirabilius videtur esse quam probabilius.

Gerh. Vossius in Gramm. p. 161. adverbium esse demonstravit, idque Ruddimannus Tom. 1. p. 315. Tom. 2. p. 97. affirmavit: praepositionis autem nomen vindicare conatus est Plumius ad Pers. 4, 34.

1. Adverbium, quod per se stare potest, cum noıinibus coniungitur aut per praepositionem, aut in eius icem succedens. Hinc fit, ut accusativus sequatur et ativus. Vide Muret. Var. lect. 19, 17. Gronov. ad Liv. 1, 1, 2. et in Observat. 3, 2. Drakenb. ad Liv. 2, 41, 1. Vbi vero praepositio *ab* usurpatur, veluti *prope a icilia*, non minus significatur propinquitas, quam in eliquis. Hanc vero dictionem nusquam apud comicos ıveni.

Cic. de Senect. 14, 48. *adolescentia voluptates prope intuens magis fortasse laetatur, sed delectatur etiam senectus procul eas spectans.* de Nat. d. 1, 31, 87. *stellae — aliae propius a terris, aliae remotius — eadem spatia conficiunt.*

Plaut. Aul. 1, 2, 24. *ad aedes nostras nusquam adiit, quamquam prope est.* Epid. 5, 2, 9. *si prope adstes, aestu calefacit.*

l. 1, 3, 32. *nec prope usquam hic quidem cultum agrum* ta
or. Cic. ad Fam. 9, 7, 2. *volebam prope alicubi esse.* i
ler Nähe. Caes. B. gall. 6, 23. *hoc proprium virtutis* esse
ut expulsos agris finitumos cedere, neque quemquam pr
lere consistere. Liv. 1, 58, 3. *quum pavida ex somno mul
nullam opem, prope mortem imminentem videret.*

Plaut. Cas. 3, 5, 54. *nemo audet prope accedere.* Truc. 2,
48. *iam decimus mensis adventat prope.*

Plaut. Bacch. 4, 6, 4. *quis loquitur prope?* i. e. prope
stans. Fortasse cum his quispiam comparabit Liv. 34, 3
his dictis invicem auditisque nox prope diremit colloquium.
que Drakenborchius intelligi posse ait „noctem prope e
stentem.“ In adverbi[illegible] usu Livius parum cavet doctis
Vd. Fabri ad 21, 36, 6. [illegible]d Horat. Epist. 2, 2, 61. *tres*
convivae prope dissentire [illegible]*entur. Prope* non est *prope* sem
quae erat Doederlii[illegible]io: nec quisquam Latinorum
dissentire mihi prope [illegible]*r*, uti existimavit Schmidius, n
in adverbio inest *vix aliter fieri posse*, quemadmodum Orel
explicuit: sed non absurda et, ut mihi quidem videtur,
est sententia a Bothio proposita, non satis declarata.
convivae prope sunt pauci amici prope accubantes et confa
lantes, qui videntur non posse dissentire, tamen dissent
Redde *drei nahe beisammen sitzende Gäste.*

Plaut. Cas. 3, 5, 31. *nec quemquam prope ad se sinit a*
vd. n. 4. Liv. 2, 24, 5. *quum hostes prope ad portas esse*

Plaut. Most. 2, 2, 16. *quis homo est, qui nostras aedes*
sit prope. **Curc. 1, 2, 3.** ***prope me est.*** **Cic. Brut. 14, 54.**
plebes prope ripam Anienis ad tertium milliarium concederet **e**
Fam. 7, 23, 18. ***est mihi gratissimum tanti a te aestimatas***
suetudinem vitae victusque nostri, primum ut eam domum su
ut non modo prope me, sed plane mecum habitare posse. **Sa**
Iug. 18, 9. ***nam hi propius mare africum agitabant.*** **Li**
26, 3. ***castra propius hostem movit.*** **Cic. Phil. 10, 11, 26.** ***op***
det, ut cum suis copiis quam proxime Italiam sit. **Multa alia**
apud Gronov. ad Liv. 21, 1, 2. apud Drakenb. ad 2, 41, 1
Sil. 1, 13. apud Kritzium ad Sallust. Cat. 11, 1.

Cic. p. Mil. 22, 59. ***proxime deos accessit Clodius, propius***
tum, quum ad ipsos penetraret.

Cic. de Leg. 2, 24, 61. ***quod rogum bustumve novum***
propius sexaginta pedes adici aedcis alienus invito domino,
dium veretur acerbum.

Cic. Verr. 5, 2, 6. ***at quum esset in Italia bellum tam***
a Sicilia, tamen in Sicilia non fuit. **2, 3, 6.** ***quod eum***

non mediocre populi romani est, tantum civium numerum tam prope ab domo, tam bonis fructuosisque rebus detineri. in Pis. 11, 26.

Cels. 4, 7. *fricatione uti diutissime in scapulis, proxime ab his in brachiis.* Columel. 1, 6, 8. *omnes tamen quam proxime alter ab altero debent habitare.*

Cum dativo *prope* coniunctum nusquam inveni, sed *propius* et *proxime:* quamquam Priscianus p. 1172. *iusta et prope et dativo et accusativo iunguntur.* Livius, qui in reliquis locis accusativo usus est, scripsit 44, 40, 4. *flumen erat haud magnum propius hostium castris.* Caes. B. civ. 1, 7, 2. *quam proxime potest hostium castris castra communit.* Plin. Hist. n. 27, 9, 51. *quo propius mari fuerit, minus salsa est.* Virgil. Georg. 1, 355. In locis Livii 2, 41, 11. 22, 40, 5. 22, 1, 2. substituerunt librarii dativum ex sua consuetudine. Diomedes p. 405. *sed et dativo casu idem Cicero dixit ad Atticum propius grammatico accessi. Nepos in illustri.* Hinc critici in Cornel. Hann. 8, 3. receperunt *propius Tiberi quam Thermopylis.* Lambinus vero *propius Tiberim quam Thermopylas.*

2. Poetae *prope* dixerunt pro *ad* vel *apud*, et quod Germanis est *neben.*

Ovid. Fast. 1, 137. *sedens vester primi prope limina tecti.* Stat. Silv. 1, 2, 196. vide ad 1, 1, 20. Pers. Sat. 4, 34. *est prope te ignotus, cubito qui tangat.*

3. *Prope adesse* idem est, quod *prope esse*, sed Lambinus, Vrsinus, Beneckius (ad orat. p. Lege Man. 5, 16.) dubitarunt de usu Ciceronis, qui dixisse videretur *abesse.* In verbis *prope abesse, prope aberrare* intelligendum est *non longe.*

Plaut. Pseud. 1, 1, 58. *prope adest exitium mihi.* Aul. 2, 3, 8. Terent. 1, 1, 124. *tute ipse his finem praescripsti, pater: prope adest, quum alieno more vivendumst mihi.* Cic. ad Attic. 4, 17. *adventare et prope adesse iam debes.* p. Lege Man. 6, 16. *quum duo reges cum maximis copiis prope adsint.*

Cic. ad Att. 1, 1. *illam manum tu mihi cura ut praestes, quoniam propius abes, Pompeii.* 8, 14. *quae a Brundisio absunt propius quam tu.* Lactant. 6, 12, 16. *quasi odore quodam veritatis retenti propius aberraverunt.*

4. Transfertur notio loci ad rerum conditionem vel statum, et dicitur res aliqua non longe abesse ab illa conditione vel illo eventu.

Liv. 26, 48, 8. *ea contentio quum prope seditionem veniret* etc. idem hoc est, quod 25, 3, 19. *non procul seditione.* Atque illud

recte restituerunt critici in Curtii 4, 10, 4. Liv. 1, 25, 13. Romani ovantes ac gratulantes Horatium accipiunt, eo maiore cum gaudio, quo prope metum res fuerat. 1, 58, 3. quum pavida e somno mulier nullam opem, prope mortem imminentem, videret, etc. Sallust. Cat. 11, 1. vitium propius virtutem erat. ubi Cortius. Liv. 4, 17, 5. propius est fidem, obstringi Fidenatium populum conscientia tanti sceleris voluisse. 26, 37, 8. vd. Gronov. ad 22, 40, 5. Liv. 2, 48, 5. res proxime formam latrocinii venerat. 30, 10, 12. erat res minime certamini navali similis, proxime speciem muros oppugnantium navium. 24, 48, 11. ordinatos proxime morem romanum instruendo et decurrendo signa sequi et servare ordines docuit.

Caes. B. gall. 2, 18. prope ad internecionem gente ac nomine Nervicorum redacto. Bell. civ. 3, 6. Liv. 8, 29, 13. qua (discordia) prope ad ultimum dimicationis ventum est. 10, 22, 5.

Cic. de Sen. 21, 77. quod eo melius mihi cernere videor, quo ab eo propius absum. Tacit. Hist. 1, 10. tam prope ab exsule fuit quam postea a principe. 2, 76.

5. Ex his adverbium transiit in eum usum, quo cum verbis *esse* coniunctum indicat, paullum abesse quin res, de qua dicitur, fiat. Apud Ciceronem frustra quaeres exemplum huius loquutionis: dixit tamen *propius nihil est factum.* Alii *prope est factum, ut.*

Liv. 2, 65, 6. iam prope erat, ut in summum clivi iugum evaderent. 2, 30, 3. prope fuit, ut dictator ille idem crearetur. 2, 23, 14. 40, 32, 5. Celsus 3, 23. extr.

Liv. 25, 21, 1. prope est factum, ut iniussu praetoris signis convulsis in aciem exirent.

Cic. ad Q. frat. 1, 2. propius nihil est factum, quam ut occideretur. Verr. 5, 36, 94. neque quidquam propius est factum, quam ut illud uticense exemplum de Hadriano transferretur Syracusas. p. Cluent. 21, 59.

6. Denique *prope* de eo usurpatur, quod prope est ut sit aut fiat: hoc est *tantum non, ferme, fere.* Germani *beinahe.* Hoc significatu non modo nominibus adiectivis, praesertim numeri, sed etiam verbis additur. Plerumque suum locum particula ante nomen occupat: apud Livium tamen etiam postponitur. Orellius in Horatii locis Epist. 6, 1, 1. 1, 18, 28. aliisque particulam reddit *im Ganzen.* Doederlinus in Lect. Hor. Decade p. 8. exprimi existimat id, quod fieri solet: neutrum

ro comprobari poterit, quum tenenda fit oppropinquandi notio. Saepe hoc modo exprimitur modestia, saepe iudicium prudenter cohibitum.

Cic. ad Fam. 4, 3, 2. *doleo tamen te sapientia praeditum prope singulari — alienis malis laborare.* 1, 7, 11. *cuius prope in conspectu Aegyptus est.* p. Cluent. 21, 57. *iam hoc quoque prope iniquissime comparatum est.* p. Rab. Posth. 1, 2. *quum sit hoc generi hominum prope natura datum.* Caes. B. gall. 5, 20. *prope firmissima earum regionum civitas.* Liv. 2, 65, 4. *sic prope eneratum est sinistrum Romanis cornu.* 26, 41, 12. *visum prope in portis victorem Hannibalem.* vide Drakenb. ad 3, 67, 3. 22, 24, 14. *in tam pari prope clade.* in quibus *tam* offendit. 32, 16, 15. *tota prope cursu transgressa amnem acies est.* 31, 24, 2. 33, 33, 1. *cursu prope omnes tendere ad praetorem romanum.* Horat. Sat. 2, 3, 32. Sueton. Tib. 68. *valetudine prosperrima usus est, tempore quidem principatus pene toto prope illaesa.* Horat. Epist. 1, 6, 1. *nil admirari prope res est una — Solaque, quae possit facere et servare beatum.* i. e. *beinahe das Einzige.* 1, 18, 28. Art. p. 432. Cic. p. Arch. 1, 1. *Licinius fructum a me repetere prope suo iure debet.* Stürenburgius errorem suum ipse, ut par erat, confessus est.

Pomp. Mela 2, 6, 8. *inde ingressis totus admodum pervius, prope quantum patet, specus.*

Liv. 6, 2, 3. *per annos prope centum.* Sueton. Caes. 54. *prope sex millia talentorum.*

Plaut. Pers. 5, 2, 29. *perii, perculit me prope.* Cic. p. Quint. 13, 44. *potes discedere liberatus molestia prope dicam non minore quam Quintius.* in Verr. 1, 54, 142. p. Planc. 8, 20. Coel. ad Cic. 8, 14, 10. *prope oblitus sum, quod maxime fuit scribendum.* Liv. 2, 3, 1. *per dolum ac proditionem prope libertas amissa est.*

Postponitur particula Liv. 22, 37, 3. *quamquam probe sciat, magnitudinem populi romani admirabiliorem prope adversis rebus quam secundis esse.* 22, 35, 3. *qui cum M. Livio consul fuerat et damnatione collegae et sua prope ambustus evaserat:* ubi *prope* ad antecedentia est referendum. Vide not. ad Gronovii Diatr. in Stat. p. 341.

De *iam prope* vide Tom 3. p. 135. Apud Livium legitur 32, 28, 7. *nunc prope in hiberna profectum ita comparare dici bellum, ut — perfecturus aestate proxima videatur.* Crevierus non male coniecit scribendum esse *nunc quoque:* tamen Heusingerus acriter perspexit intelligi profectum ab urbe in provinciam et quasi in hiberna. Pertinet igitur *prope* ad nomen, quod sequitur.

7. *Prope* non dicebatur de tempore, nisi in designanda certa eius parte, veluti *prope lucem* (Sueton. Claud. 44.): sed superlativus *proxime* etiam absolute, ut esset *nuperrime*, *novissime*.

Cic. ad Fam. 3, 5, 10. *prope kalend. sextiles puto me Lanuvii diccae fore.* Ita vulgo legebatur e coniectura nescio a quo facta et in editionem aldinam recepta. Restituit Lambinus *pridie kal.*

Cic. Phil. 2, 5, 12. *qui proxime mortuus est.* ad Fam. 5, 15, 1 *in his litteris, quas a te proxime accepi.* de Nat. d. 2, 23, 61 *quas in Capitolio dedicatas videmus proxime a M. Aemilio Scauro.*

Liv. 39, 55, 7. *in agro, qui proxime Boiorum, ante Tuscorum fuerat.* Sueton. Dom. 4. *computata ratione temporum ab eo, non quo Claudius proxime, sed quo olim Augustus ediderat.*

8. De loco, quem quis in ordine proximus occupat, dicunt Latini *proxime*, Germani *zunächst*. Atque hoc etiam ad gradum designandum adhibetur.

Cassius ad Cic. 12, 13, 5. *sunt tibi, M. Tulli, liberi proxime quinque digni quidem te, et merito tibi carissimi: esse etiam debent in republica proxime hos cari, qui studiorum tuorum sunt aemuli.* p. Cluent. 31, 54. *sapientissimum esse dicunt eum, qui quod opus sit, ipsi veniat in mentem: proxime accedere illum, qui alterius bene inventis obtemperet.* de Off. 2, 3, 11.

Cic. de Nat. d. 3, 21, 34. *eodem numero quo proxime superiores.* Dicitur etiam *proximus superior:* de quo Nagel. in Act. Lit. soc. Rheno-Traiect. Tom. 4. p. 291.

Cic. ad Fam. 9, 13, 4. *Lepta vero quum ita laboret, ut ejus fortunae videantur in discrimen venire, non possum ego non proxime atque ille aut etiam aeque laborare.* Hoc vitiosum esse vidit Ernestius, et transponenda censuit vocabula in hunc modum *aut proxime aut etiam aeque atque ille:* quod recepit Schützius. At potius omitte vocabula *atque ille* in marg. libri scripta et inepto loco reposita.

*) Librarii *prope* per compendium expressum saepe ceperunt pro *propter* (vd. Drakenb. ad Liv. 34, 22, 3. Wunder. in Lect. cod. Erfurt. p. LXIV. Walther ad Tacit. Ann. 14, 9.), pro *procul* (Drakenb. ad Liv. 15, 5), pro *quoque* (idem ad 28, 39, 6. 32, 28, 7. cf. ad Curt. 7, 4, 22.), pro *prospere* (vid. Tacit. Dial. 5.) *propere* (Liv. 30, 11, 10. 39, 31, 4.).

PROPEDIEM.

Ex iis, quae veteres grammatici tradunt, colligitur iquiore tempore vocabula, quae in unam notionem rent, etiam uno accentu comprehensa et scriptura esse iuncta: recentiore autem aetate, dubium est utrum l gari usu an per grammaticorum praecepta, disiungi pisse. Sic *prope diem*, uno accentu in secunda syl-a posito, factum est *propediem:* neque aliter *prope-dum*, uti *invicem*, *admodum*. Donatus ad Terent. 5, 5, 7. *propediem*, ὑφέν. *Nam propediem adver-um est temporis, ut si diceret cito*. Quod vero Heu-gerus (ad Cic. Off. 3. 33, 24.) aliique in libris scriptis invenisse narrant seiuncta vocabula, antiquum usum n attinet. Certius testimonium exstat apud comicos etas, qui semper primam vocabuli syllabam acuunt in si positam. Cf. Cort. ad Sallust. Cat. 32, 2.

Propediem significat diem, qui prope est, proximo e, sed usurpatur de quocumque futuro tempore pro-mo: quod Germani *nächster Tage*, *nachstens*, *ehe-ns* dicunt. Neque tamen pro *paullo post* aut pro *mox* cipi potest, sed intervallum respicitur, quo futurum a aesente tempore parum distat. Componitur igitur atum cum futuro verborum et cum imperativo.

Plaut. As. 4, 2, 8. *ad illam hinc ibo, quam tu propediem, nisi quidem illa ante occupassit te, effliges scio.* Pers. 2, 4, 24. Terent. Ad. 5, 5, 7. *hoc verumst, et ipsa re experiere propediem.* Heaut. 1, 1, 108. 4, 8, 27. Cic. de Off. 3, 33, 121. *praesens tecum propediem — loquar.* ad Fam. 16, 9, 4. *Asclapo medicus plane confirmat propediem te valentem fore.* de Div. 1, 23, 47. Sallust. Cat. 56, 4. *sperabat propediem magnas copias sese habiturum.* Liv. 1, 41, 5. 1, 46, 8. 30, 8, 10.

Cic. ad Att. 2, 1. *Prognostica mea cum oratiunculis propediem exspecta.*

Liv. 1, 48, 7. *Tullia per patris corpus carpentum egisse fertur, partemque sanguinis ac caedis paternae cruento vehiculo — tulisse ad penates suos virique sui: quibus iratis malo regni principio similes propediem exitus sequerentur.* Miror neminem in hoc loco haesisse. Vnde enim regitur coniunctivus *sequerentur?* estne in oratione obliqua ita positus praemisso verbo *fertur?* Ruperti ait, *quibus iratis* esse *ut iis iratis.* Qualis vero haec sententia: Tullia per patris corpus carpentum egit et partem

sanguinis et caedis paternae ad penates tulit, ut iis [illegible] sequerentur malo regni principio similes exitus? Cetera *propediem* dictum est de spatio viginti quinque annorum, [illegible] que sequens particula haec cum imperfecto ita coniuncta. Has difficultates dum offendent, locum suspectum habebi[illegible]

PROPEMODVM. PROPEMODO.

1. *Propemodum*, ea ratione formatum, qua *postmodum*, *praemodum*, *admodum* constant, accentu in secunda syllaba collocato, significat id, quod ad iustum aliquem modum accedit. Maius est id, quod satis est, aut perfectum. Neque aliter in eo, quod paullum abest quin sit. *Admodum* indicat id, quod iustum modum praestat. Germani *ziemlich*, in aliis *ohngefähr*, in aliis *gewissermassen* dicunt.

Terent. Phorm. 1, 4, 34. *satin est sic?* GN. *Non.* AN. *Quid si sic?* GN. *Propemodum.* AN. *Quid si sic?* GN. *Sat est.*

Terent. Heaut. 5, 5, 20. *egomet habeo propemodum quod volo.* Ad. 1, 2, 51. *curare ambos propemodum reposcere illius est, quem dedisti.* Cic. de Div. 2, 41, 85. *quid enim sors est? idem propemodum, quod micare.* Div. in Caec. 2, 5. *si mihi unus est accusandus, propemodum manere in instituto meo videor.* Off. 2, 8, 30. *eaque utrisque est propemodum comparanda.* de quo loco dixi Tom. 1. p. 199.

Cic. Orat. 43, 147. *de verbis enim componendis et de syllabis propemodum dinumerandis et dimetiendis loquemur.* Interpres *propemodum* accipiunt pro *adeo:* quod falsum est. Adverbium attinet ad verbum *dinumerandis* i. e. quodam modo dinumerandis. Quintil. 3, 3, 3. *verum haec omnia corrumpit ac propemodum perdit indecora — pronuntiatio.* i. e. prope. Cic. de Rep. 1, 19. *adducor igitur et propemodum assentiar.* Ita legitur in libro scripto. Edidcrunt critici *assentior.* Quidni potius *adducor igitur, ut propemodum assentiar?* Nec opus est verbo cum Heinrichio transponamus, intelligentes, adducor, ut non multum absit, quominus assentiar. Tusc. 3, 10, 23. *hoc propemodum verbo Gracci omnem animi perturbationem appellant.* Klotzius reddit *fast ganz dasselbe Wort.* Est vero *gewissermassen.*

2. Praesertim additur verbis sentiendi, percipiendi

Plaut. Trin. 3, 3, 51. *tenes iam?* CA. *Propemodum.* S. I.

14. *propemodum quid illic festinet sentio.* Truc. 4, 3, 2. *propemodum expertae estis, quam ego sim mitis.*

3. Hinc etiam usurpatur de eo, quod videtur esse ut fieri posse.

Plaut. Capt. 5, 2, 5. *propemodum, ubi loci fortunae tuae sint, facile intelligis.* Ita est interpungendum. Poen. 5, 5, 16. *propemodum hoc obsonare prandium potero mihi.*

4. Vti *prope* cum particula *iam* coniungi solet, ita iam *propemodum.*

Plaut. Men. 5, 2, 14. *verum propemodum iam scio, quid sit rei.* Rud. 2, 1, 4. *nos iam de ornatu propemodum, ut locupletes simus, scitis.* Stich. 1, 1, 57. *nam propemodum iam ostendit suam sententiam.* Terent. Andr. 3, 4, 7. Eun. 1, 2, 128. Cic. ad Fam. 6, 4, 5. *alterum propemodum iam sumus experti.*

5. Comparativo praemittitur eo modo, quo *prope.*

Cic. de Fin. 1, 1, 2. *ut propemodum iustioribus utamur illis, qui omnino avocent a philosophia, quam his, qui* etc.

6. *Propemodo* Gronovius quum in duobus Plauti locis invenisset, etiam Livio et Plinio usum huius vocabuli vindicare conatus est ad 24, 20, 11. At tantum abest, ut scriptores isti ita loquuti sint, ut ne apud Plautum quidem exstet certum huius vocabuli indicium. In Livii loco plurimi et optimi codices exhibent *ceterum quum propemodo quis accessisset, nullo — motu facto, castra ab urbe ferme passus mille locat.* Haec sensu destituta emendarunt quidam librarii ita *prope iam moenibus*, alii *prope moenibus*, alii *prope muros:* quae omnia non efficiunt, quid a Livio profectum sit. Hoc vero certum videtur, illum *prope* non coniunxisse cum dativo, quem etiam Alschefskio placuisse miror. Neque quisquam dixit *propemodum accedere.* In Plauti Trin. 3, 3, 21. codices praebent *propemodum*, et in Pseud. 1, 3, 82. ubi vulgo legitur: *scin quid nos volumus?* BA. *Pol ego propemodo: ut male sit mihi.* editiones antiquissimae habent *propemodum.* Quae quam ita sint, illud *propemodo*, ab usu antiquo alienum, recentissimo demum tempore factum esse videtur in speciem vocabuli *postmodo*, cuius ratio prorsus differt ab illo *propemodo.* Librarii nonnulli ex sua consuetudine etiam in Plinii Nat. 34, 14, 41. scripserunt *propemodo.*

PROPORRO.

Quid *proporro* significet, e Lucretii carminibus ligi potest: is enim unus hoc vocabulo utitur. Atqu eum modum est formatum, in quem *propalam*, ut cedente particula *pro* gravior fieret vocabuli vis. N vero significat *deinceps*, quod in indice Eichstadiano tatur. Ea enim significatio, quam p. 486. illust omnibus, in quibus haec particula exstat, locis conv ut rem designet sine ulla conditione statuendam et n alia re intercedente efficiendam. Est igitur *dir* Germani loquuntur *geradehin, ohne weiteres.*

Lucret. 2, 979. ***sibi proporro quae sint primordia quaerat. sie forschen geradehin nach ihrem Ursprung.* 3, 276.** ***anim animae proporro totius ipsa.* i. e. illa vis naturae nihil alia quam anima animae. Idem v. 282.** ***proporro est anima et minatur corpore toto.* i. e. *gradehin.* 4, 891. (886).** ***inde ea porro corpus ferit.* i. e. non alia re intercedente. 5, 313.** ***q rere proporro sibi quomque senescere credas.***

PROPTER.

Altera ex *propus* nata adverbii forma erat *prop* quae dicebatur *propter*, et sicuti alia adverbia in *e* *ter* exeuntia significatione differebant, ita etiam *pro* praepositionis officio fungens, proprium sibi vindi usum. Longa disputatione Perizonius ad Sanctii Mi 16. exposuit adverbium esse, quod per ellipsin cum minibus coniungeretur: hodie, quomodo adverbia et nomen praepositionis occupent, nulla est dubit Illud vero miramur, quod Gernhardus cum Man (ad Cic. de Sen. 14, 48.) et Zumptius (ad Verr. 4 107.) adverbii naturam alienam esse ab hac parti contenderunt sine iusta caussa. De terminatione Tom. 3. p. 387.

1. Primum igitur *propter*, vel adverbialiter posit vel praepositionis potestate accusativum regens, i significat quod *prope*, sed illud, quod in *prope* el agnovimus p. 601., ut pro *iuxta* ponatur, proprium vocabulo *propter*. Hoc enim significat et *in der N* et *neben:* veluti *propter me* utrumque significat, *p*

e autem *in meiner Nähe.* Hanc localem notionem iam grammatici veteres notarunt tamquam singularem, quamvis esset primaria. Vide Arusianum Messium p. 255. Lindem. Librarii saepissime mutarunt in *rope.* vide Wolf. ad Cic. Tusc. p. 365.

Terent. Eun. 2, 3, 77. *interdum propter dormiet.* Ad. 4, 2, 37. *ibi angiportum propter est.* Lucret. 2, 417. *ara panchaeos exhalat propter odores.* Cic. p. Rosc. Am. 23, 64. *duo filii propter cubantes.* de Inv. 2, 4, 14. *gladium propter appositum e vagina eduxit.* Tacit. Ann. 4, 54. *quum propter discumberet.* Quae, et huius generis sunt multa alia, si Zumptius respexisset, non negasset in notis ad Cic. Verr. 4, 48, 107. *propter* etiam adverbium esse, et in ipso hoc loco revocandum: *etenim propter est spelunca.* Cato de Re r. 151, 2. *ubi aqua propter siet.* Cic. p. Lege Man. 5, 13. *vident — unum virum esse, in quo summa sint omnia, et eum propter esse.* Ita e codd. restituit Beneckius. 6, 16. iidem libri *propter* exhibent.

Sisenna apud Nonium 4, 357. *partem cohortium propter mare collocat in littore.* Plaut. Curc. 4, 1, 14. *in foro infimo boni homines — ambulant, in medio propter canalem, ibi ostentatores meri.* Rud. Prol. 33. *illic habitat Daemones in agro atque villa proxuma propter mare.* Cic. de Nat. d. 3, 22, 55. (Vulcanus) *qui tenuit insulas propter Siciliam.* Brut. 6, 24. *in pratulo propter Platonis statuam consedimus.* Verr. 2, 61, 150. Liv. 28, 46, 16. *propter Iunonis Laciniae templum aestatem Hannibal egit.* Virg. Aen. 9, 680. Vid. Oudendorp. ad Caes. B. gall. 1, 22. Forbiger. ad Lucret. 4, 1021. Cic. in Pis. 3, 6. *miki hic vir clarissimus, qui propter te sedet — dixit.* ubi cod. erfurt. habet *iuxta te.* Sed Arusianus, qui hunc locum affert, *praeter te.* Tacit. Ann. 1, 50. *circumdatae stationes stratis etiamtum per cubilia propterque mensas.* i. e. *an den Tischen.*

Plaut. Mil. 1, 1, 9. *stat propter virum fortem.* i. e. *neben.* Terent. Ad. 2, 1, 15. *hic propter hunc adsiste.* Cic. Tusc. 1, 43, 104. *baculum propter me, quo abigam, ponitote.* ubi vide Klotz. de Rep. 1, 11. *cum quoque, ut salutavit, propter Tuberonem iussit assidere.* Cf. Pricaeum ad Apulei. Met. p. 185. Miscell. Observ. T. 2. p. 308. Gebhardi Crepundia 1, 16. Liv. 21, 27, 8. vide Tom. 2. p. 700.

Nonius Marc. affert e Cic. de Sen. 14, 48. *sic adolescentia voluptates propter intuens magis fortasse laetatur.* ubi in codicibus exstat *prope.* Hinc apparet iam antiquissima exemplaria esse a grammaticis mutata.

2. Componitur *propter* cum verbis movendi, volandi ita, ut aut rem indicet, quae in vicinia a rei se movet, quod per *praeter* exprimitur, aut id propius accedit. Illud temere negavit Grunerus ; dul. 4, 211.

Cic. de Inv. 2, 31, 97. *fluvius Eurotas is, qui propt daemonem fluit.* Ovid. Met. 8, 258. *propter humum volit nahe an der Erde.*

Phaedr. 2, 6, 7. *venit per auras cornix et propter vola* i. e. propius accedens, *nahe heranfliegend.*

Hirt. B. Afr. 73. *propter hostium castra praetergressu* tores quidam omiserunt *propter*: quae Davisius et Ou pius afferunt, non id, quod demonstrandum est, demo addi posse verbum, quod in se habeat *praeter*. Burma Ovidii Met. 5, 159. non recte restitui iussit: *tela volant grandine plura propter utrumque latus propterque ci l aures.* Coniectura Heinsii in Ovid. Her. 6, 5. veritati fallit.

3. Caussa, non ea, ex qua id, quod efficitur, d prodit, sed ea, quae rem, ut fiat, excitat, tam prope accedens, proprie significatur praepositione *pter*. Illam vocamus internam caussam, hanc exte quae tamen non modo in rebus externis cernitu etiam in iis, quae animum ad agendum vel ad s dum commovent. Germani dicunt *Beweggrun* plurimis convenit cum vocabulo *ob*, etiamsi in *ob* iam obversari, in *propter* accedere videtur. Vide Propinquitate contingunt res, quarum altera a excitat. Ita Germani distinguunt vocabula *Ver sung* et *Vrsache*. Et recte dici poterat *propter al caussam* (Quintil. 3, 6, 70). Ea, quae Iahnius i nal. Nov. Vol. 3. p. 77. de diversis vocabulis *ob* e *pter* disputavit, non omnino vera sunt.

Terent. Hec. 2, 3, 1. *nos sumus mulieres inique aeque invisae viris propter paucas.* 4, 4, 55. *hanc ubi dixti cau propter tuam matrem non posse habere hanc uxorem dor* Verr. 1. Act. 5, 13. *homines nocentissimi propter pecunia cio liberati.* ad Fam. 1, 7, 13. *offensionem esse periculosa pter interpositam auctoritatem religionemque video.* Caes. 3, 2. *primum quod legionem — propter paucitatem desp tum etiam quod propter iniquitatem loci — ne primum posse impetum suum sustineri existimabant.*

Varro de Ling. lat. 8, 11. *propter eos (poetas) quaedam verba in declinatione melius, quaedam deterius dicuntur.* i. e. *auf deren Veranlassung.*

Terent. And. 1, 1, 128. *si propter amorem uxorem nolet ducere* etc. Heaut. 1, 1, 59. *in Asiam hinc abii propter pauperiem.* 3, 1, 24. *tuum conspectum fugitat propter peccatum.* Ita sunt verba coniungenda: et 5, 2, 37. legitur *ob peccatum.* Ad. 5, 9, 35. *quae vos propter adolescentiam minus videtis.* Cic. p. Rosc. Am. 4, 10. *opprimi me onere officii malo, quam id, quod mihi cum fide semel impositum est, aut propter perfidiam abiicere aut propter infirmitatem animi deponere.* Quintil. 11, 3, 28. *illud non sine caussa est ab omnibus praeceptum, ut parcatur maxime voci in illo a pueritia in adolescentiam transitu, quia naturaliter impeditur, non, ut arbitror, propter calorem — sed propter humorem potius.* Hoc non est: impeditur a calore, per calorem, sed vox impeditur, quum calore afficitur corpus. Ita *propter valetudinem* Cic. ad Fam. 4, 1, 1. Quintil. 11, 3, 129. Cic. Brut. 26, 100. *eam suspicionem propter hanc caussam credo fuisse, quod Fannius in mediocribus oratoribus habitus esset.*

De proverbiali dictione *propter viam* vide Festum p. 229. Muller. Macrob. Sat. 2, 2. Turneb. Advers. 9, 2. Taubmann. ad Plaut. Rud. 1, 2, 62. Leopardi Emendat. 15, 19. in Thesaur. crit. Tom. 3. p. 321. Alio modo dicitur a Cic. Verr. 4, 44, 96.

4. Componitur *propter* cum pronominibus personarum: *propter me, te, vos,* ut exprimatur *mea caussa, ta caussa,* quae etiam ad commodum spectant. Germanice reddimus *meinetwegen, deinetwegen.* Numquam latini dixerunt *ob me, ob te:* quamquam *propter quae* et *ob quae* promiscue usurpabantur.

Terent. Andr. 1, 5, 36. *egon propter me illam decipi miseram sinam?* Eun. 4, 6, 6. *scin tu turbam hanc propter te esse factam.* Phorm. 5, 8, 34. *non est aequom me propter vos decipi.* Heaut. 2, 3, 18. *propter quam in summa infamia sum.* i. e. propter te.

5. Vsus excessit hoc limite et *propter* etiam ad id significandum adhibuit, cuius opera aliquid factum esset. taque idem est quod *per.* Nescio vero, an hoc tantum de personis dicatur: quod non ratione esset destitutum. Neque desunt exempla, in quibus *propter* idem valet, quod *ex.*

Cic. p. Rosc. Am. 22, 63. *monstrum certissimum est, esse aliquem humana specie et figura, qui tantum immanitate bestias*

vicerit, ut, propter quos hanc suavissimam lucem adspexerit, indignissime luce privarit. ubi Matthiae et Steinmetz. p. 30, 81. *quid esset ingratius, quam laetari ceteros, ingere solum, propter quem ceteri laetarentur.* i. e. per quem. 2 *quod enim praemium satis magnum est tam — fidelibus propter quos vicit.* i. e. quibus vitam debet. in Pis. 7, 1 *cendere illa coniuratorum manus voluit urbem: vos eius de quem propter urbe incensa non est.* ad Fam. 7, 27, 4. *me propter quem ceteri liberi sunt, tibi liberum non visum de* Paradox. 4, 30.

Varro de Re r. 3, 2, 10. *haec quoque simili de causa vocari villa, in qua propter pastiones fructus capiuntur Quid enim refert, utrum propter oves, an propter aves capias? anne dulcior est fructus apud te ex bubulo pos quam ex apibus?* Quod Caesar B. civ. 2, 35. dixit *in op propter timorem sese recipiunt,* idem 3, 69. *quum — ex etiam signa dimitterent.* Quae Herzogius ad illum Ca locum de discrimine inter verba *propter timorem* et *p more* disputat, maxima ex parte subtiliora quam veriora Nam quid in timore insit, quod obiectivum vocari possi scio, nec in narratione rei actae mutatur eius causa.

6. Quum finis ita cogitari possit, ut id, quo moderari et agendi caussam afferre videatur, *propt* terdum de eo ponitur, quod finem rei propositum cat, aut consilium agendi. Nam etiam hoc potest gere et commovere animum, ut agat: quod ne videtur Haasius in Reisigii Gramm. p. 733. Seq etiam *ut.*

Cic. de Fin. 1, 26, 83. *caritas — quae faciat amicitiam sua sponte vi sua, ex se et propter se expetendam.* de A 80. *ita pulcerrima illa et maxime naturali carent amicitia et propter se expetenda.* i. e. *an sich und um ihrer selbs len.* Vide Goerenz. ad Cic. de Fin. in Addendis p. 69 1, 26, 82. *primo utilitatis caussa amicum expeti: quum usus accessisset, tum ipsum amari propter se.* i. e. ut am

Sallust. Iug. 100, 1. *quae* (hiberna) *propter commea oppidis maritumis agere decreverat.* quae Kritzius quum casset his verbis: „eo ut commeatus copiam haberet," sius eum reprehendens reddit sententiam his: „quia ib meatus copia erat:" at commeatum aliquando import recte intelligimus. Quintil. 5, 8, 1. *dum laudis falsam im persequuntur, ipsa, propter quam dicitur, victoria cedunt.* 11, 7, 4. *urbis potiundae non propter praedam cupido cu*

Quod ad finem comprobandum afferunt Cic. ad Att. 7, 5. *quem — propter humanitatem et modestiam malo salvum quam propter usum meum:* id parum valet. Nam iudicandi causea eadem erat in *humanitate* et in *usu* posita.

Quintil. 4, 4, 4. *item in caussis obscuris aut multiplicibus, nec semper propter hoc solum, ut sit caussa lucidior, sed aliquando etiam ut magis movent.* 12, 1, 34.

7. Fortasse etiam ea distinguenda sunt, in quibus *ropter* significat, id, quod agitur, spectare ad aliquam m aut habere cum ea rationem. Paullum abest, quin ro *de* accipiamus.

Quintil. 3, 8, 18. *aut propter ipsam rem, de qua sententiae rogantur, consultabitur, aut propter alias intervenientes extrinsecus caussas. Propter ipsam deliberant patres conscripti, an stipendium militi constituant.* Redde *in Beziehung auf.*

Quintil. 9, 4, 143. *nec potest ei credere, aut propter eum dolere et irasci iudex.* 4, 3, 1. *probanda sunt enim, quae propter hoc exposuimus.*

8. *Propter hoc* sequente relativo et *propter quod* ici, non est quod notemus: sed illud animadvertamus *ropter hoc, propter quod, propter quae* in transitu rationis poni pro *propterea, quare.* Videtur autem oc ad usum singulorum scriptorum pertinere.

Varro de Re r. 3, 16, 14. *propter hoc siculum mel fert palmam.* Quintil. 7, 6, 6. *propter hoc proponunt quidam tale genus controversiarum, in quo nullum argumentum est, quod ex lege ipsa peti possit.* In quibus Spaldingius sine iusta caussa dubitavit.

Quintil. 8, 2, 24. *quare non ut intelligere possit, sed, ne omnino possit non intelligere, curandum. Propter quod etiam repetimus saepe quae non satis percepisse eos, qui cognoscunt, putamus.* 2, 3, 3. 4, 1, 56. Columell. 1, 6, 18. *propter quod torcular debet a meridiana parte illustrari.* 6, 32, 2. 8, 17, 15.

Quintil. 2, 13, 14. *propter quae mihi semper moris fuit* etc. 10, 1, 61. Columell. 6, 6, 1. *cruditatis signa sunt crebri ructus ac ventris sonitus, fastidia cibi, nervorum intentio, hebetes oculi. Propter quae bos neque ruminat neque lingua deterget.*

9. Post suum nomen particulam collocari, monstrant on modo poetarum exempla, sed etiam scriptores quilam prosaici, praeter usum relativi pronominis. Forbier ad Lucret. 4, 1023.

Epistol. 3, 338. *quanto quisque sibi plura negat tanto* [illegible] *plus* [illegible] *ster.* 4, 1662.

Post relativum praecedit Plaut. Amph. 4, 1, 8. Cic. d 7, 22. in Pis. 2, 15. Virgil. Aen. 12, 177.

Tacit. Ann. 4, 48. *translata delicti causa locum propt* 67. *etiam propter natus citatus.*

*) Nihil frequentius quam vocabula *propt propter* commutata: vd. Drakenb. ad Liv. 4, 61, 10. mann. ad Ovid. Met. 5, 159. et *prope*: vide supra. *per* commutatur: vd. Quintil. 7, 10, 13.

PROPTEREA.

1. *Propterea* factum est ut *praeterea*, nec iis das, qui rectius scribi existimant *propter ea*. Et non poetae erant, qui mensuram vocabuli const rent, sed ratio eadem, qua *adeo* dicebatur. Atqu modo etiam *quapropter* constat, et *id propteres* comicos reperimus. Redit autem significatio fer id, quod verbis *propter ea* exprimitur: *desswegen, weswegen.*

Plaut. Capt. 3, 4, 57. *propterea ad patrem hinc cunc darum.* Stich. 1, 3, 25. *per annonam caram dixit me pater: propterea, credo, nunc esurio acrius.* Terent. Andr 29. *et is nunc propterea tibi succenset.* Hec. 4, 4, 89. *pr hucc ira est.*

2. Additur caussa, quapropter aliquid fiat, per ticulas *quod*, *quia*, *ut*. *Quoniam* nemo posuit pr Gellium.

Terent. Andr. 1, 1, 10. *feci, e servo ut esses libertus propterea quod serviebas liberaliter.* Cic. ad Fam. 5, 18, 1 *solandus ipse sum, propterea quod nullam rem gravem in tuli quam incommodum tuum.* 9, 18, 1.

Plaut. As. 2, 3, 5. *at censebam attigisse, propterea hu habebas iter.* Capt. 1, 2, 71. *quia mihi est natalis dies pterea te vocari ad coenam volo.* Cic. de Div. 2, 22, *mirabilis, propterea quia non saepe fit.* ad Fam. 10, 33,

Gellius 3, 6. *propterea, inquit Plutarchus, in certaminibu mum signum esse placuit victoriae, quoniam ingenium ei ligni est, ut urgentibus opprimentibusque non cedat.*

Plaut. Bacch. 4, 7, 14. *propterea hoc facio, ut suadeas gnato meo, ut pergraecetur tecum.* Terent. Hec. 1, 2, 31. *haud propterea te rogo, ut hoc proferam, sed ut tacita mecum gaudeam.* Cic. p. Lig. 3, 8. *haec propterea de me dixi, ut mihi Tubero — ignosceret.* ad Fam. 13, 67, 3.

3. Interdum non tam caussa intelligitur, quam res, ad quam id, quod agitur, spectat. Ea enim opportunitatem praebet agendi.

Terent. Andr. 3, 4, 3. *ego dudum nonnihil veritus sum, Dave, abs te, ne faceres idem, quod vulgus servorum solet, dolis ut me deluderes, propterea quod amat filius.* i. e. *in Beziehung, in Rücksicht.*

4. *Eapropter* mutato ordine apud Lucretium legitur 4, 314. *dextera eapropter nobis simulacra remittunt.* Servius ad Virgil. Ecl. 7, 31. affert Terentii verba ex Andr. 5, 5, 3. *ego deorum vitam eapropter sempiternam esse arbitror.* quae unus Bentleius comprobavit. In Columell. 8, 14, 11. vulgo legebatur: *hoc modo duobus mensibus pinguescunt, et eapropter etiam tenerrima pullities saepe XL diebus redditur opima.* In libris antiquis legitur *etiam propter nimiam pullitiem saepe* etc. Schneiderus, Palladium sequutus, scripsit *pinguescunt etiam maiores: nam tenerrima pullities saepe* etc. Illud constat, *eapropter* non scripsisse Columellam. Solin. Polyh. 35. *lignum caudicis attrectatum ferro sine mora emoritur: eapropter aut vitro aut cultellis osseis, sed in solo cortice artifici plaga vulneratur.* Ita convenire videmus postremae aetatis usum cum antiquissimo. Accentus in coniunctis vocabulis unus fuisse videtur.

5. *Id propterea* legitur apud Terentium Andr. 2, 5, 1. *herus me relictis rebus iussit Pamphilum hodie observare, ut quid ageret de nuptiis scirem: id propterea nunc huc venientem sequor. Ipsum adeo praesto video cum Davo. Id,* quod in verbis *ideo, idcirco* coalescit, praemitti vocabulo *propterea*, non mirum videtur. *Propterea* poterat loco *propter* poni. Nec argumenta valent, quibus Bentleius versum tertium abiiciendum esse affirmavit: nec Ruhnkenius ad Muret. Tom. 2. p. 889. dubitare debebat, sed monere, hanc vulgaris sermonis dictionem alienam esse ab oratoria elegantia.

PROQVAM.

Duo sunt loci Lucretii, in quibus legitur *proquam*, sed non sine magna librorum scriptorum discrepantia: 2, 1187. *nec satis est, proquam largos exaestuat aestus, unde queant tantum suboriri.* 3, 200. *igitur parvissima corpora proquam et levissima sunt, ita mobilitate fruuntur,* Scioppius in Suspect. Lect. 1, 14. vindex vocabuli exstitit acerrimus, nec tamen omnem dubitationem sustulit. E Gifanii libro restituerunt in Symmach. Epist. 1, 18. *non satis mihi viderer, proquam res postulat, fungi debitum meum.* pro eo quod antea legebatur: *plusquam* vel *prout.* Cf. Sciopp. Verisim. 2, 1. Comparavit ille *prout,* quod idem esset. Vtrumque vero vocabulum uno cum accentu pronuntiabatur.

PRORSVM. PRORSVS.

Ex adiectivo *prorsus,* quod est *pro versus,* adverbium est factum *prorsum* et *prorsus.* Festus p. 234. Mull. *prorsus, porro versus, nisi forte ex graeco κρός.* Plautum et antiquiores scriptores unum *illud prorsum, quorsum, rursum* usurpasse, postea elegantiores et *prorsum* et *prorsus* dixisse, docuerunt Lingius in Quaest. Plaut. p. 41. Reisigius in Gramm. p. 211. sed nec grammatici veteres, nec libri scripti hanc opinionem confirmant: unde igitur eam petamus? Quamquam facile concedi potest, antiquiorem fuisse formam in *um* exeuntem, ut in reliquis huius generis vocabulis. Vide Tom. 1. p. 179. Sed regulam, quam confecit Gernhardus ad Cic. Cat. 12, 42. ex qua *prorsus* non ante consonantes, *prorsum* etiam ante vocales et ante litteram *h* poneretur, eam antiqui libri scripti non stabiliverunt, nec auribus est iudicandi ius concedendum, quae erat Waltheri sententia. Nihil igitur restat quam ut in codicum auctoritate acquiescamus. Subtilior est ratio a Bentleio ad Terent. Heaut. 4, 5, 28. prolata. Cf. Goerenz. ad Cic. de Leg. 1, 7, 22. de Fin. 4, 17, 46. Beier. ad Off. 3, 16. 68. Reisig. Grammat. p. 211. ibique Haasium. In adverbio litteram *r,* quae in adiectivo *prosus, prosa* omitti solebat, numquam excidisse, exposuit Schneiderus in Gramm. Tom. 1.

471. Aliter Palmerius in Spicileg. 4. p. 772. Tom. 4. Thes. Gruter.

Vocabulum hoc ex *pro et revorsus* factum esse nemo credet Herzogio, qui ita existimavit ad Caes. B. civ. 2, 12.

Significatio huius vocabuli simplex et una est: nam quod dicitur *porro* et *recta via* fieri, id transfertur ad rationem rectam, non ambiguam.

1. Primum igitur opponitur transversum et retro motum. Est igitur *porro, vorwärts*, etiam de temporis cursu.

Lucilius apud Nonium 4, 186. et 4, 441. *quid sibi vult? quare fit, ut intro versus et ad te spectent atque ferant vestigia se omnia prorsus?* Plaut. Pseud. 4, 1, 45. *non prorsus, verum ex transvorso cedit, quasi cancer solet.* Apulei. de Deo Socrat. p. 43, 9. *quos deos Plato existimat naturas incorporales, animales, neque fine ullo neque exordio, sed prorsus et retro aeviternas.*

Cic. ad Att. 14, 20. *prorsus ibat res.*

2. Tum dicitur pro *recta via, recto*. Ruhnken. ad Terent. Ad. 4, 2, 11.

Plaut. Mil. 4, 4, 56. *prorsum Athenas protinus abibo tecum.* Pers. 4, 5, 5. *simulato quasi eas prorsum in navem.* Cist. 4, 2, 32. *neque prorsum iniit hac.*

Ovid. Fast. 1, 173. *ut possis aditum per me, qui limina servo, ad quoscumque voles, prorsus habere deos.* Esset *adire prorsus.* Sed ex aliis libris Merkelius edidit *inquit.*

3. Sicuti Germani rem non dubiam aut absolutam significant verbo *geradezu*, ita etiam Latini *prorsus* dicunt de rebus, quae vel dubiae vel nimiae videri possunt, designandis et confirmandis. Intelligitur enim nil impedire, quominus rem ita designemus. Quare non opus est ad reddendam hanc notionem aliis verbis *allerdings, gänzlich.* Donatus ad Terent. Eun. 2, 3, 14. *ita prorsum oblitus sum: prorsum, recta, id est omnino: nam prorsum est porro versum, id est ante versum.* Idem tamen ad Adel. 5, 3, 58. *prorsum autem certe, recte ac vere significat.* Collocatur particula haec fere cum verbis magna et nimia et extrema significantibus, et dicitur de rebus sine cessatione aut dubitatione agendis, ubi Germani loquuntur *ohne weiteres.*

Plaut. Curc. 5, 3, 3. *non male creditur, qui numquam nidunt, sed prorsum perit.* i. e. *es geht geradezu verloren.* Ibid. 2, 7, 27. *sed cesso prius, quam prorsus perii, currere?* Epid. 4, 2, 12. *argentum egurgitem domo prorsum.*

Plaut. Asin. 4, 1, 3. *tu poeta es prorsus ad eam rem unica.*

Cato apud Charis. 2, 162. p. 189. *prorsum, quodcumque iubebat, fecisse neque quemquam observavisse.* Cic. ad Att. 4, 12. *prorsus id facies.* i. e. *sine dubitatione, ohne weiteres.* Cato apud Festum p. 234. *quum Romam veniebant, prorsus deverti-bantur pro hospitibus ad amicos suos.*

Cic. Tusc. 2, 5, 14. *ita prorsus existumo.* de Leg. 2, 10, 2. *immo prorsus ita censeo.* de Fin. 2, 27, 67. *ita prorsus.* ad Fam. 13, 33, 1. *Cn. Otacilio Nasone utor familiarissime, ita prorsus, ut illius ordinis nullo familiarius.*

Cic. de Nat. d. 3, 8, 21. *sin autem id dicis, nihil esse mundo sapientius, nullo modo prorsus assentior.* Erravit Heindorfius, quum scribendum esse putabat *nullo prorsus modo:* nam *prorsus* cohaeret cum verbo *assentior.* Est enim *keineswegs pflichte ich geradehin bei.*

4. Cortium sequitur Kritzius, quum ad Sallust. Cat. 15, 5. Müllerum reprehendens ait, hanc vocem, si in fine expositionis cum verbo coniungatur, comprehendendi vim habere ac significare *ut paucis complectar.* Vnde exsistat haec notio, non patet. At manet etiam in his ea significatio, qua aliquid magni aut maioris momenti affirmetur atque proprio nomine suo appelletur: quod est *geradezu, geradehin:* atque potest aliis praemissis addi quod expositionem absolvat certo iudicio. Cortius illam dictionem Sallustio propriam assignat.

Cic. de Leg. 2, 10, 24. M. *Ain tandem, Attice, non es dicturus aliter?* ATT. *Prorsus maiorem quidem rem nullam sciscam aliter, in minoribus, si voles, remittam hoc tibi.* Etiamsi referas *prorsus* ad negationem, tamen sententia est ita comparata, ut dubitationem omnem removeat et absolutum exhibeat iudicium.

Sallust. Cat. 15, 5. *colos exsanguis, foedi oculi, citus modo, modo tardus incessus, prorsus in facie vultuque vecordia inerat.* i. e. ut suo nomine recte appellem, *geradezu.* 23, 2. 25, 5. Iug. 30, 3. 76, 4. *contra haec oppidani festinare, parare: prorsus ab utrisque nihil reliquum fieri.*

Locus est epistolae Coelii ad Cic. 8, 9, 2. *exspectationem corripit: Curionem prorsus curionem non mediocriter obiurgatu*

hac repulsa se mutavit: ut in cod. medic. legitur. Haec errore librarii corrupta esse videntur: nam verba *prorsus curionem* eo modo dicta, quo in loco supra allato *prorsus unicus*, ne loco quidem accommodari possunt. Ordine verborum turbato reliqua etiam corruptela laborant. Coelius scripsisse videtur: *non mediocriter obiurgat Curionem: prorsus hac repulsa se mutavit.*

5. Ita fit, ut saepe fere idem exprimat quod *adeo.*

Cic. ad Fam. 4, 10, 2. *venies enim, mihi crede, exspectatus, neque solum nobis, sed prorsus omnibus.*

6. Notandum est, quomodo particula cum adverbiis coniungatur.

Cic. ad Fam. 6, 21, 6. *hoc mihi prorsus valde placet.* ad Att. 16, 6. *affatim prorsus:* de quo loco dixi Tom. 1. p. 201. 16, 15. *de summa autem agi prorsus vehementer et severe volo.*

7. Recentiores, non antiqui scriptores componere solebant *prorsus ut*, non interposito nomine *ita*, aut continuata oratione. Similiter iidem dixerunt *prorsus quasi* i. e. *gerade als wenn.*

Plin. Hist. n. 14, 5, 7. *quibus praeceptis si ille obtemperavisset, profecto amicos in temulentia non interemisset. Prorsus ut iure dici possit, neque viribus corporis utilius aliud, neque aliud voluptatibus perniciosius, si modus absit.* Flor. 1, 11, 15. *intra quindecim dies coeptum peractumque bellum: prorsus ut festinasse dictator ad relictum opus videretur.* Iustin. 2, 1, 4. Gellius 2, 23.

Iustin. 1, 7, 16. *prorsus quasi silentium damnum pulcritudinis esset.* 2, 12. *miserat Xerxes quatuor millia armatorum Delphos ad templum Apollinis diripiendum: prorsus quasi non cum Graecis tantum, sed et cum diis immortalibus bellum gereret.* 8, 1, 6,

8. Cum negandi vocabulis *prorsus* coniungitur, ut ea distincte et absolute negetur. Attamen vel cum ipsa negatione ad verbum pertinet: quo aliquantum differunt *non prorsus* et *prorsus non.* Dixi de hac re p. 260. Nunc video etiam Madvigium ad Cic. de Fin. 2, 5. de ea disputasse.

Terent. Hec. 4, 4, 51. *enimvero prorsus iam tacere non queo.* Heaut. 4, 5, 28. *prorsus nihil intelligo.* Plaut. As. 1, 3, 83. *nec quemquam interea alium admittet prorsus quam me ad se virum.* Most. 1, 3, 149. *qui invident, ne umquam eorum quisquam invideat prorsus commodis.* i. e. prorsus numquam. Trin. 3, 3, 1. *nullo modo potest fieri prorsus.*

Cic. Tusc. 1, 5, 9. M. Nemo ergo non miser. A. Prorsus i. e. sine ulla exceptione.

9. Ex his, quae attulimus, facile intelligitur, tenus particula haec etiam ironice inservire possit. enim eius vim dubitatione remota.

Curt. 5, 5, 13. grati prorsus coniugibus, quae iuvenes d[illegible] revertemur?

PROTINAM. PROTENVS. PRO NVS. PROTINIS.

Obsoletum verbum *teno* sive *tino*, quod est cum τείνω vel τείνω, originem dedit adverbiis *tinam* *nus*, *tenus*, *tinis*, alternante vocali. In *tenus* autem prie inest non finis notio, sed rei tendendae vel tendendae; quare coit cum simili vocabulo *pro* minatio in *am*, quae est accusativi, tantum apud quissimos poetas exstat, altera in *um* numquam in venisse videtur, sed mutata in *us*. Hoc enim fiebat alia declinatione, sed mobili pronuntiatione extr syllabae. Neque aliter commutabantur mediae syl *e* et *i* et extremae *us* et *is*. Nec cum Heynio (ad gil. Ecl. 1, 13.) dixerim antiquiorem esse formam *tenus*. De universo usu huius vocabuli disputavit nius Marc. 4, 384. variam significationem consti antiquum usum a recentiore non distinguens.

Flavius Caper p. 2243. *protenus per e adve locale est, id est, porrotenus, ut, quum protenus ut tellus una foret: protinus per i adverbium est te rale, id est, statim: protinus Aeneas celeri certa gitta*. Eadem Beda p. 2343. Hanc grammaticorum ctrinam iam Pierius in Castigat. Virgil. Ecl. 1, 1 Arntzen. ad Aurel. Vict. p. 417. refutarunt, nemo respiciet. Significatione enim nihil differunt forma diversae.

1. Significant vocabula *protinam* et *protinus* gressum et continuum motum, quasi tensionem, ut fere sit quod *porro: vorhin, vorwärts*. Componitur cum verbis movendi, eundi, fugiendi, nec refert, u longior sit progressus an non. Hic autem usus e tiquus, a quo recentior differt magnopere.

Varro de Ling. lat. 6. extr. (7, 6, 101.) (Naevius) *in Lampadione protinam a protinus continuitatem significans.*

Plaut. Curc. 2, 3, 84. *estium ubi conspexi, exinde me illico protinam dedi.* Nonius allato hoc loco addit: *quasi in longam fugam.* Idem: *Naevius Colace: ubi vidi, exanimabiliter tumidis pedibus protinam me didi. Id est, longius fugi. Afran. Epist. commissa: tum protenis recta domum digredimur.* Plaut. Bacch. 3, 1, 7. Cas. 5, 3, 16. *hac dabo protinam me in fugam.* ubi Dousa emendavit. Pseud. 2, 1, 13. *post ad oppidum hoc vetus continuo mecum exercitum protinus obducam.* Cic. de Div. 1, 24, 55. *praecepisse, ut pergeret protinus: quod retro atque a tergo fieret, ne laboraret.* ad Fam. 3, 6, 4. *magnopere a me petivit, ut Laodiceam protinus irem.* Manil. 1, 811. *sunt etiam rarae sortis natalis euntes protinus.* Liv. 9, 2, 9. ubi *protinus pergere* idem est quod paullo ante *ire porro pergere.* 23, 18, 13. Virgil. Ecl. 1, 12. *ipse capellas protenus aeger ago.* Recte monuit Heynius esse *ante se agere:* Servius enim explicuerat *longe a finibus.* Aen. 10, 339. *traiecto missa lacerto protinus hasta fugit.*

Cic. ad Att. 11, 21. *illum arbitrantur protinus Patris in Siciliam.*

2. Tum *protinus* de ordine ac consequutione agendarum rerum usurpatur, ut significet *deinceps*, et de eo quod procedendo aut promovendo efficitur. Germani iount *weiter.*

Sisenna apud Nonium l. l. *nocte consumpta postero die per incertas vias Eserniam, inde Romam protinus profugerat.*

Cic. de Inv. 2, 2, 8. *discipulorum autem atque eorum, qui protinus ab hac sunt disciplina profecti, multa de arte praecepta reperimus.*

Virgil. Ge. 4, 1. *protenus aërii mellis coelestia dona exsequar.* i. e. progrediens. Horat. Epist. 1, 18, 67. *protenus ut moneam.* i. e. ut monendo procedam, ut monere pergam. Celsus 2, 33. *de quibus protinus dicturus sum.*

Cic. ad Q. fr. 3, 8. *tu velim cures, ut sciam, quibus nos dare oporteat eas, quas ad te deinde litteras mittemus: Caesarine tabellariis, ut is ad te protinus mittat, an Labieni.* i. e. porro: *dafs er sie weiter schicke.* Tubero Hist. apud Nonium l. l. *si quid a parentibus acceptum protinus antiquae memoriae tradiderunt.* Ita scribendum et intelligenda videtur memoria venerabilis et sancta. Horat. Epist. 1, 12, 31. *sic vives protinus.*

3. Haec ratio convenit cum iis, quibus scriptores tum describunt locorum velut serie continuata cohae-

rentium, quae nihil habent intermedium. Sed de ipsis locis continuis et extentis dicitur.

Plin. Epist. 5, 6, 32. magnis publicae fabricae triclinium eorum ab ipsum dominum, ut protinus pratum, nemusque ... functoris. Tacit. Germ. 45, 12. protinus silvae ab ... Virg. Aen. 3, 424. haud longo ex quadrilla et ... — Siculique fretis, quum protenus attigerit tellus ... continens. vide Cortium.

Plin. Hist. n. 5, 9, 12. (Nilus) origitur — qui prot habet; lege protinus stagnante. I. e. quod Hirt. Gall. 1 latius extenta lacrima stagnat lacu.

Colum. 7, 21, 2. si serotinum (lactucam) et sub hoc protenus est etc. i. e. cum serotino nexum.

4. Ita fit etiam, ut significet iugiter, continue, cum intermissione. Vide Servium ad Virgil. Aen. 7

Virg. Aen. 7, 691. mos erat Hesperio in Latio, quem p urbes alumnos colere sacrum. 9, 337. *felix si protenus illi* quoscet nocti ludum.

5. Hinc transitus ad tempus. Atque de tempore tinuo et proximo *protinus* ita usurpatur, ut Cerv rum *sofort*, *straks*. Hic vero usus post Ciceroni rum invaluisse videtur. Nam nullus est comic nec aliorum antiquiorum scriptorum locus, u meram temporis notionem agnoscas. Atque Non 384. *protinus, ubicumque lectum est, contra usu tellectus communis, quo statim significare cr positum invenitur.* Vno in loco Cicero de Inv. 2, *principium est oratio perspicue et protinus con auditorem benivolum:* quod intelligi posset de dente oratione, nisi legeretur in Rhetor. ad Heren 6. *principium est, quum statim auditoris animu bis idoneum reddimus ad audiendum:* ad quae dere animum debebant ii, qui de auctore horum rum disputarunt. Reliqui vero Ciceronis et Caesar ita sunt comparati, ut verbo addito simul prog memoretur, veluti Caes. B. gall. 2, 9. *hostes pr ex eo loco ad flumen Axonam contenderunt.* Be 1, 14. *tantus repente terror invasit, ut, quum lus consul ad aperiendum aerarium venisset, — nus aperto sanctiore aerario ex urbe profugeret.* 5, 18. *ex hac fuga protinus quae undique conve auxilia discesserunt.* Neque aliter Plautus Pers. 4

l. 8, 4, 56. Addunt *continuo*. Plaut. Bacch. 8, 1, 7. eud. 2, 1, 13. Post Ciceronem scriptores hoc vocabulo bantur ad quamcumque rem statim nec alia interce- nte factam breviter significandam. Atque in hac elo- utione adverbium non minus ad participium, quod ap- nitur, spectat quam ad verbum. Cf. Lippert. ad Caes. gall. 5, 17. Apud Celsum et Plinium et Quintilianum il frequentius hoc vocabulo.

Cum verbis abeundi, proficiscendi, adeundi composita est particula apud Liv. 21, 9, 3. 23, 18, 13. 27, 4, 6. 24, 9, 2. Cornel. Thras. 2, 5. Virgil. Aen. 4, 196.

Liv. 41, 5, 9. *auxiliis protinus per civitates Galliae militibusque coloniis imperatis.* **Plin. Hist. nat. 9, 42, 66.** *assultant illi protinus.* **16, 6, 9.** *si aestu excepta est, arescit protinus.*

Celsus 3, 18. *plerumque breve esse consuevit, levatoque accessionis impetu protinus mens redit.* **Plin. 35, 10, 36, 11.** *ferunt artificem protenus contemplatum subtilitatem dixisse Apellem venisse.* **i. e.** *sobald er erblickte.* **Quintil. 10, 7, 21.** *exposita controversia protinus dicere.*

6. Ita factum est, ut scriptores antiquum usum latantes *protinus* de proximo temporis momento nibus iis dictionibus accommodarent, quae verba *sta- , simulac* admittunt. Dicebatur igitur *protinus quum, otinus ut, protinus ubi, protinus quam, protinus a* cum simplici ablativo, *protinus post.*

Plin. Hist. n. 18, 17, 44, 2. *venti autem tribus temporibus nocent frumento et hordeo: in flore, aut protinus quum defloruere, vel maturescere incipientibus.* **33, 8, 43.** *his coticulis periti, quum e vena ut lima rapuerint experimentum protinus dicunt, quantum auri sit in ea.*

Plin. Hist. n. 10, 28, 40. *protinus intercunt quam litatum est ei deo.* **15, 15, 17, 18.** *in cinere lixivio tingunt protinus quam detrahere vitibus.*

Celsus 3, 6. *periti medici est, non protinus ut venit apprehendere manu brachium.* **Est quod antea** *quum primum medicus venit.* **5, 26, 26. Quintil. 1, 1, 3.** *protinus ut erit parens factus.* **Valer. Max. 5, 4, 4.** *protenus ut e Capitolio descendit.*

Celsus 3, 6. *id potius eligendum est, adeo ut, ubi accessiones continuantur, protinus — dandus cibus sit.* **1, 3.**

Celsus 3, 9. *neque ideo tamen non est temeraria ista medicina, quia plures, si protinus a principiis excepit, interemit.* **7, 3.** *solet*

tamen evenire vel a prima natali die protinus vel pa 7, 26, 5. Plin. Hist. n. 20, 21, 84. *protinus a partu.*

Plin. Hist. n. 7, 1, 1. *protinus vitae principio.* Sueto 88. *liberis senatorum, quo celerius reipublicae adsuesce tinus virili toga latum clavum induere — permisit.* Ita nonnulli, nec opus est ulla mutatione.

Celsus 5, 26, 26. *protinus post cibum.* 5, 27, 2. Gaius *necessarius heres est servus cum libertate heres institutus, i pellatus, quia — omnimodo post mortem testatoris protin et heres est.*

7. Intelligitur etiam nihil antea agendum vel esse, sed fieri vel factum esse rem illico aut sine id est *alsbald, sogleich.*

Celsus 5, 26, 35. *optime autem educit superimposita a radix: si tenera est, protinus contrita, si iam durior, mulso decocta.*

Quintil. 11, 3, 157. *non protinus est erumpendum, sed brevis cogitationi mora.* Plin. Epist. 10, 85, 3.

Plin. Hist. n. 12, 9, 19. *quarum ictu protinus morienda* Vellei. Pat. 2, 71, 5. *uno ictu transfixus exspiravit protin* Kritz.

Horat. Sat. 2, 5, 21. *tu protinus, unde divitias aeriqu dic, augur, acervos.* Quintil. 10, 3, 18. *protinus ergo curam rectius erit.* Curt. 4, 1, 25. *admiiti eum rex protin sit.* 8, 6, 26.

8. Itaque primum tempus opponitur posterio que dicitur *protinus initio, protinus principi* Germani *gleich anfangs.* Sed ipsum etiam adv id significat. Nec desunt duriores orationis stru *Non protinus* reddamus *nicht sogleich.*

Plin. Hist. n. 17, 2, 2. *ergo tempestivae aquae hib mum imbribus, deinde germinationem antecedentibus: tempus est, quum educant poma, nec protinus, sed ia fctu.* 18, 10, 20, 4. *nec protinus, sed tertio anno.*

Celsus 2, 7. extr. *protinus initio dolor et tussis fuit.* 3, *die protinus.*

Vellei. Pat. 2, 94. *qui protinus, quantus est, sperm* Celsus 7, 26, 5. *quae praesagire protenus licet.* 2, 5 *tamen signa quaedam sunt.*

Quintil. 1, 1, 35. *protinus enim potest interpretatione secretioris — ediscere.* 4, 1, 68.

Hist. n. 2, 16, 13. *hoc non protinus intelligi potest visu nostro, ideoque existimantur stare.*

Plin. Hist. n. 12, 13, 28. *carpitur cum radice, manipulatim leniter componitur, protinus fragile.*

Celsus 8, 10, 7. *nec protinus exercendum id membrum est.* 2, 6. Quintil. 10, 4, 5.

9. Iidem scriptores recentiores hanc particulam adeo tum designandum usurpabant, qui non intercedente ageret ipse, et de re, quae nulla sub conditione et. Illud barbari dicunt *immediate.*

Vlpian. in Dig. 44, 5, 8. *etenim parvi refert, protinus libertus patrono cogatur, dare, an per interpositam fideiussoris vel rei personam.*

Celsus 8, 1, p. 502. *summa igitur* (vertebra) *protinus caput sustinet.* i. e. *stützt unmittelbar das Haupt.* Vlpian. in Dig. 14, 6, 9, 1. (pecuniam) *videri a donatore profectam protinus ad creditorem.*

Cod. Iustin. 1, 11, 1. *placuit omnibus locis atque urbibus universis claudi protinus templa.*

10. Quod cum aliqua re continens et iunctum est, dicitur *protinus*, hoc est *simul* esse. Quare adhaerent vocabula *etiam, quoque.*

Quintil. 5, 14, 1. *quod habet propositionem coniunctamque ei protinus probationem.* 11, 3, 156. *paullum commorandum, ut amictus sit decentior et protinus aliquid spatii ad cogitandum.* 1, 11, 14.

Quintil. 2, 15, 34. *nam et orationis omnes virtutes semel complectitur, et protinus mores etiam oratoris.* 9, 2, 95. 8, 3, 9. *protinus in id quoque prodest* etc. 2, 5, 6.

11. In asseverandis et concludendis argumentis et constituendis sententiis *protinus* usurpatur, ut appareat argumentationem directo confici, aut rem sine interposita conditione peragi, aut eam vere constare: quod Germani exprimunt verbis *geradehin, ohne Weiteres.*

Quintil. 2, 21, 10. *neque protinus non est materia rhetorices, si in eadem versatur et alius.*

Seneca Epist. 40, 1. *numquam epistolam tuam accipio, ut non protinus una simus.* Quint. 7, 4, 38. (quaeritur) *an protinus, qui non reddidit, ingratus sit.* 7, 1, 58. *illud protinus non indi-*

gnata, quid adnotatur. 5, 10, 119. (Istae dico) *ne ea, qui scribit illa, si cetera negligent, perfectae praetium atque (malae putent.*

PROVT.

Pro de ratione, quae rebus diversis convenit pendenda usurpari expositum est p. 584. Dicitur *pro eo, ut,* de quo vide p. 586. Sed protenus illa particula ad comparativam, ut fiat *prout:* unde intelligitur, quam perversa sit eorum opinio, qu verba disiuncta scribi iubent. Nec poetae, qui ha ticula utuntur (sunt Horat. Sat. 2, 6, 67. Ovid. H 227. Auson. Mosell. 372.), eo nos perducunt, ut mus prioris nominis vocalem elidi. Tantum eni erat, ut Latini *deinde, proinde, prout* disiunctis libus pronuntiarent, ut eas obliqua voce fere coniungerent.

1. Antiquum tempus non cognitam habuit hanc cem, nec ea invenitur apud comicos. Significat *tenus, pro ratione* (*je nachdem*), et pene idem qu

Quintil. 4, 1, 60. *sed haec, prout formari animos iudi podiet.* idem dixit 4, 1, 15. *pleraque augenda aut minu expedict.*

Cic. in Verr. 2, 34, 83. *prout thermitani hominis f ferebant.* Phil. 5, 27, 46. *rationem, quamcumque magi appeteret, ita haberi, prout haberi lege liceret.* ad Att. 11, *litteras, prout res postulat, exspecto.* Caes. B. civ. 3, 6 *cuiusque eorum — aut natura aut studium ferebat.* Liv. *prout res haud opulentae erant.* 9, 43, 12. 38, 40, 14 *locus iniquus aequusve his aut illis, prout animus pugnant — varia pugnae fortuna est.* Celsus 4, 15. 2, 14. Plin. 10, 63, 83. 31, 6, 31. Plin. Epist. 4, 30, 6. 6, 16, 6. Hist. 2, 98.

In disiunctiva sententia Plin. Epist. 6, 16, 6. cand *terdum, interdum sordida et maculosa, prout terram ci sustulerat.* 9, 33, 12. *quod vice alterna, prout aestus aut sit aut impulit, nunc infertur mari, nunc redditur stagno* Hist. 2, 10. *prout potens vel inops reus inciderat.*

Celsus 5, 20. Sueton. Claud. 15. Quintil. 1, 7, 2. *ordo quoque rerum aut affert aut detrahit fidem: multi magis, res prout congruunt aut repugnant.* Spaldingi

Gesnero desiderat verbum aliquod, veluti *prout ponuntur*: quo recepto Quintiliani sententia prorsus mutaretur. Tacit. Ann. 1, 28.

Quomodo *proinde* cum *prout* componatur, vide p. 460.

2. In hac comparatione rerum serioris aetatis scriptores interposuerunt *ita*.

Celsus 4, 4, 5. *prout sedes ipsa est, ita varia et periculosa genera morborum fiunt.* Plin. Hist. n. 5, 9, 10. *observatum est, prout in Mauritania nives imbresve satiaverint, ita Nilum increscere.* 28, 2, 4. Plin. Epist. 5, 21, 7. *honesta consilia vel prava, prout male aut prospere cedunt, ita vel probantur vel reprehenduntur.* Senec. Quaest. nat. 1, 5, 6.

3. Carminibus non satis aptum erat hoc vocabulum, nec tantum ob formam, sed etiam propter notionis sterilitatem. Exstat tamen apud Horatium Sat. 2, 3, 67. *prout cuique libido est, siccat inaequalis calices conviva.* ubi Bentleius negans poetarum usum e codice Colbertino recepit *quum*, *ut cuique libido est* etc. Ovid. Her. 21, 227. *adspiceres vellem, prout ipse rogabas.* ubi Ruhnkenius: haec vox satis ostendit, huius epistolae auctorem cadente latinitate scripsisse. Auson. Mosell. 372. *mille alii, prout quemque suus magis impetus urget, esse tui cupiunt.* Quare valde dubium videtur, an Horatius hoc vocabulo umquam usus fuerit.

4. Auctor Belli hispaniensis suam aetatem prodidit, quum nomine Pompeii scribebat c. 26. *etsi, prout nostra felicitas, ex sententia adversarios adhuc propulsos habemus, tamen* etc. hoc est, *quae nostra est felicitas.* Nemo antiquorum tam perverse loquutus est.

PVTA.

Puta imperativus vulgari sermone transiisse narratur in adverbii usum, ut demonstrandae rei singulari vel inducendo exemplo cuidam inserviret: tamen ubi ita dicitur, semper per se constat atque ad totam sententiam animadvertendam spectat. Mansit igitur prima significatio. Grammatici vero adverbialem naturam in eo cognovisse sibi visi sunt, quod brevis esset extrema syllaba. Priscianus p. 1007. *A igitur terminantia vel primitiva sunt, ut ita, quod solum a correptum habuit: quamvis quidam puta quoque adverbium esse acci-*

piant, ideoque Persium id corripuisse, ut: hoc puta non iustum est, illud male, rectius illud. Servius ad Virg. Aen. 2, 651. *praepositiones vel adverbia in o exeuntia modo producunt ultimam litteram, excepta puta et ita: quia apud Ennium et Pacuvium brevia sunt.* Nullum tamen exemplum Ennii aut Pacuvii notum est traditum, nec compertum habemus, quibus exemplaribus grammatici usi fuerint. Persii libri enim, qui adhuc exstant, meliores praebent *puto.* Vt paucis complectar, quae sentiam, antiquo tempore *puta* Latini non dixerunt nisi cum integra imperativi potestate, vel in oratione interpositum, ut *crede:* quod negasse videtur Heindorfius. Posteriore autem tempore inseruerunt hoc vocabulum orationi, ut animos ad singularem rem aliquam adverterent, tamqaam esset particula coniunctionis nomine appellanda: quo in usu an extrema syllaba, nisi a poetis negligentioribus, correpta sit dubitari potest. Quae Burmannus ad Lotich. 3, 1. p. 180. et in Anthol. Tom. 2, p. 512. affert, antiquum usum non declarant, nec ipsius imperativi syllabam brevem videmus nisi apud Martial. 11, 94. nec sine librorum diversitate. Ceterum recentiore in illo usu coniungebatur *puta* cum *ut*, *ut puta* pro eo, quod barbare dicitur *exempli caussa*, latine *veluti.*

Horat. Sat. 2, 5, 80. *fama civem caussaque priorem iperae, domi si natus erit fecundave coniunx. Quinte, puta, aut Publi, — tibi me virtus tua fecit amicum.* Merus hic est imperativus. Senec. Epist. 64, 7. *puta relicta nobis medicamenta, quibus sanarentur oculi.* Cf. Bünemann. ad Lactant. 6, 24, 17.

Rhet. ad Herenn. 2, 11, 16. *si ambiguum est scriptum, ut puta quod in duas aut plures sententias trahi possit, hoc modo tractandum est.* Codices admodum variant: sed si recte legitur *ut puta,* pertinet ad quaestionem de auctore huius libri eiusque aetate absolvendam. Persius 4, 9. *hoc puta non iustum est.* Sed ipsa sententia recipi iubet alteram scripturam puto. Item in Priapei. 41. nihil efficiebant, qui *puto* in *puta* mutabant.

Vlpian. in Dig. 7, 8, 12, 2. *si pecoris ei usus relictus est, puta gregis ovilis* etc. 9, 2, 27, 21. *puta si in flumen vel in mare — ceciderint.* Pompon. 28, 5, 23, 2. *si ille puta consul factus fuerit.*

Celsus 5, 26, 21. *si etiam satis multo sanguine effuso ex eo loco, quo neque nervus neque musculus est, ut puta in fronte et*



superiore capitis parte commodissimum est cucurbitul vere. 8, 11. p. 544. Praef. p. 8. Quintil. 11, 3, 110. *ut* vum *crimen C. Caesar.* 7, 1, 14. e correctione a Zum Senec. Quaest. nat. 2, 2, 3. *illa constant aut nexu a* tione, *ut puta funis, frumentum, navis: rursus non ut arbor, lapis.* Vlpian. in Dig. 11, 7, 14, 3. 18, 1, Iumella 5, 2, 4.

Priap. 38 (37), 5. *dis me legitimis nimisque magnis, puta filioque Phoebi curatam dare mentulam verebar* poeta non mirabimur negligentiam.

FORMIS EXPRESSIT FRIDERICUS MAUR





Stanford University Libraries
3 6105 012 584 574
475.9
H236
v.4